Acoliti grece latine ceroferarij vl̄ accensores luminum nuncupanē·Hij ab aaron filij eius mīsterij sui sumpserūt exēplū·iuxta illud exo· ¶ Precipe filijs aaron vt offerant oleū de arboribus oliuaz̄ purissimū·pilocz contusū·vt ardeat lucerna semp in tabernaculo testīonij·et collocabāt eā aaron et filij eius·et vsqz mane luceat coram dño·quod ergo tunc sacerdotes agebant· hoc nunc acoliti faciunt in ministerio lucernaz̄· quomiā p̄parant luminaria in sacrario·multa quip̄e non soluz in nouo·verz̄ eciā in veteri testam̄to legi mosaice supaddita legimus et mutata·Vnde dauid in liparalipo·dixisse phibetur· non erit officiū leuitarum vt portēt vltra tabernaculū et omia vasa eius ad ministrandū·Acoliti autē scdum yſidoz̄ cereos ferūt accensos dum legit̄ euangeliū aut offert̄ sacrificiū· non vt tenebras aeris·sed cordis illumīet·cum sol forte eodez tempe rutilet et vt p̄mis opa lucis ostendāt·atqz ad signum leticie demonstrandū·vt sub typo lumis corpalis illa lux ostendaē de qua in euāgelio legitur· Erat lux vera que illuminat omnē hominē venientem in hunc mundū· Ipsi eciā preparant pro eukaristia suggestavimū et aquā seu vasa in quibus pomit̄ aqua et vinū·Acoliti imitanē carminum scriptores qui erāt apud gētiles seu verꝰ emūctores siue luminū extinctores·qui lucernas emungebāt·et luminaria otinuabant·vt nadab et abin·¶ Hanc iuxta decretū cilij tholetam acolitus cum ordinaē·ab epō quidam doceaē qualiter in officio suo agere debeat·¶ Sed ab archidiacono accipiat ceroferariū·idest candelabz̄ cum cereo·vt sciat se ad accendēda ecclesie luminaria idest cereos dum euangeliū legit̄ manicipari·accipiat et vrceolū vacuū ad suggerendū idest ad ministrādum vinū in eukaristiā·idest in calicem in quo est eukaristia sanguis xp̄i·¶ Premissa igit̄ verba et vtensilia sunt huiōi ordinis subalia·cetera sunt de solēnitate·¶ Hoc officium implemus dum ignē verbi celestis quo fratres ad cognoscendum deum illuminent̄ et inflammentur predicando ministramus et dum lucem boni operis alijs mīstramus·¶ Dominus autē hoc officiū se habere testaē cum dicit ego sum lux mundi· qui sequitur me non ambulat in tenebris·sed habebit lumen vite·

¶ De subdiacono·

Remisimus de nō sācris et minoribus ordinibus· Nūc de sacris et maioribz qui anthonomastice sacri dicunē subiciamus·et p̄mo de subdiacono·Ordo em̄ subdiaconatus sacer habet die scdm innoc̄·terciū reputatur·¶ Siquidē subdiacoī nathmeoz̄ vices in ecclesia repsentant·de quibz in esdra legit̄ qđ dauid dederat nathmeos ad ministeria leuitaz̄ Vnđ grece ypodiacones dicunē·quia officijs et preceptis leuitaz̄ subiacent et eis ministrāt·ex quoz̄ ordine fuit ille nathanael quē dominꝰ in euangelio cōmendauit dicens·Ecce verus israhelita in quo dolus nō est·Nathmei autē hebraice dicuntur latine in humilitate dño seruientes vl̄ deo oblati·¶ Subdiacones debent scdum yſidorum oblaciones in templo dñi a fidelibus suscipe·et leuitas sup̄ponendas altaribus deferre·calicē et patenā ad altare xp̄i deferre·et leuitis tradere eisqz mīstrare·vrceolū quoqz cum vino et aqua manile et manutergiū tenere ep̄o et p̄spitero et leuitis p̄ lauandis ante altare manibus aquā prebere·corpalia et subtractoria lauare·de quibus recte placuit patribus vt qui mīsteria sacra contractant legem continencie debeant obseruare·sicut scriptum est in p̄phēta· Mūdamini qui fertis vasa domini·tenēt autē locū diumviroz̄ qui erant apud gentiles·¶ Hanc iuxta decretū cōcilij tholetam·subdiaconus cum ordinaē quia manus imposicionē consecratoriā non accipit·patenam de manu ep̄i vacuā·et calicem vacuū accipiat dicente sibi ep̄o·Vide cuius ministerium tibi traditur·¶ De manu vero archidiacoī·pro eo qđ in eius adiutoriū consecratur accipiat vrceū·scz cū vino et aqua·manile idest bacile et manutergium· ¶ Premissa igit̄ verba et vtēsilia sūt huiōi sacramenti subalia·cetera sunt de solemnitate· ¶ Queritur autē quare subdiaconus legit lectiōes ad missam cum non repiatur hoc sibi competere· vel ex nomine vel ministerio sibi cōcesso·¶ Respō deo·in primitiua ecclesia diaconus non legebat euangeliū·quia hoc statutū non erat·postquam vero illud statutū fuit·p̄ceptum est eciā vt subdiacon9 qui diacono subest ep̄lam siue lectionem legat· ¶ Subdiaconus autē vtitur amictu alba et baltheo sicut et ostiari9·lector·exorcista·et acolitus·et insup tunica·et sudario·tunicā strictam portat vt se iusticia quasi lorica iduat·¶ Sudario vt sordes a vasis extergat·de quo in pte sequēti subti·de tunica et manipulo diceē·¶ Hoc officio vtitur qui tante mūdicie est qđ ip̄us exemplo et consilio ceteri a sordibz criminū lauentur·Xp̄us hoc officium exercuit quādo in chana galilee de aqua vinū fecit·et qñ cena facta mittēs aquam

m peluim pedes discipulorꝝ lauit· ¶Canō adiam pape videt̄ immere· q imperator debet ordinē subdiaconatus habere· vbi dicit̄· Adutor et defensor tuus vt meum ordinē decet semp existam sed non est ita· gerit tamē illud officiū· quoniaꝫ in die ordinacionis sue receptus primo in canonicum a canonicis sancti petri ministrat dominopape in missa in officio subdiaconatus· parando calicem et huiōi faciendo· ¶Huidā etiam dicūt q̄ sit p̄spiter· iuxt illud· cuius merito quis nos sacerdotes appellat· ¶Impator etiā pontifex dict9 est· put in tractatu de ep̄o dicetur·

¶De diacono·

Diacon grece dicunt̄ hebraice leuite· Latine vero ministri siue assumpti siue offerentes scdm ysidorꝝ ¶Diaconorum quidē ordo in libro numerorꝝ a tribu leui· filij iacob sumpsisse legit̄ exordium· et inde leuite· idest assumpti vocabant̄· quoniā assumpti sūt ad auxiliū sacerdotum· vt eleazar et ythamar· ¶Dominus eīm ad moysen locut9 est dicens· Applica tribū leui· et fac eam stare in conspectu aaron sacerdotis et ministrēt ei· vt excubent et obseruēt quicqd ad cultum ptinet multitudinis coram tabernaculo testimonij vt custodiāt vasa tabernaculi seruientes in ministerio· sicut eīm in sacerdote ysecracio· ita in diacono ministerij dispensacio habet̄· vt iam dicet̄· A quinquagesimo aūt anno iusti sūt leuite vasa custodire· et a· xxv annis et supra iusti sūt in tabernaculo deseruire tanq̄ etatis ad onera portāda robuste qui possent archam federis mensam ꝓpositionis et vasa tabernaculi deportare· qđ et in nouo testamēto recolit̄ cum diacombus supra sinistrum humerꝝ stola imponit̄ et in diebus ieunioꝝ sup eundē humerꝝ casula complicat̄· quia quicquid laboris in hac vita sufferimus tanquā in sinistra portamus· donec a sinistra transeamus in dexteram in qua requiē habeamus· Vnde eciā diaconi cardinales mensā lateranen· altaris humeris suis in diz cene ad sacrariū deportāt· et in sabbato sancto ad altare reportāt· ¶Ipsi q̄q̄ sp summū pontificem velut archam federis deportant· ¶Non ergo diacon9 dalmaticā· nec subdiaconus tunicellam in diebus ieunioꝝ in officio misse portāt ꝓpter racionē in tercia pte sub ti· de diacono· et m· vj· pte sub ti· de septuagesima scriptam· ¶Sed casulas seu planetas sup humerꝝ cōplicatas gestāt non replicatas a dextris et a sinistris sicut facit sacerdos· sed ab interiori pte sup brachia eleuatas· ¶Subdiaconus tamē ep̄lam lecturus illā deponit· qua lecta eam resumit· ¶Et dyacon9 euangelium lecturus illā exuit· et eam decent̄ plicatā sup sinistrum humerum impenit· et sub brachio dextro ligat ita q̄ ab humero sinistro ad latus dextrū in modū stole descendat· sic q̄ circūcinctus eam tenet donec dicat̄ illa vltima oratō post communionem· tunc eīm illam induit sicut prius ¶Missa vero finita tam subdiaconus q̄ diaconus illas deponit· ¶Pane hec diuina plena sūt misterio planetas vero replicatas his tribus portant· ¶Primo ꝓpter iam supp̄positam racionē· ¶Secūdo eas portant ad ostendendū q̄ ipi ad tantā perfeccionē in illis tenent̄· ad quantā sacerdos in alijs diebꝫ· et ad notandū q̄ ex caritate que p planetam significat̄ ministrant et non ex timore put in veteri lege fiebat· que erat lex timoris et nō amoris sicut noua· p̄sertim tpe ieunij qđ fine caritate factū meritoriū non est· ¶Ferunt autē illas ab anteriori parte eleuatas· vt liberius valeant ministrare· et ad ostendendū q̄ ipsi iuxta aplm ad hebreos· que retro sūt obliuiscētes ad anteriora ferunt̄· ¶Portant eciā illas sup brachia eleuatas· ad significandū q̄ ope debēt caritatē ostendere quam gerunt in mente· per manus enim et brachia caritas ogrue designat̄· ¶Non aūt replicatas a dextris et a sinistris ꝓut facit sacerdos· ad insinuandū dissimilitudinē potestatis et officiorum suorꝝ· ¶Subdiacon9 tamē ep̄lam lecturus tanquā officio suo functurus illā deponit· ¶Ipse namq̄ ex officio suo veterez legem representat· Vnde et ep̄le quandoq̄ de veteri lege sumuntur sub qua non ex amore vt p̄missum est· sed ex timore seruiebat̄· quia ergo illud durauit quādiu lex durauit· ideo ad hoc figurandū donec ep̄la finitur· non tenet planetā que amorē designat· ¶Diaconus vero euangelium legēs eam nō deponit· sed iuxta modū stole stare suo officio cōpetentis illam sibi coaptat· quia eius officiū est doctrinā euangelicā que est lex amoris p̄dicare· et hoc ex amore qui facit iugz dominī suaue qđ iugum ex quo omnia mundana premunt̄ p stolam sup sinistrum humerꝝ significat̄· ¶Cingit autē planeta· i· caritate ab humero sinistro in latꝰ dextrum· vt sit ei suaue iugū dominī in ꝓsperis et in aduersis que p leuam et dexterā designant̄· tanquā armatus in humeris otia aduersa et succinctus in latere otia mundi suauia seu ꝓspera· ¶Rursus diaconus duplex gerit officiū· scz p̄dicandi populo Vnde lecturus euangeliū dicit populo dominus vobiscum· et ministrādi sacerdoti· ¶Semper ꝓpter p̄dicādi officium casulam sup humerū portat q̄ p̄dicator in p̄sēti vita opa populi portare debet· qđ a legali sacerdote tractū est· qui dum sacrificabat summitates balthei sup humerꝝ reflectebat p eo vero q̄ sacerdoti mīstrat· et quia ꝓpter instantes necitates ire atq̄ redire habet· dexteram habere debet expeditam et liberā· Vñ in toletano ocilio ita legit̄ vnum otariū oportet leuitā gestare in sinistro humero ꝓpter qđ orat idest p eo quod p̄dicat· ¶Preterea subdiaconus et diacon9 lecturi deponūt casulas quasi ꝓfitētes non esse vestem ꝓpriam· sed ob reuerenciam temporis recipere comodatam· ¶Semiq̄ circa finem misse diaconus planetā induit ad notandū q̄ nō sufficit op9 ex caritate inchoare nisi et in caritate perficiat̄· ¶Preterea eciā dici potest q̄ diaconus casulam induēs innuit se esse p̄dicatorem· qui in dilectione ferueat et vite contemplatiue inbiet ¶Ipse vero se illa p̄cingit et humero duplicatam

imponit opus p̄dicacionis oracionis et lectōis intermittit et primo in necessitatibus subuenit quā reflectit in dexterā cum omīa refert ad summum bonū. Et sic dum casulā induit mariam dum p̄cingit rep̄sentat in ministerio marthā. Quarto dum diaconus ieiuniorū tempore casulaz sup humez replicat q̄si gladiū contra hostē vibrat. ut dicetur in plxmio tercie ptis. In nouo vero testamento ordo iste ab apostolis sūpsit initiū. qui septē viros boni testimonij. plenos spiritu sancto diaconos elegerūt. ut iam diceē. Vnō et sancti patres decreuerunt vt in matrice ecclesia septē diacon circa altare pōtificī in celebracōe misse assistant. Vnde in apoc. dicunt septē angeli tuba canētes. q̄ illoz est alta misteria de superna inspiracione foris resonare. Vnde sunt septem candelabra aurea. quia xp̄i lucem euangelij aliis ostendere debent. Vnde dicūtur septez tonitrua. quia terribiliter cōminari debēt q̄ omnis arbor qui nō facit fructuz bonum cē. Vnde p̄conis more palam admonēt ad orandū et genua flectēdum. ad eos quidem pertinet assistere sacerdotib9 et ministrare in omnib9 que agūtur in sacramētis cristi. in baptismo. scz in crismate. in patena. in calice. oblacōes. id est hostias inferre. et disponere in altari. oponere ecīā. id est ornare mensā domini. id est altare atq̄ vestire crucē ferre puta in processionibus et predicare. id est legere euangeliū. et apostolū. id est epistolā puta sub diacono deficiente. Nam sic lectoribus vetus testamentum. ita diaconibus nouum predicare. id est legere p̄ceptū est. Sicut em̄ dominus donec euangelium predicauit minister fuit iuxta illud. Non veni ministrari. sed ministrare. ita nulli alij magis conuenit euangelium legere q̄ diacono qui minister interp̄tatur. Vnde cum ordinat ideo stolam p quā xp̄i iugum significat accipit. quia euangeliū in quo de ipo iugo otinet lectur est. Ad ip̄m quoq̄ ptinet officium precum. i. dicere letanias. et recitacio nominū eoz qui ordinādi vl̄ et baptizandi sūt ipse p̄monet aures adhibē ad deū cum dicit. Humiliate capita vestra deo. vel humiliate vos ad benedictionē. Ipe hortat clamare dicendo. kyrieleyson. In rogacionibz ipe donat pacē. scz subdiacono vel saltem cum dicit dīns vobiscū. et annūciat festiuitates. Hec siquidem et alia plura ad eis ptinent officium que in canonibz ibi rommi plenius continētur. Debet ecīā tanq̄ oculi epi cuncta circūlustrare et epo referre. non tamē debent baptizare. nec dīnicum corpus dispensare. nisi in necessitate. scz epo vl̄ p̄spitero absentibus et iubentibus. nec possunt calicem bñdicere. non debēt etiam inter sacerdotes vel coram eis vel sup̄ ipsos nisi eoz iussu sedere. possunt tamen in cōuentu p̄spiterorum rogati p̄dicare. Diacones tenēt loca quatermioz qui apud gentiles erāt. Sane sicut in canone legitur. diaconus cum ordinat. solus epus qui euz benedicit manū sup caput illi9 imponit. q̄ non ad sacerdociū. sed ad ministeriū. idest ad diaconatum ordinatur. Inantiq̄ tamen aplorum ita legit. Hos statuerūt ante ospectū aplorum. et orantes imposuerūt manus sup eos. In quo ostenditur non solū epm. verum ecīā presspiteros tūc astantes debere manū sup diaconū dum ordinat imponere. nunquid em̄ plus potest precari solus epus quā plures apli. imponentes em̄ manum non dant spūm sanctum. sed orant vt sup eos veniat. Cum igit vsus omnū bonorum non fit in vno sed in plibus. merito plures manus imponūt. vt vnusquisq̄ domin̄ū deprecetur. vt ptem de spū sancto tribuat ordinando ad instar mopsi de cuius spū dns dedit septuaginta viris. Ideo autē fit manus impositio sup ordinandos. quia per manū opa. per digitos sancti spiritus dona. per caput vero mentē intelligim9. Recte ergo manus impomit. quia dons spūs sancti in mente imbuti ad opa xp̄i mittunt. De manus impositione subti. de epo diceē. Sed cum diacono man9 imponat queriē quare q̄n postea fit p̄spiter ei manus impomit iterato. Respondeo quia p consecracionē transit de ope ad opus. idest de misterio ad dei immolationez. quod sicut nec illud nisi gracia dei aduti agere non valemus. suspē sio vero manū fit dum oracio sup caput effūditur ordināndi. Et nota quomā tunc et sup confirmatos in frontibus et cum sal et aqua. palle altaris. vestes sacerdotales et huiōi bñdicūtur ideo hec manuū suspensio fit. quia virtus quedā manibus osecratis inest. que quasi fusicitat dum bñdictio cum huius manuū suspensione sup res effundit bñdicendas. Vnde aplus monēs discipulum inquit. Moneo te vt resuscites gracia dei que est in te p impositionē manuum mea. ij. ad thim. j. c. Vt sicut corde p affectum. sic corpore p suspensionē manuum deuocio excitet. Non enim solum in rebus animatis. vez ecīam in inanimatis virtus cōsistit. Vnde nōnulli asserunt q̄ virtute templi si quis illud ex deuotōne ingredit venialia in eo delent. Hanc suspensio huius placione exorcismoz potissime fit quasi sacerdos ipo corpis actu fugādo dyabolos virtute osecracionis manuū cōmittit. Tercio potest dici q̄ dispēsacio sacramentoz soli deo principaliter. ministris vero ecclesie ministerialit competit. ipi em̄ michil a se. sed a p̄cipaliter agente habēt. quia ergo in sacramentoz dispensacione vestium vl̄ aque et huius bñdictione seu osecracione aliq̄ spūalis sanctificacio offert. quā ministri de suis meritis non offisi debent ab ipo deo corde et ope postulare. congruū est hec p eleuacionem seu suspensionē manuū p. quas opa intelligunt expriami. Vnde trenoz. iij. Leuem9 corda nostra cum manibus. Diaconus dalmatica vtit. vt discat occultam racionē sublimū indagare. Vnde in quibusdam ecclesijs ea non nisi in festis vtit. quia discipuli sublimia non intellexerūt. nisi postquam dns est glorificatus. Et vtit ea fine alba. tempe oblacionis et electionis tantū. sicut statuit zozimus papa. Ad hoc diacono cum ordinat traditur

sub certis verbis stola et codex euangelij · q̄ res et verba sūt huius sacramēti substalia · cetera sunt de solēnitate · Ideo autē stolam accipit · qr euangelium qđ per xp̄i iugum figurat lecturus est · Hoc officio vtit̄ qui corpus et sanguinē xp̄i discrete dispensat · et qui ad orandū et vigilandum sui exemplo alios hortat̄ · Xp̄us vero hoc officiū exercuit quā do post cenā sacramentū corpis et sanguinis sui pr̄ijs manibus discipulis dispēsauit · et itez quando aplos hortatus est ad orandum dicens · vigilate et orate nē · Et quando euāgelium p̄dicauit ·

De sacerdote ·

Sacerdotalis ordinis institucio a veteri lege exordiū sumpsit · Dns nanq; legitur p̄cepisse moysi · Applica mąt fratrem tuū aaron ad te cum filijs suis de medio filioz israhel · vt sacerdocio michi fungatur · Vnxit ergo moyses aaron in maiorē sacerdotem filios vero illi9 in minores · Vnde pr̄leta inquit · Moyses et aaron in sacerdotibus eius · i · primi et sūmi inter sācerdotes fuerūt · ipe tamē moyses p̄or fuit q̄ aaron ordine · et maior administracione · hinc est q̄ moyses illum instruebat et tanq̄ minorē redarguebat · sed quo ad oblacionem sacerdotalē pares fuerūt · Moyses autē non offerebat hostias · sed solū vota p̄ populo · Ante legem ecia sacerdotes fuisse legunt̄ · Vnde melchisedech iustus sacerdos dei altissimi legit̄ extitisse · cui decimas ex omnibus spoliis abrahā tanq̄ sacerdoti psoluit · Erant autē multi minores sacēdotes quos cananeos cōiter appellabant et vnus erat sūmus sacerdos quē vocabant specialit̄ arabarchū · Sed et dauid vigintiquatuor sūmos sacerdotes istituit · sedecim de eleazar · et octo de ythamar · quibus tū ommibz vnū p̄fecit quē statuit p̄cipē sacerdotū · et singul̄ p sortem vicis sue diuisit ebdomedas · quarum octaua puenit abie · de cuius genere zacharias pater iohannis baptiste descendit · In nouo quoq; testamento xp̄c maiores et minores sacerdotes constituit · vicz · xij · aplos · et · lxxij · discipulos · p aplos electos quos p̄mittebat binos in omnē ciuitatez et locum quo ipe erat venturus · Sicut eñ deus p moysen sūmos pontifices regēdis populis in lege p̄fecit · et ad eoz societatis et opis adiumentum sequētis ordinis viros et secū de dignitatis elegit · Nam in eleazaro et ythamar filijs aaron paterne transfudit plenitudinis abundanciā vt ad hostias salutares et frequēcioris officij sacramenta ministerium sufficeret sacerdotū · Et sicut in heremo p · lxx · viroz prudentū mētes moysi spiritum p̄pagauit · quibus ille vsus in populo inumerabiles multitudies facile gubernaret Sic et xp̄c aplis suis discipulos addidit · quibus illi totum orbem sanctis p̄dicacionibus repleuerūt · sicut hec et alia in pontificali subordinacione sacerdotis habēt̄ur · Aplōz itaq; vices maiores obtinent sacerdotes · idest epi qui dicuntur sūmi discipuloz vero minores · idest p̄spiteri · Petrus autem quasi in sūmum elegit · et pre ommib9 claues regni celoz trades · et ipm p ceteris ponēs caput et fidei fundamentū inq̄ens · Tu es petr9 et sup hāc petram edificabo ecclesiā meā · uxta illud p̄phete · Pro patribus tuis nati sūt tibi filij nē · Apostoli vero epos p̄spiteros et leuitas ordinauerūt · sicut in p̄hemio huius ptis dictū est Sacerdotes ergo sūt successores · lxx · virorz qui bus dominus moysi spūm p̄pagauit et · lxx · discipulorum · sicut epi sunt vicarij moysi et aplorum Ceterum sedm ysidoz p̄spiter grece · latine senior interpretat̄ non modo p etate vel decrepita senectute · sed p̄pter honorem et dignitatē quā acceperūt · Senectus eñ venerabilis est · et cani sunt sēsus homis · Vnde et dns inquit ad moysen Congrega mihi · lxx · viros de senioribus israhel qs tu nosti q; seues sint populi et magistri · Presp̄iter quoq; sedum ihoronmū · nomē est etatis · epsvero dignitatis · Porro sicut in li · numeroz legit̄ moysi p̄cipit̄ vt eligat p̄spiteros · i · seniores · Vñ in p̄uer · dicit̄ · Gloria senū est canicies · hec vero canicies sapiam designat · de qua scriptum est · Canicies hominū prudencia est · Cumq; nongentis et eo amplius annis ab adam vsq; ad abrahā vixisse homines legimus · nullus alius primus appellat9 est presp̄iter · idest senior nisi abrahā · qui multo pauciorib9 annis vixisse comperitur · Non ergo p̄pter decrepitā etatem · sed p̄pter sapiencia presp̄iteri nominant̄ · Hinc est q̄ illi duo iudices qui falso iudicauerūt susannaz presp̄iteri vocati sunt · qui autē presp̄iteri nuncupant̄ · olim principes populi · vt chore dathan et abyron · vel magistratus aut magister templi vt nichodemus et gamaliel · dicebant̄ · Dicit̄ aūt presp̄iter quasi aliis viuendi p̄bens iter · vel prebens beatū iter · vicz populo de exilio mundi ad patriā paradisi · De p̄spitero eciam dicet̄ subti · de episcopo · Sacerdos vero antistes dictus ē quia ante stat · et sup̄ se nullum in ecclesia habet Dicitur quoq; sacerdos a sacrificādo q; cōsecrat et sanctificat · Vnde ecia dicit̄ sacerdos q̄si sacra dans vl̄ sacer dux · vt ait beda · et greḡ in pastorali li · ij · c · xviij · Sacerdos ecia dicit̄ iusticie cultor · iuxta illud · Cuius merito q̄s nos sacerdotes appellat · In plerisq; locis sacerdotes capellani vocantur · Nam antiquit9 reges francie ad bella p̄cedentes cappam beati martini secū portabāt que sub quodā tentorio seruabat̄ · quod ab ipsa cappa dictū est capella · et clerici in quoz custodia ipa capella erat inde capellani dicebant̄ · et sequenter ab illis ad cūctos sacerdotes nomen illud in quibusdā regionibz est transfusū · Sunt eciam qui dicunt q; antiquitus in expediciombz in tentoriis fiebant domuncule de pellibz captarū suptecte · in quibz misse celebrabant̄ · et inde capelle nomen tractū est · Sacerdotes vero gentilium flamines dicebant̄ · sicut in p̄hemio huiq ptis dictum est · Presp̄iteri vices gerūt edilium qui apud gentiles fuisse noscunt̄ · Sane secundū canonicā traditionē presp̄iter cum ordinat epo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eum benedicente et manum benedictoriam supra caput eius tenēte·et omnes pspiteri qui pntes sunt manus suas iuxta manus epi teneant supra caput illius·spiritum sanctū inuocantes·que manus impoſicio ope3 sancti spūs exercitacionem signficat· ſam p caput mēs accipiē·p digitos spiritus sancti dona·per manus opa figuramus· Huare autē fit manꝰ impoſicio cum facta fuerit cum in diaconum ordinareē·dictuz est sub ti·de diacono· Vngunē eciam manus pspiteri oleo in sui ordinacione· de quo in pte prima sub titulo de vnctōibus dictū est· Sacerdotes vicē gerūt xpi dum p peccatis obsecrant·et p penitenciaz reconciliant pctores·mediatores em̄ sunt inter deum et homines·put in ti·se·plenius ostendeē hij stolam sup vtrumq; humez accipiunt vt ex hoc se per arma iusticie esse munitos intelligāt· put in sequēti pte sub ti·de stola diceē· Accipiunt quoq; de manu pontificis calicem cum vino et patenā cum hostia quatenus hijs instrumētis potestatē se accepisse cognoscāt· placabiles hostias et corpus et sanguinem xpi offerendi· Vñ epūs hec tribuēs dicit· Accipite potestatē offerre sacrificiū deo missamq; celebrādi tam p viuis quā p defunctis in nomine dñi· Hoc ordine nullus in ecclesia celsior est·epis tamen quedā superaddita est potestas· ſic in primo ti·diceē·et in huius ptis plemio tactū est ne si eadē potestas passim penes omēs sit obediēcia soluat̄·et scandalum genereē· Non autē vacat a mīsterio q; ordinator·ordinatū in sacerdotem cōicans osculatur· Diaconus vero vel subdiaconꝰ ordinati cōicantes osculanē manū ordinatoris·Racio diuersitatis est primo vt p hoc ordinū noteē distinctio put in quarta pte sub ti·de cōicacione sacramenti diceē· Sedo quia pontifex osculādo sacerdotem denotat q; ille ad equalitatē ordims recipitur quantū ad sacramentū eukaristie ofecrando qđ est sacramentū amoris qui p osculū figmficatur· Diaconus vero et subdiaconꝰ non recipiunē ad talem equalitatē·sed ad imitacionē bone opacionis que ex caritate pcedit·et q; secundū greg· ·per manꝰ osculū designat̄· Sane ei qui in pspiterum ordinatur tradunē sub certis verbis stola et casula·calix cum patena·et eciā inungitur·que res et verba sunt huiō i sacramenti substancia· cetera vero pcedencia et sequēcia de solēnitate sūt· Porro sicut ait beatus aug9·sacerdotes scire debēt libz sacramentoz siue missale lectionariū·antiphonarium·baptisteriū·computum·canones pniales·psalteriū·omelias·p circulum anni diebz dñicis et festiuis aptas· ex quibus ommbz si vnū defuerit sacerdotis nomē vix in eo constabit· Magnus eciā dionisius inquit· Substancia summi sacerdotij sūt eloquia diuinitus tradita·i desit vera disciplina seu sciēcia diuinaruz scripturaz·Et pphēta·Tu scienciā repulisti·et ego te repellā ne sacerdocio mihi fungaris·non debēt em̄ discere que ex officio alios debent docere· De p̄missis vero libris et omelijs in plemio·vj·ptis dicetur· Item qui sint canones penitenciales·et vtz sacerdos pnias in illis diffinitas valeat moderare·et que sacerdotes scire oportet·diximus in aureo reportorio nostro sub ti·de·pe·et re·De cōputo in finali pte dicemus Hoc officium xpc exercuit quādo post cenam panem et vinū in corpus et sanguimē suum duma virtute conuertit dicens aplis· Accipite et comedite·hoc est corpus meū nē· Excellencius quoq; hoc officio vsus est cum p peccatis humani generis seipm in ara crucis obtulit pri· Idem epus sacerdos et hostia· et adhuc gliosius implet dum sedens ad dexterā patris interpellat p nobis·

De episcopo

Propterea que specialit officio episcopali incumbūt · episcopatus inē ordines in sacris canonibus connumeratē · Episcopi aūt nomē plus sonat oneris quā honoris· ſam epus grece supintendēs inēpretaē latine speculatoris officiū gerens · ſam ꝓpositus in eccla speculator dict9 est· iuxta qđ dns inquit pphēte· Fili hoīs speculatorē dedi te domui israhel vt plebi sibi cōmisse non negligenter incūbat sed vitā et mores eoz et cuncta diligēter pspiciat· Huia ergo epus speculator est·ideo ex institucione clemētis primi·cathedra siue locus eius in ecclesia alcior est vt supintendat et plūm custodiat· omnesq; ospiciat et illū cuncti·sicut vinatori alcior locꝰ est p vinea custodienda· Ob hoc inquit aplus qui episcopatū desiderat bonū opus desiderat·nō dixit honorez sed opus· qm̄ episcopus nō tam vt pfit quantū vt pfit eligiē· Hursus faldistoriū epi spūalem uris dictionē annexā pontificali dignitati designat· quā exercere diffimiendo non debet·misi pro tribunali sedēs·qđ probat̄ ex verbis dñi dicentis in euangelio· Super cathedrā moysi sederunt scribe et pharisei· que dixerit facite nē·Per scabellum vero talis potestas significat̄ que subiecta esse debet spūali·sicut pbant gelasiꝰ papa et mnoc·iij·in sua epla decretali· et a spūali per disciplimā correctionis cōculcatur quando vero exorbitat p peccatū· Vnde ps· Ponee ponā inimicos tuos scabellū pedū tuoz· Pontifex vero princeps sacerdotū est ·quasi pons et via sequēcium factus ·Ipse eciā summus sacerdos·ipe eciā pontifex maximus nuncupat̄ vt p̄missum est·Ipe nanq; efficit sacerdotes atq; leuitas·ipe officia et ecclīastica ordines distribuit et disponit ·et p̄ordinator est in cunctis ·Ipse qđ vnusquisq; facere debeat oñdit· Antea autē pontifices et reges erant put tactuz est in prima pte sub ti·de conse· Maioz em̄ hec erat consuetudo·vt rex et sacerdos et pōtifex esset· Vnde et romani imperatores pontifices dicebanē· Dicitur eciam presul quoniā in concilio p̄sidet· Dicitē eciam antistes· quia ante alios stans p̄eminet pplō· Vel ab anti qđ est contra· quoniā hereticis otradicit vt pastor lupis· Ordo epalis vnde pcessit dictum est in plemio huius ptis· Sane, osecracio epalis in

qua ſpiritus ſanctus digne ſumenti dat̃ ſemp in die dominica et hora tercia fit· quomā epi vicem aplōrum obtinent· quibus in die pentēh· et hora tercia ſpūs ſanctus datus eſt· non tamen poteſt quis in epm conſecrari die illa qua in p̄ſpiterum ordinat̃· ſed et iuxta canonum ſtatuta ep̄us cum ordinat̃· cōprouinciales epi ouenire debent cum metropolitano· et duo episcopi ponant et teneant euangelioꝝ codicē ſup caput et ceruicē eius ſiue ſup humeros· vno ſup eum fundēte benedictionē· reliqui vero omnes epi qui aſſunt manibz ſuis caput eius tangāt· ſiquidem teneē liber ſup caput eius· primo vt dn̄s firmet euangelium in corde ip̄ius· ſecundo vt p hoc intelligat cui labori et oneri ſubiciat̃· quia omne qđ hic eminet· ideſt omnis p̄latus plus meritis q̄ honoribz gaudeat· tercio ad notandū q̄ pondus euangelice p̄dicationis eum circumquaq; ferre pigere non debet· quarto ad monendū illum vt magis ſolito iugo ſubiciat et obediat euangelico· triū autē episcopoꝝ adminus computato metropolitano p̄uincia requiriē racione et exemplo· racione ne tantū beneficiū videat̃ furtiue p̄ſtitum· vt p illo pariter p̄ces ad deū effundant· exemplo qz et iacobus frater dn̄i a petro et iacobo et iohanne aplis ordinat9 eſt ep̄us ihoroſolimitan9 manus vero impoſicio ſumpſit exordiū ab yſaac qui dum iacob benedixit impoſuit ſibi manū· et moyſes ioſue cum eum populo p̄fecit· et dom̄in9 aplis cum eos principes mundi inſtituit· ped et ipi apli per manus impoſicionē ſpūm ſanctū dederunt· de manus impoſicione dictū eſt ſub titulo de diacono· ceteꝝ circa epi ordinacionē ſcien9 eſt q ipe ſabbato hora veſpertina examinat̃ de moribus et ſtatu p̄terite vite· vbi ter benedictio petiē· vt ſācta trinitas in ordinacione p̄eſſe mōſtretur· mane vero ſequēti examinat̃ de futura conuerſacione et fide exprimitiue eccleſie inſtitucione p̄pter ſuſpectos in fide moribz et odicione et vngunē caput eius et manus· de quo dictū eſt in prima p̄te ſub titulo de cōſecra· deinde vngūtur manus eius· et dat̃ ei mitra in capite in ſignuz q benedictionē omniū genciū dedit illi· et teſtamē tum ſuum confirmauit ſup caput eius· danē eciam ei baculus et annulus· de quibus in ſequenti p̄te dicet̃· ſingula autē cum p̄priis verbis tradunē et fiunt· que verba et capitis et manuū vnctio· et pollicum conſecracio· baculi et annuli atq; euāgelij tradicio fūt humus fuba ſacramenti· cetera fūt ſolemnitatis· de euangelij et baculi traditōne et quare conſecratus equum albū ſeu albis cooopertum equitat dictū eſt in p̄dicto titulo de cōſecracione· conſecrat̃ autem ep̄us inter epl̄am et euangeliū· nec p̄ot die ſue conſecracionis ordines celebrare· quia ipe tunc non celebrat· ſed celebrat p̄ncipaliter celebranti· papa tam̄ qui ante ymnum angelicū conſecrat̃ hec poſſet· quia ipſe miſſaꝝ ſolemnia p̄ficit conſecrat9· differt aūt inter epos et ſacerdotes· qz licz ſex ſint que communiter p̄tinent ad omēs ſacerdotes· vicz catizare· baptizare· p̄dicare· conficere· ſoluere ac ligare· tamē ad pontificē noue ſpectant· ſcz clericos ordinare· virgines benedicere· pontifices conſecrare· manus imponere· baſilicas dedicare· degradandos deponē· ſynodos celebrare· crifma ꝯficere· veſtes et vaſa ſacrare· ſūt et alia que ad officiū epiſcopale p̄tinent puta in frōte criſmare· benedictionem ante pacem dare et ſimilia· verumtamen et maiores et minores ſacerdotes cōiter in quibuſdā vicem gerūt ſūmi pontificis ideſt x̄pi dum vicz p peccatis obſecrāt et p penitenciam reconciliant peccatores· vnde aplūs Deus erat in x̄po mundū ſibi reconcilians· et poſuit in nobis verbū reconciliacionis· obſecram9 ergo p x̄po reconciliemini deo· mediatores em̄ ſūt ſacerdotes int̄ deū et hoies· dum et p̄cepta dei populo deferūt predicando· et vota p̄li deo porrigunt ſuplicando· quocirca tales debēt exiſtere vt et deo grati et hominibus ſint acceptiſam vt ait alexander papa· x̄pi ſacerdotes quāto digniores fuerint tanto facili9 in neceſſitatibus p̄li p quibus clamant exaudiūtur· et ſicut dicit aplūs· mediator non eſt vni9 et diſcordes reconciliare non poteſt qui ſimul vtriuſq; ſocietatis et amicicie vinculo non eſt ocors· ſi em̄ is qui diſplicz ad intercedendū mittiē· irati animo ad deteriora p̄uocatur· ep̄us quoq; et ſacerdos nomine p̄ſpiteri intelligunē· ſicut patet ex his que ad titum aplūs ſcripſit· qui eundez et epm et p̄ſpiterum nominauit· qđ autem idē ſit ep̄us et p̄ſpiter multis racionibz comprobat̃· preſpiteri a filijs aaron in veteri teſtamēto ſūpſerunt exordiuz· epiſcopi vero ab ipo aaron· qui vero tunc vocabant̃ ſacerdotes nunc p̄ſpiteri dicunē qui tunc p̄ncipes ſacerdotū· nunc epi nominant̃ hodie autē ideo diuerſa ſint vocabula vt ep̄us non dicat̃ preſpiter vel ecōtra· quomā antiquitus quando pietati ſtudebāt preſpiteri in omni loco ordinabant̃· et apud iudeos qui p̄li p̄erāt p̄ſpiteri dicebant̃ hoc nomē honoris accipiētes vocabant̃ eciam epi ab illo opere qđ implerevidebantur eo q cōſiderare habebant quecūq; ad pietatis cultū fuerant conſtituta· hinc eciā ihoronim9 ſic ait· olim idem preſpiter qui et ep̄us et anteq̄ diaboli inſtinctu ſtudia ſiue diſſenſiōes in religione fierent· et dicereē in populis· ego ſum pauli· et ego ſum appollo· ego cephe· communi preſpiteroꝝ concilio eccleſie gubernabātur· poſtq̄ autem vnuſquiſq; eos quos baptizauerat ſuos eſſe putabat· non x̄pi· in toto orbe decretū eſt vt vnus de p̄ſpiteris ſuponereē· episcopi ergo nouerint ſe magis conſuetudine quā diſpenſacione dominice veritatis p̄ſpiteris eſſe maiores· auguſtinus vero dicit q quanquā ſecundum vocabula q̄ vſus obtinuit ep̄us ſit p̄ſpitero maior· auguſtin9 tam̄ ihoronimo minor eſt· hoc officium x̄pc exercuit qn̄ man9 ſup capita diſcipulorū leuans eis bn̄dixit dicens· accipite ſpūm ſanctum· quoꝝ remiſeritis peccata remittuntur eis q̄ē·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Incipit liber tercius de indumentis seu ornamentis ecclesie·sacerdotū atq; pōtificū·et aliorum ministrorum· Rubrica·

In quotidiano vsu non est vestibus sacris vtendū Ad notandū q; sicut mutacionē habitus secundō literam facimus·ita et scōm spiritū agamus·nō ergo cum vestibus cōis vite vsu pollutis in sanctā sanctoꝝ ingrediamur·sed cum sciencia munda et vestibz mundis et sacris deo sacramēta tractem9· Unde stephan9 pp̄ statuit sacris vestibz nō nisi in ecclīasticis et deo dīgis officijs vti·Et ezechiel'·xl iij·Non sanctificabāt populū in vestibus suis·Habet ergo scōm ihēronimū religio diuina alteꝝ habitū in ecclesiasticis officijs·aliū in cōiuiu·vt cuncto p̄lo xp̄iano exemplū p̄beat bone conuersacionis·quatenus loti prius sordes noui xp̄o fiant homines·Exuit em̄ tunc sacerdos veterem hominem cū actibus suis et induit nouū qui secundū deum creatus est·Per vestes quoq; quibus in sacris vtimur tantū·non omnia sacramenta forte p̄lo reuelanda intelligim9·Et nota q; tpe ludouici impatoris filij karoli magni epi et clerici singula auro texta et exq̄sitas vestes et alia ornamenta secularia deposuerūt·Sacre aūt vestes a veteri lege videnē assumpte·p̄cepit em̄ dominus moysi vt faceret aaron sacerdoti et filijs eius vestes sanctas in gloriā et decorē vt loti et sacris vestibz induti fungerentē officio in sacris exo·xxviij·xxxj·xxxv·et·xl·capitulis·Docuit em̄ dominū moysen p quadraginta dies facere pontificalia et sacerdotalia vestimēta sacerdotibus et leuitis suis· ornamenta quoq; et in tabernaculo federis· Quedā tamē ab aplīs sumūtur·sed tam ille q; iste virtutes designāt vel misterium incarnacionis·Sane pontifex celebraturus exuit vestes quotidianas·et induit mūdas et sacras· Et p̄mo sandalia calciat vt sit memor dīuīce incarnacionis· Secundo sibi imponit amictum·vt motus et cogitatus· fauces et linguam cohibeat vt fiat cor mundū·spūm rectum p̄cipiens inuisceribus innouatū·Tercio albā talarem vt habeat mundiciā carnis p̄seuerantē·Quarto cingulum·vt impetus luxurie refrenet· Quinto stolam in signū obediencie· Sexto tunicā iacinctinam·idest celestē conuersacionē·Septimo superinduit dalmaticā·idest sanctā religionem et carnis mortificacionē·Octauo chirothecas·vt declinet vanam gloriā· Nono annulū vt diligat sponsam sicut se·Decimo casulā idest caritatē·Undecimo fidarū·vt quicquid fragilitate vel ignorancia peccat penitēcia tergat· Duodecimo pallium supponit·vt ostendat se imitatorem xp̄i·qui languores nostros tulit·Tredecimo mitram vt sic agat q; coronam mereat̄ p̄cipere eternā·Decimoquarto baculū· idest autoritatē potestatis et doctrine·Et postea tapeta calcat·vt terrā despicere·et amare celestia discat· Omnibus autez p̄missis vestibus induit̄ a ministris·quia ei vt vestes induat spirituales angeli suffragantur·vel quia vicarius est xp̄i cui angeli ministrant et oīa seruiunt·Rursus pontifex tanquā aduocatus et pugil cum hoste pugnaturus antiquo vestibus sacris quasi armis munit̄· iuxta aplīm vt iam dicetur· Primo sandalia pro ocreis habet·ne quid macule vel pulueris affectionuz inhereat·Secō amictus p galea caput cōtegit·Tercio alba p lorica totum corp9 cooperit·Quarto cingulum p arcu·subcingulū pro pharetra assumit·et est subcingulū illud qđ dependet a cingulo quo stola pontificis cum ipso cingulo colligat̄· Quinto stola collum circundat quasi hastā contra hostez vibrans·Sexto manipulo p claua vtit̄· Septimo casula quasi clipeo tegit̄·manus libro p gladio armatur·de singulis ecīā aliter dicet̄ infra·Hec itaq; sunt arma quibus pontifex vel sacerdos armari debet ctra spūales nequicias pugnaturus Nam vt inq̄t aplūs· arma milicie nostre nō sunt carnalia·sed ad destructionē munimīnū potēcia Et in alia epla ad eph̄·vj· Induite vos inq̄t armatura dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli State ergo succincti lumbos vestros in veritate·et induiti lorica iusticie·et calciati pedes in p̄paracione euangelij pacis·in omnibz sumentes scutū fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere·et galeā salutis assumere et gladium spūs qđ est verbum dei· Hec quidez armatura est p̄missa septuplex vestis sacerdotalis significatiua septēplicis virtutis sacerdotis et repsentatiua xp̄i vestium quibus indut9 fuit tempe passionis vt infra dicet̄· Prouideat ergo diligent̄ epūs·et attendat studiose sacerdos vt signum sine significato nō ferat·idest vt vestem sine virtute nō portet·ne forte similis sit sepulchro a foris dealbato·int9 vero omni spurcicia pleno· Quisquis em̄ sacerdos indumentis ornat̄ et honestis moribus nō induitur q̄nto venerabilior appareat hominibus·tanto reddit̄ indignior apud deum· Pontificalem itaq; gloriaz non iam honor cōmendat vestiū·sed splendor animaruz· quomā et illa que quondā carnalibz blandiebātur obtutibus·ea pocius que in ipis erant intelligenda poscebāt ·vt quicquid illa velamina in fulgore auri·in nitore gemmaꝝ et in mistimodi opis veritate signabāt· hoc iam in moribz actibusq; clarescat· cum et apud veteres reuerentia ipsa significationum species obtineret·et apud nos certiora sint experimenta rerū q̄z enigmata figurarum· put hec et alia in pontificali vbi agit̄ de episcopi consecracione legunt̄· Sic itaq; munitus ad certamē ctra spiritualia nequicie in celestibz et p̄sedanda insubditos iudicis ira ad altare p̄cedit·et p confessionē diaboli renunciat homino et seip̄m accusat· Populus vero quasi p̄ suo pugile oratutus in p̄festis diebus terre p̄sternitur· Dum aūt ille orationes et alias recitat q̄si totis viribus ctra diabolū pugnat· Dum diaconus ministris ante euangelū casulā sup humer̄ replicat·quasi gladiū contra hostē vibrat· Dum epla

legitur· voce preconis impatoris edicta dantur cantus fūt tubicine precentores chori regentes sint duces exercituū ad pugnā instruentes· quibus lacessentibus alij subuenīūt· ¶Cantus autē sēcie est plausus seu laus victorie· ¶Dum euangelium legit̄ hostis quasi gladio vulnerat̄· aut exercitus post victoriam dispersus adunat̄· ¶Epūs p̄dicans est impator victores laudans· ¶Oblaciones sunt spolia que victoribus diuidunt̄· ¶Cant9 offertorij ē triūphus qui debet̄ impatori· ¶Pax aut̄ in fine dat̄· vt populi quies hoste ꝓstrato instruetur· ¶Et deinde plūs data licencia per ite missa est· cum gaudio de victoria et pace obtēta ad ꝓria redit· ¶Celebraturus itaq; missam epūs aut p̄spiter indumētis suo ordini ogruentibus se exornat et vestiū cultui actionis que ouemāt ornamīta· ¶Circa qđ notandū est q; sex sunt indumenta sacerdotibus et epīs cōmunia· quia et sex sunt in quibus cōmunis p̄spiterorū et episcoporum potestas osistit· ¶Nouem fūt ornamenta pontificibus specialia· qz et nouē sunt in quibz specialis epōrum potestas osistit· ¶Per hunc ergo communiū et specialiū indumentorū numerū cōmunitas et specialitas potestatū inter epōs et sacerdotes significat̄· de quo in ꝓte p̄cedenti dictum est sub ti· de epō· ¶Hec et cēm tam in nouo q; in veteri testamento legit̄ ostitutum· vt pontifices preter cōmunes vestes haberent speciales sed ibi quatuor erant cōmunes· et ātuor speciales· ꝓut dicet̄ sub ti· de legalibus indumīntis· qđ siquidem racio mistica postulabat nam ille date sunt carnalibz et mundanis· quoniā quaternarius numerus ouemit carnē ꝓpter quatuor humores et mundo ꝓpter quatuor elemēta· ¶Hec autē spūalibus et pfectis date sunt· ¶Nam senarius numerus qui pfectus est· qz reddit̄ ex suis ptibus aggregatis pfectis cōuenit· ¶Vnde et sexto die pfecit deus celum et terraz et omnem ornatū eorū· sed et cum in plenitudine tpis sexta venisset etate sexto die sub hora sexta redemit genus humanū ¶Senarius ergo numerus pfectus est· quia suo ordine numeratus perficitur· ¶Nam cum vnum duo et tres dicunt̄· senarius numerus implet̄· vel qz in tribus ptibus diuidit̄· idest in sexta tercia et dimidia· vicz in vno duobz et tribus· ¶Nouenarius eciam spūalibus cōuenit· qz nouem fūt ordines angelorū qui sēm ꝓbetam p nouem gemmarū species designant̄· ¶Quindecim ergo fūt ornamēta pontificis quindecim virtutū gradus ipō numero designācia· quos p quindecim cantica graduum p̄s· distinxit· ¶Vestes em̄ sacerdotales virtutes significant quibz debēt sacerdotes ornari secundū illud ꝓphetic̄· ¶Sacerdotes tui induant̄ iusticia· et sancti tui exultent· ¶Nue talares dicuntur· qua talus est finis corpis· p quod ostenditur q; non sufficit op9 bonū melioare nisi studeatur pseueranti fine cōpleri ꝓut sub ti de tunica dicet̄· ¶Sic ergo noster pontifex plura quā octo induit vestimenta· quamuis aaron non nisi octo habuisse legat̄· quibus moderna succedūt· quod ideo est· quoniā oportet iusticiā nostram magis abundare quā scribarum et phariseorū· vt intrare possim9 in regnū celorū· ¶Potest eciā dici dici q; noster pōtifex octo habet a capite vsq; ad pedes exceptis vestimīntis pedū et manuū· scz amictum· albam· cingulū· et stolā duas tunicas· casulam· et palleū· vestimentū em̄ pedum poci9 pertinet ad nostrū q; ad aaron· qz nostris dictum est· euntes in omnes gentes cāt̄· ¶Semiq; pter premissas vestes sacris ordinibus et ministris deputatas· est et alia quedā vestis linea que superpelliciū dicitur de quo quibuslibet seruicijs altaris et sacrorum vacantes sup vestes cōmunes vti debēt ꝓut in sequēti ti· dicet̄· ¶Superpelicium aūt ꝓter sui candorē mundiciam seu puritatē castitatis designat· iuxta illud· ¶Omni tpe vestimenta· i· opera tua sint candida· idest munda· ꝓpter nomē vero suū carnis mortificacionē figurat· Dictū est em̄ superpeliciū eo q; antiquit9 sup tunicas pellicias de pellibus mortuorū animaliū factas induebant̄ qđ adhuc in quibusdā ecclesijs obseruat̄· representantes q; adam post peccatū talibus vestit9 est pellicijs· ¶Tercio denotat innocenciā· et ideo ante omnes alias vestes sacras sepe induit̄· quia diuino cultui deputati innocenciā vite cūctis virtutum actibus supponere debent· iuxta illud p̄s· ¶Innocentes et recti adheserunt michi· ¶Quarto ꝓpter sui latitudinē congrue caritatē designat· Vnde sup ꝓphanas et cōmunes vestes induitur ad notandū q; caritas operit multitudinē peccatorum· ¶Quinto ꝓpter sui formā· quia in modū crucis format̄· passionem dñi figurat· quodq; illud gerentes crucifigi debēt vicijs et concupiscencijs ¶Fiunt aūt superpellicie in quibusdā locis de crismalibus limeis que ponunt̄ sup infantulos baptizatos· exēplo moysi qui de purpura et bisso et alijs a populo in tabernaculo oblatis fecit vestes quibus aaron et filij eius induerent̄· quando mīstrabant in sanctis exo· xxix· c· ¶Est eciā et alia vestis que pluuiale vel capa vocat̄· que creditur a legali tunica mutuata· Vnde sicut illa tintinabulis· sic ista fimbrijs insignīt̄ que sunt laboris et huiōi sollicitudines· ¶Habet eciam capuciū· qđ est superum gaudiū· ꝓlixa est vsq; ad pedes· p qđ pseuerancia vsq; ad finē figuricat̄· in anteriori pte apta est· ad notandū q; sancte cōuersantibz vita patet eterna· seu q; eorū vita patere debet alijs in exemplum· ¶Rursus p capā gloriosa corporum īmortalitas intelligit̄· Vñ illā non nisi in maioribus festiuitatibz induimus· aspiciētes in futuram resurrectionē· quando electi deposita carne binas stolas accipiēt· vicz requiem animarū· et gloriam corporū· que capa re cte interi9 patula est et nisi sola necessaria fibula incōsuta quia corpora iam spiritualia facta nullis ammā obturbabunt angustijs· ¶Fimbrijs eciā suborinatur· quia tunc nostre nichil deerit imperfectionis· sed quod nunc exparte cognoscimus tunc cognoscem9 sicut et cognīti sumus· ¶Quidam autē heretici garriūt nusq; repiri in nouo testamīto q; xp̄c vł discipli

eius p̄missis vestibus induerentur · reprehēdē
tes nos temere · q̄ talibus ornam̄ · quomā sicut
iohannes ait · D̄ns surgens de cena posuit vesti
menta sua et postea alia nunquā accepit mīsi sua
nos vero vt dicūt plura alia q̄ vestim9 reuesti
mus in missa in qua cenā ipsam imitamur · et dn̄s
ab his qui volunt ambulare in stolis nos cauere
p̄cepit dicens · Cauete a scribis qui volūt ambu
lare in stolis · dicunt eī q̄ hoc facimus vt iustio
res et excellenciores p̄lis appareamus coī illud
Vos estis qui iustificatis vos coraz hominibus ·
deus aūt nouit cordavr̄a · quia quod hominibus
altū est · abhominacio est apud deū · Error autē
iste ex p̄missis aptissime confutatur · Legit̄ quoq;
ezechiel · xlij · et · xliij · Cum ingredient̄ sanctua=
rium meū et accedēt ad mensā meā vt mihi mini
strent et custodiant cerimonias meas vestibus
vtant̄ limeis · nec ascendit sup eo quicq̄ laneum ·
Cunq; egredient̄ atriū exterius ad p̄lum exuēt
se vestibus in quibz ministrauerūt · et non sanc
ficabūt p̄lum in vestibz suis · Et nota q̄ ostiarij ·
lectores · exorciste · et acoliti vestibz albis vtunt̄
vicz superpellicio · amicto et alba · et balteo · vt an=
gelos dei mistros · p castitatis mundicīā imiten
tur · et in eis in carne gloriosa effecta spūali q̄si
in albis vestibus socient̄ · Inde est q̄ pocio limeis
vestibz vtunt̄ · q̄ sicut limū multo labore ad can
dorem p̄ducit̄ · sic necesse est p multas tribulatō
nes ad regni gl̄iam puenire · In ocilio magoten
statutum est q̄ ep̄us in ordinatōne sua recipiat
orariū · baculum et amulū · p̄spiter orariuz et pla
netam · diacon9 orariū et dalmaticā · subdiacon9
patenā et calicē · et cum degradant̄ ea p̄dūt · Et
in ocilio toletano statutū est q̄ diaconus tpe
oblacionis tantū · scz q̄n legit euangelīū vtatur
alba · i · dalmatica · Notādum quoq; est q̄ vestes
euāgelici sacerdotis aliud designāt in capite scz
in x̄po aliudq; figurāt in membris · quanq̄ et ca
put et membra sacerdotis nuncupant̄ · ad caput
dicit psalmigraphus · Tu es sacerdos in eternū
secūm ordinem melchisedech · Ad membra vero
dicit aplus · Vos estis gen9 electū regale sacer
docium · Exponēda ergo sunt eoz misteria · Pri
mo secūm q̄ membris · Sequenter secūm q̄ capiti
scz x̄po conueniunt · q̄t in quolibet caplo distin
guetur · De ornamentis aut̄ et palleis et vestibz
ecclie vel altaris in pte prima dictū est vbi agi
tur de picturis · Porro sex indumenta sacerdoti=
bus et ep̄is cōmunia sunt hec · amict9 · alba · zona
seu cingulum · stola manipulus · planeta · Quem
vero pontificalibz spēalia sunt hec · calige · sanda
lia · succinctoriū · tunica · dalmatica · cirotece · mi=
tra · amulus · baculus pastoralis · De quibus om
nibus singulatim p̄sequimur · et eciā de fudario
et de palleo et de coloribus quibz ecclesia in ec=
clesiasticis vtit̄ indumentis et de legalibz indu=
mentis ·

De amictu ·

Primo de ser ornamentis ep̄is et sacer
dotibus cōibus est secundū p̄missa di=
cendum · Lotis itaq; manibus · ep̄us seu sacerdos
celebraturus assumit amictū quo caput tegitur
quem pontifex loco ephot siue superhumeralis et
racional̄ habet · et nunc eciā superhumerale vocari
potest significans salutē que p fidem tribuitur ·
De hoc aplus ad eph̄ · vj · Galeā salutis assumite
significat eciā castitatem cordis et corpis · quia
et renes et pectus ambit et tegit · et omnibz sa=
crisvestibus suppomit̄ · sed omnibz supeminet q̄
castitas et debet eē int9 in pectore et foris in te
rim ope · Vs in renibz stringit̄ · quia ibi p̄cipue
luxuria dominat̄ · Per amictum quoq; sup humē
ros quia circūquaq; diffundit̄ op̄m fortitudo de
signatur · Humeri nanq; fortes sunt ad opa pa=
genda · iuxta illud · Patriarche iacob sup ostium
humer⁹ ad portandū factus est tributis seruiēs
Duo vasculi siue due cordule quibz amict9 ante
pectus ligat̄ significant intencionē et finem qui
bus informandū est opus · ne fiat in fermēto ma
licie et nequicie · sed in azimis sinceritatis et veri
tatis · Sacerdos igit̄ non debet ociosus existere ·
sed homis op̄ibus insudare · secūm illud apli ad
thimo · Labora sicut bonus miles ihu x̄pi · Laudā
da tamen quorundā locoz habet cōsuetudo · vt
linea camisia alba aut superpellicium sup cōmunes
vestes inducit̄ priusq; amictus imponat̄ · per qđ
fides que primo adesse debet significat̄ · Porro
amict9 sup os planete reuoluit̄ · de quo sab ti · de
planeta dicet̄ · amictu quoq; collū stringit̄ · p qđ
vocis castigacio intelligit̄ · quoniā per collū in
quo vox est vsus loquendi exprimit̄ · Stringitur
ergo collū ne in de ad linguaz mendaciū transire
possit · Leuit̄ tamē cum eo pectus et fauces stri=
guntur · put sub ti · de cingulo dicet̄ · Illo eciam
caput opimus ne circunquaq; libere p̄spiciendo
illicita cogitemus · Pectus seu cor eo tegit̄ · quia
animus sacerdotis ad ea que incumbūt debet to
tus esse intent9 · nec debet tunc ad vanitates vel
ad aliqua mūdana libere meditāda dissolui · Por
ro amictus quo sacerdos caput obnubit · secūm q̄
capiti · scz x̄po conuenit figurat id qđ in apoc̄
describit̄ · vicz angelum dei fortē descendisse de
celo amictū nube · Et in ysaia · Ecce dom̄in9 ascen
det sup nubem candidā · veniens eī ad saluacio
nem mundi saluator mūdi dei filius · angel9 mag
ni consilij amictus est nube dum diuinitatē absco
dit in carne · Nam caput viri x̄pc · caput x̄pi deus
Hoc ergo carnis latibulū significat sacerdotis
amictus · qđ per illā sindonem expressius figura
catur · quia summus pontifex caput obducit · de
qua in ti · de succinctorio dicet̄ · et pulchre quidē
euangelicam inchoauit dicens · Penitenciam agite·appropinquabit enim regnum celorum ¶ Diaconus vero representat prophetas · qui annunciauerunt futuram ex euangelio vitam · ¶ Ceterum episcopus ideo sequitur euangeliū ad notandum q̄ debet semper illud et intueri· et in mente habere·et ante illum portatur ·q̄ per doctrinam euangelij ad xp̄istum vitā via preparatur·Potest etiam dici· q̄ per subdyaconum librum ferentem·et per dyaconum euangelij preconem sanctos noui testamenti·per librum vero euangelij nouum intelligimus testamentum·Per ceroferarios vero et thurifer arium·sanctos qui precesserunt nouum testamentum·et per duo candelabra cum cereis ardentibus legem et prophetiam·que xp̄istum mundi lucem nunciabant commemoramus·Sine igne enim non debet sacrificari·Juxta illud leuitici sexto capitulo·Ignis in altari meo semper ardebit· ¶ Quid lumen huius significet·et de candelabris·dictum est in prima parte sub titulo de picturis· Cerei feruntur super candelabra que fundamentum designant·vt super fundamentum luceat coram hominibus lux predicatorum·Pulcre ergo candelabra dyaconus·et subdyaconus ante euangelium precedunt· quia lex et prophete legem gratie precesserunt· In quibusdam ecclesijs sunt tres cerei·quorum medius significat illum qui ait Vbicunq̄ sunt duo vel tres·etcetera · in alijs septem·quia gratia septiformi tota ecclesia illuminatur·De hoc aliter sub euangelio dicetur·Thuriferarius vero ceroferarios antecedit et alios·ad notandum q̄ thuris significatio sanctis vtriusq̄ testamenti communis est· ¶ Per thuribulum autem cor humanum competenter notatur·quod debet esse apertum superius ad suscipiendum · et clausum inferius ad retinendum·habens ignem caritatis et thus deuotionis · siue suauissime orationis · seu bonorum exemplorum sursum tendentium· quod per fumum inde resultantem notatur·Sicut enim thus in igne thuribili suauiter redolz et sursum ascendit · ita opus bonum ·vel oratio ex caritate vltra omnia thymiamata fragrat· Adhoc thuribulum cum incenso corpus xp̄isti suauitatis odore plenum· carbones spiritum sanctum thus bom operis odorem designant· De hoc etiam dicetur in q̄nta parte · sub titulo de laudibus matutinis·et infra sub titulo de thurificatione· ¶ Postquam ad altare ventum est· cerei qui precesserant postponuntur· vt ostendatur doctores fuisse ante natiuitatem et post illuminantes·Candelabra vero manib9 per acolitos tenentur donec kyrieleyson incipiebatur·ad notandum q̄ doctor debet exercere opere quod docet · quodq̄ non debet rudem populum deserere donec sciat profiteri domie miserere·Illo vero incepto deponuntur quandoq̄ in pauimento·Tum quia post acta bona opera humiliare et esse puluerem recognoscé nos debemus·Tum quia doctores in bono opere et in predicatione se terram esse cognoscere debent Sed dum offitium inchoatur subleuari debent·quia quisq̄ et precipue prelatus se erigé per bona opera debet· vt ceteri hoc videntes glorificent patrem qui est in celis ¶ Adhuc pontifex ad altare perueniens mitram deponit prout dictum est in tercia parte · sub titulo de mitra·Deinde confessionem facit· interea vero dum confessio fit subdyaconus tenet libz euangeliorum clausum ante faciem eius a parte sinistra Stat quidem ad sinistram·quoniam ipe in aliquibus tenet locum prophetarum quos sepe in ecclesia legit· tenens librum ante oculos pontificis· vt ille iugez memoriam bēat euangelice predicationis qui clausus tenetur·quoniam lex euangelica clausa in prophetis mistice continetur·Confessione autem facta · sacerdos librum aperit et osculatur · prout sub titulo de osculo altaris dicetur· ¶ Sane scōm Innocentium papam tercium·romanus pontifex dum stacionalē solennitas celebratur cum sex ordinibus clericorum · de quibus in prohemio secunde partis dictum est a sacrario siue a loco vbi se induit et parauit processionaliter progreditur ad altare·designans q̄ xp̄istus exiuit a patre et venit in mundum·hic enim processionis ordo generationis xp̄isti seriem representat·quaz matheus euangelista describit·in qua sex inueniuntur ordines personarum·a quibus sm carnez xp̄istus origmem traxit et in mundum processit·videlicet patriarche·prophete·reges·principes·pastores et duces·Abraham pr̄iarcha· Dauid propheta·Salomon rex·Salomon princeps·Judas pastor·Zorobabel dux·Duo dyaconi pontificem deducentes significant abraham et dauid·quibus incarnationis xp̄isti facta ē repromissio·Nā illi repromissum est ·in semine tuo benedicentur omnes gentes·isti vero pollicitum est·De fructu ventris tui ponam super sedem tuam·propter quod euangelista figurasse hos duos in generatione xp̄isti premisit inquiens·Liber generationis domini nostri ihesu xp̄i filij dauid filij abraham · iste sunt due columne quas vetus ille pacificus in vestibulo templi posuit ante hostium·quas ambit fumculus duodecim cubitorum · id est quos fides duodecim apostolorum amplectitur · De quarum medio xp̄isti ostium credentibus aperitur · Quatuor autem mmistri super pontificem mapulaz ferūt in summi tatibus quatuor baculorum colligatā Et inde ipi mimistri manipularij nuncupantur· mapula illa que diuersis figurata est ymagimibus factam designat scripturam·que multis et varijs insigmta est misterijs·Hec quatuor baculi super pontificem portantur extensa·quia sacra scriptura quatuor modis super xp̄istum fertur expolita·videlicet hystorice·allegorice

anagogice·et tropologice·prout dictum est i
prohemio libri·hic est fluuius paradisi q̄ quat
uor in capita diuisus progreditur·hec est men
sa propositionis que quatuor pedibus eleuata
subsistit·Super pontificem ergo portatur ex=
tensa vt is venisse monstretur·quem lex scrip/
serat et prophete·Nam ipsemet xpristus mei
piens a moyse et prophetis interpretabatur i
omnibus scripturis que de ipso erant·propter
quod alibi dicit·Si credueretis moysi etiam cre
deretis·a mihi·de me enim ille scripsit Quatuor
ministri mapulam ferentes quatuor sunt euan=
geliste sacram scripturam declarantes et fidez
exaltantes·Hinc est q̄m summitatibus baculoꝝ
eorum ymagines collocantur·et preferuntur
duo luminaria cum incenso·quia lex et prophe
te cum psalmis xpristi pronunciauerunt aduen=
tum xpristo attestante qui ait Necesse est implē
omnia illa que in lege moysi·et prophetis·et
psalmis de me scripta sunt In maioribus autem
solennitatibus septem candelabra coram pon/
tifice deferuntur·per quod illud ostenditur·
quod iohannes in apocalipsi describit·Conuer
sus inquit·vidi septem candelabra aurea et in
medio ipsorum similem filio hominis vestitum
podere·vt ille per hoc aduenisse monstretur·
super quem requieuit spiritus gratie septifor
mis·sm illud ysaie vaticinium·Egredietur vir
ga de radice yesse·et flos de radice eꝰ ascendet
e·i·s·c·s·d·s·s·et in ipsa·f·s·s·et p·et r·e·s·t·d
·In quibusdam etiam basilicis arca medium cho
ri manipulus stupe appenditur·cui pontifex
transiens ignem apponit·vt in conspectu po/
puli cito incineretur·per hoc secundum aduen
tum commemorans·in quo xpristus viuos et
mortuos et seculum per ignem iudicabit·Nam
ignis in ospectu eꝰ semper ardebit·et in circui
tu eius tempestas valida·ne videlicet quis ma
le securus existat·quomam qui in primo aduen/
tu blanditur per secundum exterret·qui enim
iudicandus venit in primo·iudicaturus venet
et in secundo·Hoc etiam fit vt pontifex ignem
apponens·consideret q̄ ipse in cinerem debet
redigi·et ornatus eius in fauillam conuerti·et
q̄ quem admodum stupa facile comburitur sic
etiam facile et quasi in momento presens tran=
sit mundus et concupiscencia eius·quia sm ia=
cobum apostolum·vita nostra vapor est ad mo
dicum parens·ne forte qui gloriosus incedit in
temporali gloria delectetur Nam omnis caro fe
num et omnis gloria eius quasi flos feni·Cum
autem iam pontifex appropinquat altari·pri
micerius scole cantorem accedens·dextrum ip=
sius humerum coram astantibus osculatur·q̄
cum xpristus nasceretur in mundo·angelꝰ ille
cū quo facta est celestis milicie multitudo·lau/
dantium deum·natiuitatem eius pastoribus pa
tefecit·de quo dicit prophcta·Puer natus est
nobis et filius datus est nobis·et factus ē prin
cipatus super humerum eius·Porro tres sacer
dotes qui pontifici venienti coram altare reue
renter occurrunt·et inclinantes os eius oscilan
tur et pectus·significant illos tres magos qui
venerunt hierosolimam dicentes Vbi est qui na
tus est rex iudeorum·et procidentes adorauc
runt eum·et quia apertis t·s·o·e·m·a·t·et mir
ram·per geminum quidem osculum·geminam
in xpristo confitentur naturam·diuinam scilicz
et humanam·diuinam quasi latentem in pecto
re·humanam quasi patentem in ore·quas etiaz
per oblata munera magi mistice figurarunt·
Osculum enim signum est reuerencie·prout sub
titulo de pacis osculo dicetur·Disponitur autē
ista processio velud castrorum acies ordinata·
Nam maiores et fortiores quasi custodes exer=
citus preueniunt et secuntur·minores autem
quasi debiliores in medio colliguntur precedē
eñ episcopi et presbiteri·subsequunt̄ pōtifex
et dyaconi in medio·colliguntur subdyaconi et
acoliti·Cantores vero quasi tubicines exercitū
precedunt vt eum ad prelia contra demones ex
citent et inuitent·de quo prelio apostolus ait·
Non est nobis colluctacio aduersus carnem et
ad sanguinem sed aduersus spirituales nequicie
in celestibus·Vnde buccinate in neomenia tu=
ba in die insignis solemnitatis vestre·Premisi
mus de processione summi pontificis·inde etiā
occasione sumpta et de aliis processionibus ali
qua subiciamus·Circa quod generaliter notan
dum est·q̄ sicut in missa legatio xpristi pro no
bis in mundum figuratur·et in processionibus
nostris reuersio nostra ad patriam nostram de
notatur quarum solennitas egressum populi de
egipto pene in omnibus imitatur·Sicut enim
populus ille per moysen ereptus est de manib9
pharaonis sic populus dei per xpristum libera
tur de ore leonis·Et sicut tabule testamenti de
monte synai accepte sunt a moyse·et coram po
pulo portate·Exodi·tricesimo quarto·et trice
simoquinto capitulis·sic liber euangelij sumit̄
de altari et portatur·Illos vero columna ig=
nis precedebat et añ nos lumen candele p̄cedit
ante turmas illorum signa ferebantur·et ante
nos cruces et vexilla portantur·Ibi p̄digia
fiebant et apud nos miracula non cessant·Illic
leuite tabernaculum federis portabant·et nr̄i
dyacones et subdyacones planaria et capsas fe
runt·Ibi arca domini a sacerdotibus portabat̄
et apud nos scrinium aut feretrum cum reliq̄is
a presbiteris deportatur·Apud illos aaron sū
mus sacerdos sequebatur ornatus et apud nos
episcopus infulatus·Apud eos moyses cū vir
ga·apud nos rex cum sceptro·vel episcopꝰ cū
gambuca·Ibi clangor tubarum·hic strepitus
campanarum·Ibi populus armatur·hic clerus
sacris vestibus et populus virtutibus adornat̄
Ibi populus aspergebatur cum sanguine·hic
aqua benedicta cum sale·Illis obuiat amalech

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sanguinem ficiens · nobis turma demonum nr̄e vite semper insidians·illis suus iosue extitit victor·et noster ihesus victoriam nobis obtinuit· ¶ Cum autem ad aliqnam ecclesiam processionaliter tendimus·tunc quasi ad terram promissionis accedimus· ¶ Cum vero ecclesiam cantantes intramus quasi gaudentesad patriam peruenim9 ¶ Cum circa ecclesiam feretrum cum campana9 pulsacione portamus·quasi cum archa cum sono tubarum·et cum clangore populi hiericho circuimus· ¶ hiericho corruit et destruitur·cū in nobis concupiscencia vincitur· ¶ Cum vero de choro ad aliq8 altare im9 ibiq3 stacō3 facimus significat q3 anime ad xpristum tendent et continent in consorcijs angelorum· ¶ Secundo etiam ¶ dauid et ¶ salomon nos ad processiones informauerunt·cum dauid archam dei in tabernaculum·et ¶ salomon in templum cum ymnis et canticis portauerunt·et sub alis cherubin locauerunt· ¶ Sic xpristi humanitas celum ascendens ingreditur·et ab angelis perhenniter adorat̄· quem fidelis anima comitatur· ¶ Tercio etiam in processionibus memoramus·q3 xpristus de sinu patris venit in mundum de presepe ad templū vniuersaliter de bethania in hierusalem·et de hierusalem in montez·optantesvt de mundo reuertamur ad patriam·et de vna ecclesia ad aliā scilicet de militante ad triumphantem·sequentes crucem·id est vestigia crucifixi·et nosvicijs et concupiscencijs crucifigentes ¶ Sequentes etiam vestigia sanctorum precepta euangeliorum et induti vestes sacras·scilicet loricam iusticie cingulum continencie·scutum fidei·et galeam salutis eterne· ¶ Deinde sacerdos celebraturus· quasi contra spiritualia nequicie in celestibus pugnaturus sacris vestibus quasi armis induitur·prout dictū est in prohemio tercie partis· ¶ In nonnullis autem ecclesijs sic processio ordinatur· ¶ Precedunt nanq3 septem acoliti cum luminaribus significantes omnes qui per septiformem spiritussancti graciam lumen scientie fidelibus ministrauerunt· ¶ Illos sequuntur septem subdyacoi cum planarijs significantes illos qui p eandem gratiam plenitudinem diuinitatis in xpristo habitam ·corporaliter docuerunt · ¶ Et post eos septem dyacoi representantes vniuersaliter omnes qui per eandem gratiam spūalem·videlicet euangelicam intelligentiam de xpristo habuerunt· ¶ Et post eos duodecim priores·significantes omnes qui fide sancte trinitatis·vel trium vel quatuor virtutum operibus chorusca3t · quos comitantur tres acoliti cum thuribulis et incenso·significantes tres magos qui xpristo munera obtulerunt· ¶ Deinde sequit̄ vnus subdyaconus codicem euangelij baiulans qui significat legem·qui ideo pontificem precedit·quia lex continens in se passionis euangelicum sacramentum precessit xpristi aduentum·et portat illum clausum ·ad notandum q3 illud in lege fuit obscurum ·priusquam agnus septimi libri singula aperiret · ¶ Deinde pontifex a duobus quasi in curru vehitur·quem turba comitatur orando·in quo designatur q3 popul9 sequitur xpristum in celum ·in quo comitatu decem sunt ordines·scilicet ¶ Hostiarij·Lectores·Exorciste·Acoliti·Subdyacoi·Dyacoi·Presbiteri·Cantores·Layci·Mares·et Mulieres · quia currus dei decenmilibus multiplex milibus dicitur·ad insinuandum eorum perfectionem ¶ Sed dyaconos·subdyaconos et accolitos·presertim secum paratos adducunt·iuxta illud· ¶ Ecce ego mitto ad vos prophetas sapientes·et scribas· ¶ Prophete sunt dyacoi·sapientes subdyacoi· scribe acoliti·His siquidem xpristi vicarius et ipse xpristus in publicum deducitur in modum adolescentularum tympanistriarum · ¶ Cum aūt productum cantores et duo chori eum suscipiūt gratulando cantantes introitū cū Gloria in excelsis· ¶ Semper cantores siue clerici in albis exultantes angeli sunt · qui xpristum ascendentem cum gloria et laudibus in altissimis exceperunt ¶ Duo chori qui laudes concinunt·sunt duo populi·iudaicus et gentilis·qui xpristo venienti ad eum laudibus occurrunt·Ipsa vero processio est via ad celestem patriam· ¶ Aqua benedicta p̄cedens munditia vite est·Luminaria misericordie opera·iuxta illud· ¶ Sint lumbi vestri precincti·et lumen ardens in manibus vestris·etc̄a ¶ Siquidem pontifex seu sacerdos quasi medi9 collocatur inter clerum et crucem precedentez et populum subsequentem· tanquam mediatoris dei et hominum vices gerens· ¶ Preterea maiores in choro et in processione posteriores fūt quia salus fit descendenti· ¶ Vnde zacheus princeps publicanorum·quia pusillus erat cum ascendisset sicomorum vt videret ihesum transeuntem ait ei ihesus· ¶ Zachee descende· quia hodie oportet me manere in domo tua· ¶ At ille descendit·et accepit illum gaudens in domum suam· ¶ Iudei vero in sublime stantes erant ·et maiores eorum primas cathedras in synagogis habent· ¶ Crux ergo quasi regale vexillum et triumphale signum in processionibus premittitur·primo vt fugiant qui oderunt eum a facie eius·est enim signum victorie xpristi·iuxta illd̄ ¶ Vexilla regis prodeunt·fulget crucis mīe·quo demones victi sunt· ¶ Vnde illo viso timent · et fugiunt·et propter hoc in quibusdam locis tempestatibus aeris opponitur · vt demones fugiant et ab aeris concitacione desistant ¶ Sempe sancte crucis misterium est nostrum signū· et vexillum· ¶ Vnde ysaie vndecimo· ¶ Stat in signum populorum·ipsum gentes deprecabunt̄· et erit sepulcrum eius gloriosum· ¶ Secundo crucis vexillum premittitur·quia sicut ait apostolus ad ¶ Galathas· ¶ Absit nobis gloriari · nisi in cruce domini nostri ihesu xpristi·per quē mūs nobis et nos mundo crucifigi debemus· ¶ De hoc

etiam sub titulo de euangelio dicet. Quandoq; etiam vexilla premittuntur. vt dicetur in sexta parte sub titulo de rogationibus ¶ Sane vt premissum est. dum fit processio campane pulsantur. Nam sicut rex terrenus in exercitu suo regalia habet insigna. scilicet tubas et vexilla Sic et rex eternus xpristus in ecclesia sua militanti campanas pro tubis et cruces pro vexillis habet. De quo in prima parte sub titulo de campanis dictum est. Adhuc campanarum stre pitus prophetas qui xpristi aduentum prenunciauerunt figurat. ¶ Panni. et alia substernuntur in locum vnde transire et ad cantandum processio stare debet Juxta illud Thobie penultimo. Platee tue sternentur auro mundo. et candido. et in vijs eius cantabitur alleluia. Illud autem sciendum est q; quatuor sunt solennes processiones. scilicet in purificatione beate virginis marie. in ramis palmarum. in pasca. de quibus in suis locis dicetur. et quarta que fit in ascensione domini. ad representacionem illius vltime processionis. quam discipuli post dominum in die ascensionis eius in celum fecerūt. venientes simul cum eo ad montem oliueti. Vnde assumptus est videntibus illis. in cuius processionis representacionem fit processio in domicis diebus. ¶ Sciendum est enim q; primitiua ecclesia obseruat diem dominicam solemem vt et modo. et fiebat in ea processio in memoriam resurrectionis et obseruabat etiam quintam feriam. et fiebat in ea processio in memoriam dominice ascensionis. sed multiplicatis sanctorum festiuitatibus sublata est solennitas quinte ferie et eius processio per Agapitum papam. in dominicā translata est vt a populo tunc ad ecclesiam conueniente simul et solemniter valeant celebrari. et propter hoc dies iouis dicitur vulgariter cognata diei dominice. quia videlicet antiquitus par solennitas fuit vtriq; In diebus igitur dominicis processionem facientes resurrectionem dominicam memoramus et processionem per discipulos post dominum factaq; representamus. non q; illi eam in dominica die fecerint vt premissum est. sempe egrediendo ecclesiam et regrediendo ad eam. quasi de hierusalē redimus ad hierusalem. prout illi fecerunt. et sequimur crucem sicut illi crucifixum. et licz illi in e hiesu redierunt nos tamen cum cruce redimus. pro eo quod ipe dixit. Vobiscum sum vsq; ad consumationem seculi. que processio anteq; tercia dicatur facienda est. prout in sexta pte sub ascensione dicetur. Non est etiam pretermittendum q; in dominicalibus processionibus de nouo dumtaxat testamento cantare et virginez salutare. et aliquid quod ad eius laudem proprie pertineat cantare debemus. ex quo etiam consuetudo moleuit vt in claustris oratorium virgims construatur. quam in statione prima ex pristina consuetudme salutamus. licet etiam dicatur q; xpristus resurgens prius magdale/ne apparuerit. verius tamen creditur q; matri sue ante omnes apparuerit. sed ad euangelistas hoc dicere non pertinuit. quorum officium fuit testes resurrectionis inducere. nec decuit ad testificandum pro filio matrem inducere. Si enī verba extranearum femmarum visa sunt mere dulis deliramenta quō non magis matrem pro filij amore crederent deliraſſe. et sic romana sētire videtur ecclesia que in prima die post resurrectionem scilicet in pasca apud beatam mariaz maiorem celebrat stacionem. quasi preponens hierusalem id est virgmem que vidit pacem p̄ alijs in principio leticie sue. quocirca. sicut prima die ad misericordiam suam apud sanctam maiorem precurrimus. sic et ad eius honorem in dommicalibus processiombus prima stacio deputatur. vt eam laudibus extollentes. et ad eq; oratorium festimantes. cum sponso dicere videamur. Vadam ad montem mirre. et ad collem thuris. Mons quidem est ipsa beata virgo. ad quam filius resurgens vadit apparendo a nos adorando. ¶ Postremo notandum est q; in quibusdam ecclesijs post processionem omnes clerici ante crucifixum veniunt inclinantes illi et dicentes. Aue rex noster benedictus. Sed et qui plumalia aut alias solennes vestes portarunt ante altare illas deponunt. primo ad representandum q; filij hebreorum sternebant vestimenta sua in via ante xpristum. in processione sibi hierusalem venienti facta. Secundo ad ostendendum q; diuino vacaturi offitio. omnia mundana a mentibus abicere debent

De confessione

Priusq; sacerdos vel episcopus gradus altaris ascendat. et anteq; sacz ordmetur offitium. ad seipsum reuertens inclinat se ante altare. significat xpristi exinanitionem qui inclinauit celos et descendit cum se formam serui accipiens exinanuit. a considerans quod sicut dicit salomon. Justus in principio sermonis accusator est sui. confisus etiam de illa prophetica consolatione. Dixi confitebor. et tu re. nē. De peccatis suis cum astantibus generaliter. pē. illum premittens. ex institucione celestini pape primi. rite ad hoc conuenientem Judica me deus. nē. vt discretus a gente non sancta. et ab homine liberatus iniquo. ¶ Ad altare dei dignus introeat. petit enim liberari a temtacione. et illuminari a gratia. vt patet in ipso psalmo. Petit etiam a deo. vt det ei quod offerat. scz filium suum quem nisi ei daret. prout abrahe dedit non haberet quod offerret Fit ergo confessio vt purior sit et sine macula ingrediatur. in qua notandum est. quia non vt ḋns mi nus prouide faciunt in specie. ne cauterizet conscientie auditorum. sed in gñe fūt ostenda

peccata·quoniam ista confessio non est occulta ꝫ manifesta·¶ Et nota ꝙ cum in templo salomonis dedicato sacerdotes dicerent ¶ Confitemini domino quoniam bonus quoniam in seculū misericordia eius·nebula impleuit domum domini et obumbrauit facies sacerdotū·itaq; se mutuo videre non poterant·et ait ¶ salomon·dixit dñs quod inhabitaret in nebula·dixit·idest opere demonstrauit·quoniam in monte synai apparuit in nebula israhel in nube precessit·et ante moysen in cauerna positum transiuit in nebulam

¶ Percutimus autem pectus cum peccata confitemur·exemplo publicani qui pectus suum percutiebat dicens domine propicio esto mihi peccatori ¶ In confessione quidem pectoris tria sunt·ictus·sonus·et tactus·per que significantur tria que sunt in vera penitencia necessaria·viz cordis contricio·oris confessio et operis satisfactio·quia in tribus peccamus·scz corde·ore·et opere·¶ Deinde pro circumstantibus orat indulgentiam peccatorum implorans·¶ Nam xps de secreto patris in mundum veniens·et deuterovirginali ꝓcedēs ꝓtib9 suspiria multiplicātibus ꝓ nobis passurus hierusalem introiuit·in mortē se inclinauit·causam suam contra hominem dolosum et iniquum deo committens·et patri confessionem fecit dicens ¶ Confitebor tibi pater celi·etc·ipe ꝙ nob indulgens ꝓpo corpore peccata nostra portauit·¶ Sane pontifici facturo confessionem subdyaconus manipulum corā altare immittit·¶ Primo ad notandum ꝙ concessa tpalia per manum alienam puta subdyacon·vel alterius·et non per propriā recipere et adminstrare debet·¶ Secundo ad designandum ꝙ non sufficit oris confessio nisi et bom operis fruct9 per manipulum designatus sequatur·¶ Tercio vt videns se inferioris ministerij ornamento ornari animo humilietur·¶ Rursus ideo pontifex post acceptam casulam et non ante manipulum recipit·quia xp̄istus cuius typum gerit non pus manipulos operum·qui per manipulū ipm designantur obtulit·ꝙ celestem haberet conuersationem que per casulam figuratur·prout in parte tercia sub dalmatica dictum est ¶ Sacdos vero econtra ante indictam casulam manipulū sumit·quoniam celestem conuersationem adipisci nequit·nisi prius sanctorum operum manipulos portet·¶ Ad hoc pontifex·postq; ad altare peruenit manipulum recipit·ad notandum ꝙ tunc demum bonorum operum effectiuum premium percipiemus cum ad eterni tribunal iudicis peruenemus·¶ Sacerdos aūt dum facit confessionem et etiam sepe in misse officio manus iungit·que manuum iunctiones deuotionem significant·¶ Et quia illa in aliquo est maior·et in aliquo minor·ideo certus manuum iunctionum non est numerus determinatus·¶ Rursus sacerdotis manuum iunctio significat omnium bonorū adeo fluentium in ipo vnitatem et coniunctionē

et quia infinita bona infinitis et indeterminatis modis possunt a deo procedere·ideo manuū iunctionis sacerdotis numerus determinatus non est·¶ Inclinationes vero sacerdotis in officio misse ꝟm morem quarundam ecclesiarum sub certo numero perstringuntur·quoniam regulariter octo vicibus profunde coram altare·et tredecim vicibus mediocriter supra altare inclinat·octo profundas inclinationes ante altare facit ad referendas gratias ipi xp̄o·de octo principalib9 que egit ante sui ymolationem ꝙ sacerdos in officio figurat altaris·primum fuit admirabilis incarnatio·secundum fuit discipulorum gratuita vocatio·terciū demonis in temtacionibus superatio·quartum miraculorum operatio·quintū infirmorum sanatio·sextum mortuorum resuscitacio·septimum omnium questionum ei ꝓpositarum per suam sapientiam determinatio·octauū salutaris populorum instructio·et quecunq; ante sui ymolationem egit·¶ Ad hec octo ꝟm bernh· reduci videntur·nonum vero inclinationes mediocriter facit supra altare·quia xp̄s·nonum principalia fecit in ara crucis sumendo aram crucis pro toto tpe sue passionis que quidem incepit in hora captionis·primum fuit iude proditoris discreta redargutio·dicens·iuda osculo filiū hominis tradis·secundū fuit ipsum capturis suis prebitio dicens eis·quem queritis·qui respondерunt ihm nazarenum·quibus rñdit·ego sum·¶ Tercium falsis testibus et regibus mansueta responsio·¶ Quartum sputorum et verborum sine murmuratione tolleratio·¶ Quintum in his que vidit et audiuit nulla sibi data perturbatio·¶ Sextum discipuli eum ter negantis culpe odonatio·¶ Alia vero septem enumerat ambrosius·ab eo in ligno crucis facta dicens·¶ Actor pietatis in cruce pendens officia diuidebat persecutionē apostolis·pacem discipulis·corpus iudeis·spiritū patri·paranymphum virgim·paradisum latrom·et infernum peccatori·¶ Oscula ꝙ sub certo numero fiunt·prout dicetur in quarta particula canonis

¶ De incenso benedicendo· et in thuribulum mittendo

¶ Post factam confessionem·et datam absolutionem pontifex vel sacerdos pri9 ꝙ dicat·Deus tu conuersus·etc·incensum cum benedictione in thuribulo ponit representans ꝙ legalis sacerdos ferens sanguinem et carbones·cum thymiamite in thuribulo orans ponebat·donec fumus eum obumbraret·prout dictum est in prohemio huius partis ¶ Per hoc etiam illud insinuans· quod angelus venit·et ante altare stetit·habens thuribulum aureum in manu sua·quod impleuit de igne altaris·et data sunt ei incensa multa vt daret de orationibus sanctorum·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sane angelus est cristus thuribulū aureū corpus immaculatum altare eccl̄a ignis caritas incensum oratio secundum illud ꝓphēticum · Dirigatur oracio mea sicut incensum in conspectu tuo · Venit ergo angelus id est cristus qui stetit ante altare id est in conspectu ecclesie habens thuribulum aureum id est corpus immaculatum plenum igne id est caritate et · data sunt ei ſcz a fidelibus incensa multa id est orationes vt daret id est representaret eas patri de orationibus sanctorum · Et nota q̄ nō dicit orationes cristus enim nō omnes orationes exaudit sed dicit de orationibus de illis videlicet que pertinent ad salutem · Vnde cū paulus terminum rogasset vt ab eo stimulū carnis auferret respondit ei dn̄s sufficit tibi gracia mea nam virtus in infirmitate perficit̄ · Episcopus ergo vel sacerdos thus in thuribulo apponit · quia cristus orationes inspirat in animo vt ipsum offeratur incensum in odorez suauitatis Sacerdos autem minister incensum representat episcopo vel diaconus sacerdoti quia lex illud pretiosum thymeama confecit q̄ in odorē suauitatis altissimo offerret de quo dominus subdit in exodo tricesimo capitulo · Talem confectionem non facietis in vsus vestros quia sanctum est domino · a homo quicūq; fecerit simile vt odore illius perfruatur · peribit de populis suis · Et ex hiis verbo fuerit qui dicerent · q̄ si oblato thure · et benedicto supra altare · thuribulū descendat · ab altari ad clericos vel laicos · tūc aliud ibi thus fine benedictione apponendum ē et omnibus tam clericis quaz laicis offerendū tang̃ illud spectet ad latriam istud ad duliam Melius tamen secundum spiritum · quam secundum litteram intelligitur · nam littera occidit spiritus vivificat · et ꝓter premissam ecī causam odor thuris benedicti non datur in ecclesia sponso et sponse · per concremacionem vel cōsecracionem vero thuris figuratur · q̄ sacerdos orationem ferventem et deotā debz habere · Thus enim virtutem habet ascendendi ex fumi leuitate consolidandi ex sui qualitate · constringendi ex glutinitate · confortandi ex aromaticitate · sic oracio ascendit in dei memoriam animam consolidat · quantum ad culpam preteritam impetrando medelam · et constringit · quo ad cōmitendi licēciam confortat quo ad presentem impetrando tutelam · de quo eciam dictum est sub ti · de accessu pontificis ad altare · et dicetur sub ti · de thurificacione · Nauicla vero in qua incensum reponitur · designat q̄ per orationem quam incensū figuratur · de huius mundi mari magno et spacioso ad celestez patriam satagimus navigare · Vnde in ꝓuerbi · facta est quasi nauis institoris · portans de longe panem suum · Potest eciam dici · q̄ per thuribulum cor hominis · per ignem feruor devocionis · per incensum orationes · per naviculam ecclesia in qua deuote orationes offerunt̄ · que per angelum ad deum perferuntur significatur · Vascula quibus ignis recipitur sunt fidei · qui corda patrum pietate fluencia imitatur · et flammam celestis sacrificij · quaz in proximorum mentibus aspiciunt in suis accendere satagunt · Instrumentā vero quibus ignis ad altare portatur sūt predicat̄es · qui exemplis sanctorum caritatis ignem p̄ portant q̄ in corda fideliū transferunt · que corda patrum in filios convertunt · Thuribulum autez quid significet · dicetur sub ti · de thurificacione ·

De Osculo altaris et libri ·

Post immissum in thuribulo incensum sacerdos seu episcopus dicto · de⁹ tu conuertus ac̄ · sacrum osculatur altare vt notetur pacificacio cum iudeis et ad designandū q̄ cristus ad nos veniens · sanctaz sibi copulauit eccl̄iā · Iuxta illud ꝓphetalamicum osculetur me · osculo oris sui · In osculo siquidem os ori conjungitur · et in cristo non solum humanitas est vnita diuinitati · Verum eciā sponsa copulata est sponso iuxta illud ꝓphēticum · Quasi spōsa decorauit me corona · et quasi sponsam ornauit me monilibus · Iterum quando ꝓphetalis versus introitus a cantore incipitur · sacerdos ad altare ascendens illud osculatur quia ꝓphetarum testimonio cristus venit in mundum · et ad passionem altaris · Quociens autem in officio misse osculetur altare · et in qua parte eius oscula fiant et quare p̄ambus supra illud depositis · et q̄re signo crucis in locis osculandis post impressio · dicetur sub quarta particula canonis · In hoc autem loco altare figuraret populū iudaicum · Codex vero euāgelij siue euangelium populum gentilem qui per euangelium credidit · Ideo ergo episcopus vel sacerdos euangelium et altare osculatur · quia cristus vtriq; dat pacē · quando lapis angularis factus fecit vtraq; vnum · Potest eciam dici q̄ subdiaconus librum euangelij qui clausus portabatur offerunt episcopo vel sacerdoti · Ille vero ad altare perueniens illum aperit · ad insinuandum illud qō in apocalipsi describitur q̄ nemo dignus est aperire librum qui intus erat scriptus · et foris sigillis septē signatus nisi leo de tribu iuda clauis dauid · qui librum aperuit et vij · eius signacula soluit · Per altare vero eccl̄a signat̄ iuxta illud ero q̄ altare lapideū feceris michi non edificabis illud de sectis lapidibz · Per sectionem lapidū in altari diuisionem fidelū reprobat eccl̄a · ne vicz per errores et scismata diuidanter · Liber ergo aperit̄ · cum episcopus ad altare puenit · quoniam vbi x̄p̄c primitiuā apostolorum congregauit eccl̄iam docens et predicās scripture misteria reuelauit dicens · Vobis datum est nosse misterium regni dei · ceteris autem in parabolis · Vnde post resurrectionem aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas ·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Rectius igitur facit episcop9 cum ipsemet aperuit librum euangeliorum·licet a xp̄isto per ministros suos patefecerit misteria scripturaꝝ. Libro vero aperto illum osculatur a parte sinistra ad significandum q̄ predicatores reconciliauerunt et obtulerunt gentes xp̄isto·quibus ipse per se non predicauit·licet et ip̄e per se pacem in euangelio predicauerit dicens·Pacem meam do vobis·etcetera·quia vero ipse etiam in cruce pendens pacem fecit·ideo mox transiturus ad dextrum cornu altaris signat se signo crucis·quia vt ait apostolus ad ephesios·xp̄s pax nostra vtraq; fecit vnum·duos et diuersos parietes id est populos copulans·¶ Post hoc codex euangelij super altare clausus ponitur·quod quantum ad hec significat hierusalem·p ut sub euangelio dicetur·¶ Deinde romanus pontifex et etiam alij quidam conuersus osculatur dyaconus·vt ostendat pacem illam in aduētu xp̄isti venisse quam prophete promiserāt Vnde dauid·Orietur in diebus eius iusticia·et habundantia pacis donec auferatur luna·Et alius propheta Pax erit in terra nostra cumvenerit·Et ideo xp̄isto nascente vox intonuit angelorum·Et in terra pax hominibus bone voluntatis·Osculum enim quandoq; pacem significat··prout dicetur sub titulo de osculo pacis·¶ Dyaconus vero statum se inclinans osculatur pectus eius designans q̄ inspiratione diuina p phete pacem predixere futuram ſam et iohannes super pectus domini recumbens euangelij fluenta·de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit·¶ In nonnullis vero ecclesijs ep̄us primum osculatur ministros·postea altare·deinde euangelium·quoniam xp̄istus primum reconciliauit sibi apl'os·p9ea iudeos deinde gentiles In quibusdam etiam locis offert osculum pacis cantoribus quasi retrorsum implens illud·Pacem meam do vobis·pacem meam·r·vobis dat quidem presentibus·reliquit absentibus·nec ante osculum pacis cantores dicūt gloria patri quia fides trinitatis non ante claruit·q̄ se dominus inclinauit et nos reconciliauit·et trinitatem per apostolos predicari mandauit·Et isto osculo dato episcopus innuit eis vt dicant·Gloria patri et filio et spiritui sancto·Sicut erat ī principio et nunc et semper·aē·Ecce quod cantor annunciat·scilicet q̄ corda patrum conuertantur in filios·Abraham tres vidit et vnum adorauit·Sic oportet nos filios eius credē trinitatem in vnitate·¶ Post datam ergo pacem cantor dat sancte trinitati gloriam·quasi dicēt Referimus gloriam deo patri et filio et spiritui sancto·quia pacem quam prophetauit per sanctos suos prophetās·nobis in nouissimis temporibus dignatus est ostendere·Quando vero dicit Sicut erat in principio·dyacon ad altare procedunt et iterum reuertuntur ad episcopū·In quo figuratur q̄ ideo apostoli se mortis tradiderunt vt xp̄isti corpore adunarentur·p9 autem steterunt cum episcopo ante altare inclinati·Sed cum versus ip̄e incipitur se erigunt·quia chorus sanctorum martirum ante nouissimam tribulationem in conualle lacrimarum manent·Postea vero martirio coronati·erecti stabunt liberati et securi ante dominum semper·Osculo autem dato rursus dyacon cum pontifice orant·quasi dicant·Domine doce nos orare·In quibusdam etiam ecclesijs dyacon bini et bini latera altaris altrinsecus siue alternatim osculantur·eo q̄ dominus apostolos binos misit ad predicandum·dicens eis·In quamcunq; domū intraueritis·dicite pax huic domui·qui reuersi sunt ad xp̄istū sic̄ dyacones reuertunt̄ ad ep̄m·

De Thurificatione·

Post datum osculum episcop9 seu sacerdos accipiens de manu dyacon thuribulum sacrum incensat altare·q̄ xp̄s corpus assumens de genere prophetarum·factus ex semine dauid s̄m carnez·siue orationib9 fouet ecclesiam·s̄m q̄ orat in euangelio·pater sancte ego pro eis rogo·et non pro eis tantum ſꝛa pro illis qui credituri sunt per verbum eoꝝ. Deinde autem dyaconus postea thuribulum accipit vt incenset episcopum vel sacerdotem moralit̄ instruit·q̄ si digne volumus incensum oracōis offerre thuribulum incarnationis debemus tenere·ſaz sine fide mediatoris homines deo placere non possunt·sed iuxta verbum promissionis ipsius ſ quid petierint in oratione credentes accipient·Per thuribulum enim verbum accipitur incarnatum·nam sicut in thuribulo pars superior et inferior tribus catbenulis vniuntur·ita in xp̄isto tres sunt vniones quibus diuinitas et humanitas vniuntur·vnio carnis ad animam·vnio diuinitatis ad carnem·et vnio diuinitatis ad animam·Quidam enim quartam vnionem assignant videlicet diuinitatis ad compositum simul ex anima et carne·Vnde et quedam thuribula quatuor catbenulas habent De hoc autem thuribulo moyses inquit spetialiter·ad aaron·Tolle thuribulum et hausto igne de altari mitte incensum desuper·Est et alia ī thuribulo consideratio·prout in titulo de accessu pontificis ad altare tactum est·¶ Rursus ideo thurificato altari episcopus vel sacerdos thurificatur·ad significandum q̄ sicut xp̄istus est altare et hostia·sic et pontifex et sacerdos cui est orationis sacrificium offerendum·q̄ vero adoratur non solum inquantum deus·sed etiaz inquantum homo·Et ideo in quib usdam eccle sijs pontifice thurificato altare a dyacono circumcirca thurificatur·Vnde psalmista·Circumdabo altare tuum domine·¶ Sane thuribulum aureum significat sapientiam·quia omnes thesauri sapientie et scie dei in ea fuer̄t absconditi·

Vñ stetit angelus iuxta altare·h·t·a·in m·s·i· xpristus resurgens carnē habuit in potestate Argentum significat xpristi carnem·ab omni labe mundam et munditia renitentem·Cupreū fragilem et mortalem ferreum resurgentis fortitudinem·Bi quatuor habet cathenulas demonstrat eam ex quatuor elementis constare· Vel quatuor virtutibus·scilicet iusticia·prudentia·fortitudine·et temperantia decorari· Quinta que partes diuidit animam designat q̄ se in morte a carne in illo triduo separauit·Bi vero tres habet cathenulas figurat animā carnem·et verbum in vna conuenire persona Quarta que partes separat potestas est·qua animaz suam posuit pro ouibus suis·Bi vna tantum cathenula sustentatur designat q̄ solus de virgine generaē·quodq̄ solus est inter mortuos liō Circulus cui hec omnia innectuntur est deitas que nullo termino clauditur·a qua hec omnia continentur et operantur·preter misticaz etiā rationem ob hoc altare incensatur vt omnis ab eo nequicia demonum propellatur·Fumus eñ incensi valere creditur ad demones effugandos Vnde cum thobias interrogasset angelū·quot remedia haberent eaque de pisce iusserat obseruari·Respondit cordis eius particulam si super carbones ponas·fumus eius omne demoniorū genus extricat·Bother papa statuit ne moniales incensum circa altaria ferant

Qualiter episcopus vel sacerdos·et ministri ad altare stare debent·

Thurificatione peracta episcopus vel sacerdos·ad dextram altaris partem se transfert·ibi vna cum ministris plane offitium et kyrieleison dicit qui transitus de medio altaris ad dextrā partem·significat xpi transitum de passione per resurrectionem ad vitam eternam·Item a leua transiens in dextram· imitatur xpristum ingredientem mundum·leuam enim tetigit xpristus quando temporalez assumpsit vitam·ad dexteram iuit·qñ carnem assumptam ad dei dexteram eleuauit·Rursus per hoc q̄ accedens ad altare·prius dexteram illius partem petit innuit·q̄ emanuel in lege promissus prius venit ad iudeos q̄ ad gentes· Iudei enim tunc propter legem in dextra parte fuerunt·gentes vero quasi in sinistra·quia ydola colebant·Sacerdos vero vestibus sacris ornatus·xpristum carne nostre humanitatis vestitum significat veniens ad altare·xpristū de celis venisse ad populum·vt eū saluaret·designat·Deinde in dexteram transiens designat q̄ xpristus in mundum veniens venit ad iudeos· de quibus voluit nasci·Beata eñ maria iudea fuit·De hoc transitu dicetur sub titulo de mutacione sacerdotis et oratione·Et nota q̄ licet domino papa celebranti·vel missam audienti legatur a capellanis suis introitus·et kyrieleisō et gloria in excelsis·et credo·et sanctus·et agnus·non tamen graduale·vel alleluia·vl tractus vel offertoriū·vel postcommunio·pro eo q̄ illa instructoria sunt et introductoria·q̄bus ipe non eget·Illud autem notandum est·q̄ sacerdos stat erectus ante altare·ad notandum q̄ xpristus venit suos regere inuincibili doctrina·et respicit versus orientem·quia xpristi9 nō suam sed patris voluntatem quesiuit·nec respicit retrorsum tum quia xpristus semper patris faciem intuetur·Juxta illud·Scio vnde venio· et quo vado tum quia nemo mittens manum ad aratrum et respiciens retro aptus est reg·dei·ymo ad populum dorsum vertit·representans quod dominus ait ad moysen·Videbis posteriora mea·faciem autem videre non poteris·exo· ·xxxiij·c·Episcopi autem et superiores celebrā tes nō ante altare·sed remoti ab illo ad dextrū eius latus vsq̄ post dictum offertorium manēt quod fit primo ad representandum·q̄ ex latere xpristi·qui per altare significatur·initium mē redemptionis fuit·Secundo fit hoc non solum ad maiorem solennitatem vt per hoc a minoribus sacerdotibus decernanē·vñ etiam fit iſ q̄ ipsa in missa representant·non solū xpristi dignitatem et excellentiam ante eius oblationem· verum etiam humiliatem et obedientiam i ipa sui oblatione et consecratione·Siquidem xp̄us quantum ad sui dignitatem est patri equalis et sedet a dextris dei patris·prout in symbolo legitur·quod representat prelatus stans ante oblationem ad dextrum altaris Jn sui vero oblatione xpristus pro nobis factus est hostia·Et ideo prelatus eius vices gerens ex tunc ipi altari·quod aram crucis insinuat debet totaliter inherere·Tercio quoniam prelatorum actꝰ esse debent subditis ad doctrinam·ideo vsq̄ tunc manet ab altari separatus·et ex tunc manus lauandum et thurificandum et sacrificandū ad altare accedit vt ostendat quecunq̄ in missa precedunt solennitates et laudes esse·sed tunc deinde ad essencialia seu substancialia peragenda accedit·Quarto in hoc representat·q̄ legalis pontifex intrans sancta sanctorum carbones ferebat et sanguinem prout tactum est in prohemio huius partis·Quinto fit hoc ad representandum quod ait propheta·Dixit dominus domino meo·sede a dextris meis·donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum·Sacerdos quidem xpristum representans sedet a dextris altaris deum patrem in hoc loco significantis donec ad consecrandum hostiam accedat·per quam fracta sunt tartara·et inimici demones deuicti et quasi scabellum pedum positi·Ministri vero scilicet dyacomus et subdyaconus retro illum ad altare stant·qui tamen in veniendo p̄ cesserunt significantes martires qui in veteri testamento fuerunt·q̄ tamen post domini natiuitatē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

digne coronantur·et ad quamcunq altaris ptē
ille transierit ipsum retrostantes secuntur· vt
ostendāt impletum esse quod dominus ammo/
nuit dicens· ¶Qui mihi ministrat me sequatur et
vbi ego sum· aē· Intendentes semper atq solli
cite in illum ad notandum q fideles quamuis ad
huc in hac vita positi·tamen eternitati xpisti
semper intendunt In quibusdam etiam ecclesijs
illo se vertente ad populum illi similiter se ver
tunt et illo se conuertente ad altare se similiter
conuertunt ¶Nam xpistus ab oratione se ad
predicationem·aliquando vero econuerso dum
vueret se conuertit quod designat versio ad po
pulum et conuersio ad altare·In quo quidez imi
tandum est a predicatoribus qui per ministros
ipsos congrue designantur ¶Anacletus papa
statuit q episcopus deo sacrificans secū testes
habeat·dyaconos q̄ oculi eius dicuntur·et sub/
dyaconos reliquosq ministros qui sacris induti
vestibus·in fronte id est ante·et a tergo et pre
spiter e regione·id est a parte dextra·leuaq
contrito corde et humiliato spiritu·ac prono
stent vultu·custodientes eum a maliuolis homi
nibus at consensum prestantes sacrifitio Et sm
Lucium papam eum non deserant·quia ꝓpter
maliuolos oportet illum habere bonum testi/
monium ab his que foris sunt ¶Statutum est eti
am vt celebrans missam habeat a tergo vicini
solamin is adiutorem·prout dictum est in pro/
hemio huius partis Et ideo in quibusdam eccle
sijs aliqui dyacon stant post episcopum·quasi
orantes vt eum sequantur vsq ad mortem·et cū
eo transeant ad vitam eternam Maior tamen ps
in dextra parte moratur altaris et minor in si
nistra·quia vtrūq petit ecclesia scilicet et tpa
lem benedictionem et eternam·vt ibi sic transe
amus per bona temporalia vt non amittamus
eterna· Ceterum dicti ministri retro stantes in
clinati ante facies suas·vsq in finem dominice
orationis perseuerant·significantes illos apo
stolos qui in passione domini in magna tribula
tione oppressi non audebant se erigere·vt xpi
discipulos se esse confiterentur ¶Stabant tamē
in facie fidei sed postea eriguntur sicut dicetur
sub vndecima particula canonis·super vobo·
¶Nobis quoq·signantes etiam chorum sanctoꝝ
martirum in conualle lacrimarum ante nouissi/
mam tribulationem manentium·postea erigun
tur·quia illi qui postea martirio coronati stāt
erecti id est ab omni tribulatione liberati·Ad
hoc stantes facie inclinati·signant mulieres·q̄
de cenaculo ad monumentum militibus decli
natis currebant in xpisti amore ardentes· ¶Pane
sacerdos minister inter moras puluinar molle·
missali supponit·ad notandum q deuotum et
molle cor·et quod facile diuinam impressionem
recipiat suppom debet iugo domini et celesti
um preceptorum·iuxta illud sapientis·¶Susci/
piat verba mea cor tuum·etcetera·vt in eod·
¶spiritus domini requiescat·De hoc etiam sub
euangelio dicetur

¶De Gloria in excelsis·

Translato in dexteram altaris partem
episcopo seu sacerdote·deinde quia
tempus plenitudinis et annus benig
nitatis aduenit·sicut predictū fuit a psalmista·
Tu exurgens misereberis sion· quia·v·t·t·m·e
Congrue chorus laudat et inuocat trinitatem
triplicando kyrieleison·Ideo autem p9 introitū
dicitur kyrieleison·quia ante omnem orationez
sacerdotum·necesse est misericordiam domini
implorare·¶Siquidem kyrieleison grece inter/
pretatur domine miserere·¶Nam kyrie sonat do
mine·leyson miserere·Et inde xpisteleyson·
id est xpiste miserere·vel kyri xpiste el deus
eys miserere·son nobis·¶Deinde kyrieleison·i·
o xpe deꝰ miserere nobis Vnde propheta/Mise
rere nobis·te enim expectamus·¶Dicitur autem
nomies·primo vt ordo decimus ex hominibus
reparatus nouem associetur ordinibus angelo/
rum·¶Secundo vt ecclesia perueniat ad societa/
tem nouem ordinum angelorum Tercio contra
nouem genera peccatorum Est emm peccatum
originale veniale et mortale·Item peccatum co
gitacionis locutionis et perpetracionis Item
peccatum fragilitatis simplicitatis et maligni
tatis·Fragilitatis per impotenciam·simplicita
tis per ignorantiam·maligmtatis per inuidiā
Hoc est peccatum in patrem·in filium·in spm̄
sanctum·Ad hoc ideo dicitur ter ad patrem ky
rieleison·ad filium xpisteleison·et ter ad spm̄
sanctum kyrieleison·¶Sed ad patrem et spiritū
sanctum sub eodem tantum vocabulo·quia pat̄
et spiritussanctus sunt eiusdem tantum nature
Ad filium vero sub alio·quia filius et si sit eius
dem nature cum illis·est tamen et alterius·vt
gemine gygas substancie·¶Preterea ideo dicit̄
ter quantum ad patrem·et ter quantum ad fili
um·ter quantum ad spiritum sanctum·vt notet̄
pater in filio·et filius in patre·et spūssanctus
in vtroq·De hoc dicetur in quinta parte·sub
titulo de prima·sed in medio mutatur kyrie in
xpiste·vt notetur duas esse naturas in xpisto
Rursus kyrieleison ter triplicatum·significat
preces patrum veteris testamenti·multiplica/
tas ad hoc vt gracia summe trinitatis per ad/
uentum xpisti eos consociaret nouem agmini
bus angelorum·Est autem magna istorum ver
borum efficacia Legitur enimq dum beatus ba
silius kyrieleison clamassz·porte ticine·siue pa
pien·ecclesie sunt aperte· Rursus cum beatus
Geminianus kyrieleison clamaret·quinq re/
ges conuersi dicuntur in fugam Vnde forte sig
nificat aliud q̄m domine miserere·quod tamen
nos ignorantes In quibusdam ecclesijs·statim
post vltimum kyrieleison subiciunt ymas·quod
verbum grecum sonat latine nobis·Et sensus

est kyrieleison ymas·id est potencia diuina miserere nobis·Et bīs Greg·instituit kyrieleison nomes·et a clero tantum publice in missa cantari · quod prius apud grecos simul a clero et populo cantabatur·Siluester vero papa illud de grecis assumpsit

De Gloria in excelsis·

quia domini est terra · et plenitudo eius orbis terrarum et vniuersi qui habitant in eo · vt ipsa sui forma figmficet illum · qui principio caret q fine · q̄uis ip̄e sit alpha et o · id est principium principians atq; finis · apoc · i · c · Rursus cum figura rotunda formetur a puncto ad punctum p hoc innuitur q ab ipo sunt omnia · et ad ipsum omnia retorquentur Vnde p̄s · veritas tua i circuitu tuo · De hac figura dictum est in prohemio secunde partis · de hoc etiam dicetur in sexta p/ticula canonis super verbo Accepit panem

Ceterum duo sunt que offeruntur · donū videlz · et sacrifitium · Donum dicitur quicquid aurovel argento vel qualibet alia specie offertur Aliud tamen est donum et aliud munus · prout dicetur sub prima particula canonis super verbo · Hec dona · Sacrificium est victima et quecunq; i ara cruciantur seu ponuntur · quasi sacrum factū vl' signum · quia prece mistica consecratur pro nobis in memoriam dominice passionis · Quidam autem peruersi heretici nobis ad presumptionē magnam reputant · quia sacrificamus et consecrationem hostie sacrifitium appellamus · Cum scriptura ex persona domini dicat · nolo sacrificium · et ysa · ne offeratis vltra sacrifitium frustra Et in euangelio · Misericordiam volo et non sacrifitium · Et dō · si voluisses sacrifitium · q̄c · De hoc et quid sit sacramentum dictum est i prima parte sub ti · de ecclesiasticis sacramentis Omne autem quod deo datur · aut dedicatur aut consecratur · Quod dicendo datur vnde et appellatur Errant igitur qui consecrationem dedicationeq; significare putant · ymolatio ab antiquis dicta est eo q; in mola altaris posita victima credeb ē̄ mactari em̄ post ymolationem est · nunc autem ymolatio pan̄ q calici conuenit libatio vero tm̄ calicis oblatio est · Juxta illud · et libauit de sāguine vue · et illud poeticum · Nunc patenas libare ioui · Libare em̄ p̄prie est effundere · et antiq/tus · quod in liquida materia offerebaē vt vinū et oleum libamen dicebatur · quod ꝺo m si ecca · vt simula · panis et thus oblatio nominabatur · Hostie apud veteres dicebantur sacrifitia · que fiebant priusq; contra hostes pergerent · victime vero sacrificia · que post victoriam deuictis hostibus ymolabant de quo dicetur sub sexta p/ticula canonis super verbo · Qui pridie · Et erāt victime maiora sacrificia q; hostie · vel victima dicebatur · quia victa ducebantur ad aras · Holocaustum id est vbi totū quod offerebatur putagnus vel vitulus in altari igne consumitē · holon em̄ grece dicitur totum · caustos incensio · Cerimonie apud latinos dicuntur sacra omnia · que apud grecos orgia vocantur · p̄prie tamen cerimonie a carendo dicuntur · eo q; in his que in sacris offeruntur in suovsu carcant homines · alij appellant cerimonias obseruantias iudeorum in abstimentia quarundam escaꝝ · sm veterez legē a carendo · quia carent rebus quibus abstiment · Panis autem et calicis sacramentum eucaristie dicitur prout dicetur sub dicto verbo · q̄ pridie

Porro circa oblationem sacerdotis · ministri sua offitia exequuntur · Diaconus em̄ corporale sup altare explicat et disponit · in quo ostenditur q; euangelium x̄p̄m seu corpus x̄pi · ymo totam ip̄s humanitatem plene describit · Corporale em̄ hoc corpus x̄pi significat · prout in precedenti ti · dictum est · Deinde subdyaconus in primis calicem preparat · panem et vinū in illo disponēs a sacerdote postmodum consecranda · quia minister que per subdyaconum hic ꝺgrue designaē · hmōi oblationis misterium prefignauit dicens q; melchisedech sacerdos obtulit abrahe panē seq; de frumento et vinum de racemis · a x̄p̄o p; modum exhibenda · et in veritate consecranda · sicut habetur in gen̄ · et dicetur sub sexta p̄ticlā canonis super verbo · Accepit panem · Oblatio pams et vini significat pia desideria fidelium · seu pro ymolatione seu pro hostia viua Rursus in pane corpus x̄pi m vino sanguis eius · i aqua populus repūtatur · Et dī pams a pan quod est totum · qm̄ hic et in futuro est tota vita nostra Vinum dīa vite · cui dn̄s in euangelio se ꝺparat Aqua ꝺo ab equalitate dī · q; per ih̄s sacramentū angelis equari debemus · licet autem sint due speties non tm̄ sunt duo sacrifitia · vnitas em̄ verbi vnitatem efficit sacrificij · Hoc est em̄ illud pallium quod noe filij ꝺtexer̄t · quo x̄p̄iam x̄pi ebrietatem · i · passionem sub sacrifitio tegeēt Deinde subdyaconus ferens i manu sinistra calicem q de sup corpale et illum dyacono offerens significās q; dn̄s subdyaconus fuit qm̄ libr̄ aperuit q dyaconus qm̄ dixit · nonvem ministrari sz̄ ministrare Dyaconus vero patenaq; cum hostia de manu subdyacon recipit inē p pollices et indices vtriusq; manus · interposito tm̄ manipl'o inter ip̄os pollices et patenam · Nempe manus subdyaconi opa fūt legis · patena latitudo cordis manipl's opa euangelij · pollex vigor ꝺ virtutis · index discretio Fiunt igit̄ hec ad significandum · q; opa legis q latitudo cordis ad opa caritatis non sufficiunt ad salutem · nisi operibus euangelicis · quoꝝ ꝺyaconus annunciator est cum vigore virtutis et discretione mentis adhibitis · adiuuentur atq; p ficiantur · Ꝺponuntur aūt indices pollicibus · ad notandum q; virtutis vigor exercendus non est absq; discretione · que cunctaꝝ est mater et fundamentum virtutum Ꝺbsequent' dyaconus ip̄e patenam cum hostia ex institucione concilij anchiritani pontifici repūtat · ad notandum q; per euangelicam traditionem quā dyaconus figurat ad altare · i · ad solennē ritū p̄uenit eccia · q; lex que per subdyaconum signaē hoc nostre salutis sacrifitium solummodo prefigurauit · vt premissum est · Et pontifex seu sacerdos hostiaq; collocat sup altare · Calicem vero cū vino · ipse dyaconus retinet et collocat in altari · Circa qs notandum est q; hostia significat corpus x̄pi nō sanguinem · sacerdos x̄p̄m Ꝺolus ergo sacerdos absq; cuiusq; adiutorio illam offert dicens ·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Suscipe sancte pater · aĕ · qz xp̄s seipsum in ara crucis obtulit deo p̄ri a illā i altari sup corporale quasi super syndonem mundam disponit: m nuens q ip̄emet xp̄s hoc sacramentum mstituit et ecclesie tradidit obseruandum · dicens · hoc ē corpus meum aĕ · hoc facite in meam comme · aĕ Pisponit aūt et collocat hostiameū signo crucis · quia sicut xp̄i oblatio in cruce facta fuit · sic et oblatio sacerdotis que in illius memoriam fit cum signo crucis fieri debet · Collocat etiaz illā directe super crucez in consecratione altaris cū crismate factam · quia et xp̄s carnem suam cruci affixit · Verum vinum in calice sanguinez xp̄i designat · et ideo solus dyaconus absqz sacerdote q̄ xp̄m designat calicem tenet · ad notandum q in xp̄i ymolatione sanguis fuit a corpore sepatus non tamen solus ꝫ vna cum sacerdote illū offert et super pallam corporalem collocat · seu poci9 sacerdos illo mediante q ex eo patet · quia non dicit offero in singulari sicut dicit̄ in hostie oblatione · ꝫ dicit · Offerimus tibi domine · aĕ · Exq̄ etiam clare comm̄citur q ambo pariter debent verba ip̄a proferre · Dyaconus ergo calicez vna cum sacerdote offert · quia non solum xp̄s seip̄m deo patri obtulit · verum etiaz per euangelium suum · cuius dyaconus est figura et baculus h9 sacrifitij ritum mstituit et ecclesie emendauit · quam mstitucionez et commendationem · ip̄e dyaconus tanq̄ predicator euangelij nuntiare et manifestare debet · ex suo offitio ab ista militāte ecclesia obseruandā · ideoqz participare debz sacerdote in calice offerendo · non tñ i osecrando quia illud solius est offitij sacerdotis · solus tñ episcopus vel sacerdos aquam vino commiscet in calice · quod nulli inferiori facē licet qm̄ sol9 xp̄us populos sangume suo redemit · preterea admixtio huius vnionem populi cū xp̄o designat vt sequitur · que fieri non potest nisi per gr̄am xp̄i · cuius typum gerunt pontifex et sacerdos Commiscetur autem aqua vino in calice ex mstitucione alexandri pape primi · Primo ad notandum · q nunq̄ salus populi esse potuit sine sāguinis xp̄i effusione · nec etiam sanguinis effusio sine populi salute · quia xp̄s populum sibi reconciliauit in morte Scriptum est em̄ q aque mlte sunt populi multi · xp̄us autem sanguinem suum fudit pro populo · sicut ip̄e testatur · Hic ē sāguis meus noui testamenti qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum · Secundo ad notandum · q de latere xp̄i simul exiuit sanguis et aqua · quatenus nec xp̄us sit sine populo · nec populus sine xp̄o · Cum ergo aqua vino miscet̄ · tunc xp̄o populus adunat̄ · Docqz misterium lex mosayca prefignauit · sicut apostolus exponit dicens bibebant de spirituali osequenti eos pet̄ pet̄ aūt erat xp̄s Quapter sacerdos i calice aq̄ fundit vt sicut aqua non seperatur a vino sic populus nunq̄ separetur a xp̄o · Tercio omiscetur vt diuinitas et humanitas in vna persona coniuncta esse intelligantur · Nam per vinum dimitas · per aquam humanitas intelligitur · Qui ergo in altaris offitio aquam sine vino vel conuerso ei mimstrat · quantum in se est diuimtatez ab humanitate separat · de quo dicetur sub sexta particula canoms super verbo · hoc ē corp9 meum · et super verbo · hic est calix · Sane sacerdos vel mmister missurus vinum et aquam in calicem prius effundit modicum in terram · non solum vt meatus siue locus vasis per quem fluere debent mundetur · et siquid est in superfitie · vini vel aque emittatur · verum etiam ad ostendēdum q sanguis et aqua de latere xp̄i vsqz i terram fluxerunt · ad quod misterium se preparat peragendum · Consideranduz etiam est · qz aq̄ benedicitur quando vino admiscetur · vinū no non · Et hoc ideo vt quidam dicunt · Primo · qz vinum suam benedictionem expectat · ꝫ hec ratio non videtur suffitiens · quoniam in benedic/tione vini sub nomine calicis · tam vinum q̄ aq̄ simul benedicuntur · Vnde potest secundomodo dici · q vinum in hoc loco xp̄m significat · qui nulla eget benedictione aq̄ populum qui in hac vita nequit esse sine peccato ꝓpter quam indigz benedictione dei vt reddatur dign9 ad p̄missaz vnionem cum xp̄o · Ad hoc igitur significandum aqua benedicitur quando vino admiscetur · Tercio ec vinum nō benedicitur · quia subdyacomus qui non potest benedicere · debet ex offitio suo illud in calicem mittere vt premissum est · Quarto quia populus per aquam significatus vnitur xp̄o solum per benedictionem gratie ip̄ius xp̄i · quem sacerdos benedicens figurat · Est autem plus de vino q̄ de aqua ponendum arbitrio sacerdotis · ita tamen q aqua a vino absorbeatur et vini saporem retineat · et hoc infigmum q ecclesia debet incorporari xp̄o non xp̄s ecclesie · Vnde · augº · non tu mutabis me in te · sicut cibū carnis tue · ꝫ mutaberis in me · de hoc etiam dicetur super dicto verbo · hic est calix · Et in sexta parte sub quinta feria cene domini prope finez Predictus etiam alexander papa statuit oblationem ex azimo et in modica fieri quantitate dicens · hec oblatio quanto rarior tanto potior Non est etiam omittendum q in missis priuatis mimstrans sacerdoti ampullam cum vino manū eº non osculatur ꝫ mimstrans ampullam cū aq̄ fic · quoniam vinum xp̄m · aqua genus humanum osculum vero pacem inter deū et hominem significat reformatam · regulariter tamen cum celebranti aliquid porrigitur vel ab eo recipitur · nisi osculum interponatur · ad designandū q omne seruitium omniscz reuerentia deo exhibita eº vicem celebrans gerit · procedere debz ex feruore caritatis et amoris · qui per manus osculū designatur · de hoc etiam sub euangelio dictū ē et sub ti · de pacis osculo dicetur · Calix aūt ponitur romead dextrū latus oblate et bñ · q̄si sāguinem fusce pturus · qui de latere xp̄i noscitur p fluxisse · Et ad designandum sanguinem et aquā de dextro xp̄i latere emanasse · Preterea si a

latere stet recta pars crucis · que fit omuniter
super hostiam et calicem non producitur solum
modo super hostiam quod tamen fieri dz· Crux
em̃ ipa inchoari debet super hostiam et perfici
super calicem· prout ex diuersis locis et verbis
ipius canonis colligitur euidenter· ℔ dicet̃
in octaua particula canonis super verbo· hostiã
sanctam· Communiter tamen alibi ponit̃ hostia
inter sacer dotem et calicem· Primo ad notandũ
q̃ xp̃s est mediator dei et hominum· et ꝑm hoc
sacerdos deum patrem· hostia xp̃m· aqua in cali
ce populum significat· quia non nisi xp̃o median
te ad resurrectionis gaudium possumus pueire
Secundo ꝓpiu quiot est sacerdoti hostia q̃ calix
quia prius a xp̃o consecrata legitur q̃ sanguis
et apostolis prius data· ſ hec ratio facit poci9
pro dictis romanis · qui cruces incipiunt super
hostiã· et deindeeas super calicem producunt
Portro cum sacerdos accipit patenam cũ hostia
vrceolum cum aqua· calicem cum vino· thuribu
lum cũ incenso efficit sup ea crucis signaculũ vt
per crucis virtutem omnis conatus dyabolice
malignitatis effugiat· ne contra sacerdotem vl'
sacrificium aliquo modo preualeat· Et nota q'
in ampullis· in quibus vinum et aqua otinetur
pro sacrificio spualiter consiederandum ea q' in
parua substantia inconprehensibilia continen̄
futura sacramenta Dicit̃ aũt ampulla q̃si am/
pla bulla· significans cor humanum· qđ amplũ
debet esse latitudine caritatis· Rursus ammu=
le· id est vasa ad offerendum vinum · sunt predi
catores mordaciter increpantes · vel quilibet
spũssancti gratia inebriati et alios inebriantes
Hdrie vero id est aquatica vasa· sunt doctores
aqua sapientie salutaris potati q̃ vitalibus aq̃s
repleti· Rursus adhuc premissa alio ordine pro
sequamur· Jn quibusdam eccl̃is subdyacon9 por
tat calicem in sinistra· patenam in dextra· et de
super corporale vnus cantor · oblatam cum fa=
uone et vnum cum ampulla· Aliter vo prebet
aquam vino miscendam · vltimo dyaconus fun
dens aquam in calice offert presbitero seu ep̃o
Semper subdyaconus est xp̃s· calix passio· pate=
na crux· sinistra presens vita· dextra futura· cor
porale ecclesia· vnus cantor iudaicum populũ
figurat· alter gentilem· ampulla deuotionem·
oblata corpus· vinum sanguinem· aqua eccleſiã
archidyaconus xp̃m· pb̃r seu ep̃s deum patrez
Subdyaconus ergo· calicem portat in sinistra·
quia xp̃s de torrente bibit in via· id est passionẽ
sustinuit in presenti vita· patena in dextra· q̃
per crucem peruenit ad gloriam· ꝓpter ℔ em̃
exaltauit illum deus· desuper corporale· q̃ ei9
passionem ecclesia non desinit imitari· Corpale
em̃ candidatur· et ecrlesia per multas tribulati
ones xp̃o conformatur· Subdyaconus etiam nõ
sic xp̃s patenam cum calice portauit· qñ crucez
in passione baiulauit· Primus cantor offert ob
latam cum fauone· et vinum cum ampulla· quia
primitiua ecclesia de iudeis suscepit fidem passi
onis in deuotione mentis oblatam· ergo non nu
dis manibus· ſ cum fauone candido · id est cum
manipula alba et munda offert· ad notandũ q'
xp̃i corpus ab his tantum digne suscipitur qui
carnem suam cum vitijs et concupiscencijs cru=
cifigunt· Alius autem cantor offert aquam quã
dyaconus miscet vino · et offert presbitero seu
ep̃o· hec est gentilitas que suam obtulit multi=
tudinem· quam xp̃s in passione obtulit deo p̃i
Potest em̃ non incompetenter dici· q' altare
mensam domini· in qua cum discipulis suis comi
uabatur ara cruce· calix sepulcrum vel passionẽ
xp̃i· de quo in prima parte sub ti· de picturis di
ctum est· Et patena que a patendo dr̃ cor latum
et amplum significat· super hanc patenam· id ẽ
super latitudinem caritatis sacrificium iusticie
debet offerri· vt olocaustum anime pingue fiat
hanc cordis latitudinem habebant apostoli· cũ
petrus dicebat· Et si oportuerit me mori tecũ·
nõ te negabo· Similiter et omnes apostoli xp̃o
dixerunt· ſ latitudo cordis ab eis aufugit· q̃ la/
tu itcũ omnes magro relicto xp̃o fugerũt et latuerũt
ad quod significandum post susceptam inde ob
lata3· sacerdos abscondit sub corporali patenã
vel saltem ea ab altari remotam · subdyaconus
retro continet inuolutam· per hoc q̃ discipulo
rum fuga vel latibulũ· vel infidelitatis exceca
tio designatur· qui dum verum sacrificium offe=
retur relicto xp̃o fugerunt et latuerunt· fiẽ eis
ipe predixerat· Omnes inquit vos scandalũ pa
tiemmi in me in hac nocte· Scriptum est enim·
percutiam pastorem· et dispergentur oues gr·
Postq̃ autem surrexero precedam vos in gali=
leam· De hoc dicetur sub ti· de sanctis· Et ideo
sacerdos dicturus· pax domini · quasi dominice
resurrectionis annunciaturus· eulogium resumit
patenam· quia cum esset sero die illa vna sabba/
torum· et fores essent clause vbi erant discipuli
congregati ꝓpter metum iudeorum· venit ih̃s
stãs in medio dixit eis pax vobis· resumens oues
que trepidantes aufugerant · Rursus patena
que ꝓpter sui formam diuinitatem que incio ca
ret et fine· significat vsq; ad dominicam oratio
nem absconsa tenetur· ad designandum q' diui/
nitas nobis absconsa et velata est in hoc mũdo
Sed quando in oratione dominica dicitur· Pa/
nem nostrum manifestatur · ad ostendendum q'
quando ad panem nostrum · qui in celis est per/
uenient̃ tunc diuinitas que in hoc mundo absco
sa · et velata est manifestabit se nobis et vide=
bimus ipsum sicut est · de hoc dicetur sub ti· de
resumptione patene· In quibusdam tamẽ locis
patena discooperta tenetur · ad designandũ q'
sacerdos orat pro eternis· que per xp̃i predica
tionem nobis reuelantur· Per patenam em̃ que
rotunda est eternitas que principio caret et fi
ne congrue designatur· Pane subdyaconus te=
net patenam a parte posteriori eleuatam quasi
diceret · Imitamini me qui posteriora oblitus·
ad anteriora me extẽdo· innuens etiã q̃ferre

debemus omnia opera nostra ad xp̄m et ad co/
ronam eternaz· ℙatena q̄z seorsum a calice revo
luta sez pars superior subtus posita · significat
lapidem a sepulcro commotum et revolutum ℂEt
nota q̄ dyaconus tradit patenaz subdyacono te
nendam· innuens q̄ xp̄s contulit discipulis suis
potestatem predicandi regnum dei· ℂirca hoc
etiam videbitur sub ti· de resumptione patene
ℂirca oblationem populi notandum est· q̄ po=
pulus offerre debet· ℑuxta illud exodi· ℙon ap
parebis in conspectu dei tui vacuus ·per oblata
q̄z munera possumus commemorare copiosaz vi
ctimam· que oblata est a populo· cū rex salomō
templū et altare domino sacraret· ℇxemplo em̄
illius plebs fidelis offert se et dona deo· sed in
ve·te· conueniebat populus in hierusalem qui=
busdam magnis solennitatibus· sez pasca pentē
et in festo cenophegiarum vt orarent ī templo
et tunc tenebantur offerre· ℇt nota q̄ in ve·te·
populus offerebat sacrificium legale et volun=
tarium· sez pro peccato· pro gratiarum actione
dona vota et olocausta· ℙacrificium legale fūt
decime et primicie· vel ea que lex iussit offerri·
Deutrono· xij· c· ℙoluntarium est · quod sponte
pro peccato et pro legis transgressione offere
batur· ℙona sunt que in templi ornatū offere=
bantur ℙota que pro periculis infirmitatis vel
belli· ℙe olocausto premissum est· ℙnde dicit̄
in paralip· q̄ obtulerunt principes pro votis
pro spontaneis pro peccato· pro regno· ℙsanc
tuario· pro iuda· ℝitus igitur synagoge trans=
iuit in religionem ecclesie · et sacrifitia carnal'
populi mutata sunt in obseruantiam populi spi
ritualis· ℙam sicut populus ille moysi descendē
ti de monte· diuersa dona ad faciendum taberna
culum offerebat· sic ep̄o de pulpito venienti xp̄i
ami deuotas offerunt oblationes· ℝlius offert
aurum imitatus magos· qui aurum domino ob=
tulerunt· ℝlius argentum secutus illos· qui pe
cuniam in gazophilatio posuerunt· ℝlius vero
aliquid de sua substancia· vt associetur illis qui
per paulum et barnabam necessaria paupibus
transmiserunt ℙec est curandum que quantitas
vel species offeratur· sz̄ potius mens attenditur
offerentis· ℙnde prouer· iij· ℍonora dominum
deum tuum de tua substancia· ℇt tibi dicit· iiij· ℇx
tua substancia fac elemosinam· et magi obtule=
runt xp̄o nato· aurum thus et mirram· matḥ· ij
·iuxta illud ps̄· ℭibi offerēt reges munera· ℙec
sm̄ gregorium· offerens a muneribus sz̄ munera
ab offerente placent· ℴfferunt q̄z legale sacrifi
tium in decimis et primicijs voluntarium· ī spon
taneis oblationibus pro peccato dum penitenci
as redimunt· pro gratiarum actione dū pro col
latis a deo aliqua gratia quic̄q̄ offerunt· ℙona
dum in edifitia ecclesiarum vel vtensilia aliqmd
offerunt· ℙota dum quod in periculis vouerūt
exoluunt· ℴlocaustum offerunt· qui seculum de
relinquunt et sua pauperibus distribuunt· ℴf=
ferens autem manum sacerdotis osculatur· per
quod fides cum ope designatur· de quo etiaz iā
premissum est· ℴfferentes vero panem et vinū
significant discipulos qui preuemūt parare ne
cessaria ad pasca· ℙerum clerici vel monachi ec̄
amministrationes habentes· non offerunt misi ī
offitio mortuorum et in noua celebratione sacer
dotis et in quibusdam pretipuis solennitatib9
cum em̄ ipi de oblationibus viuant et ipi ac sua
deo oblati sunt non tenentur offerre· ℙiri ante
mulieres offerunt · ipi em̄ fortes in xp̄o desig=
nant sez martires qui in primitiua ecclesia plēs
contumelias passi xp̄o victima obtulerunt dum
occubuerunt· ℙeinde mulieres que fragiliores
designant sez confessores qui tempore pacis do
mino laudis hostias obtulerunt· ℙreterea vir
caput est mulieris et ideo a capite ratio ē eden
da· ℙubdyacoui autem vel acoliti recipiunt ob
lationes que ad manum episcopi deferuntur· ad
notandum q̄ ip̄e non sua sz̄ aliena manu dz tpa=
lia ministrare· ℙane romanus pontifex nullam
oblationem manibus tangit misi illam que p̄ de
functis offertur· quam ideo manibus accipit vt
fugillet errorem dogmatizancium elemosinas
non prodesse defunctis· et misi oblationē panis
quam tangit· tum p̄pter reuerentiam sacrificij·
quod ex pane conficitur · tum quia est vicarius
eius qui de se dicit· ego sum panis viuus· ℭetas
vero oblaciones ad pedes accipit propter illud
quod in actibus apostolorum habetur· quoniam
offerebant precia eorum que vendebantur· et
ponebant ante pedes apostolorum· et quia oīa
sua sunt prout sub euangelio tactum est· ℭt sa=
cerdos oblationes manu tangit · representans
illud leuitici primo et quarto · ponetq̄z manus
super caput hostie et acceptabilis erit atq̄z in
expiationem proficiens· ℭt nota q̄ p̄ defunctis
offertur panis et vinum· iuxta illud thobie· iiij·
ℙpanem tuum et vinum tuum super sepulturam
iusti constitue id est distribue· ℭt pecuma siue
argentum exemplo iude machabei qui misit of=
ferri duodecimmilia dragmas argenti pro pec=
catis mortuorum· secunda machab· xij· ℭt precia
eorum ponebantur ante pedes apostolorum vt
premissum est· ℭt etiam lumen ·ad illuminandū
illos qui in tenebris purgatorij sedent · quasi
offerens ipo facto dicat· ℒux eterna luceat eis
domine· ac̄· ℙane moyses videns q̄ popl's mul
ta obtulisset iussit precoris voce cantari ne q̄s
vltra offerret· exo· xxxvj· c· xxxvi· c· ℙull9 tamen
sacerdotum nostri temporis talia facere visus ē
℘suscepti itaq̄z a populo oblationibus et cho
ro offertorium cantante· eps̄ seu sacerdos ad al'
tare reuertitur· quoniam xp̄s susceptis fideliū
votis· cantantibus turbis· ℴsanna in excelsis· ī
pro· imo ymolandus intrauit in templum·

De secunda thurificatione

ℴblatiōe mistica de qua premissum est
suscepta statim adoletur incensum per
q̄d illud innuit̄ quod statim subscribit̄

a iohanne in euangelio·de q̃ premissum est ꝑ̃e principium precedentis tituli·Maria ergo sc̃z magdalena accepit lib̃r̃ vnguenti nardipisticι pretiosi et vnxit pedes hiesu·et domus impleta est ex odore vnguenti·et sacerdos in modū cruc̃is superducit et circumducit incensum super sacrificium et altare vt et crucis signaculo et thuris incenso dyabolice fraudis maligmitas extrι cetur et effugiat·Quod vero tercio superducit et circumducit incensum·designat ꝙ maria ter exhibuit et adhibuit vnguentum circa corpus hiesu·Primo cum vnxit pedes ip̃ius in domo symonis pharisei·Secundo cum in domo symonis leprosi super caput eius vnguentum effudit· Tercio cum emit aromata vt veniens vngeret hiesum iaz positum in monumento voluntas eiñ reputatur pro facto cum et per seipsam non steterit quominus expleuerit quod incepit·Quod vero postmodum vndiqz totum incensatur altare·designat ꝙ post factum illud totaz respersit ecclesiam·sicut dominus ip̃e testatur Amē amē dico vobis·vbicunqz predicatum fuerit euangelium hoc in toto mundo dicetur·ꝙ et hoc fecit in memoriam eius· Potest etiam dici·ꝙ altare thurificatur in figuram angeli·qui stetit iuxta aram templi habens thuribulum in manu sua·& quo fumus aromatum in conspectu domini asc̃ēdebat·x̃pus eiñ magni consilιj angelus carnem immaculatam igne sancti spūs plenam ꝓ nobis in ara crucis obtulit dominio in suauitatem odoris fumus aromatum sunt orationes sanctorum que per ardorem caritatis expassione domini ꝓpagate ad deum patrem ascendunt et nos ad coronam eternitatis proueh̃unt·ideoqz sacerdos thurificat in modum crucis et corone· si autem semel thurificat·recolit vnicam passionem·si semel coronat vnius denarιj retributionem Sive ro ter eternitatis in passione operationē q̃ triū ordinum glorificationē·et ideo thurificans ait Dirigatur oratio mea sicut incensum ī ospectu tuo·q̃c̃·Aliter autem incensum deuotionis adolendum est in thuribulo cordis igne caritatis vt odorem suauitatis emittat·vt videlz taz nos q̃ oblatio nostra simus bonus odor deo·de quo dicit scriptura Fungi sacerdocio et habere laudez in nomine ipsius·et o·il·m·d·m·o·s·hoc eiñ incensum sacerdos accipit id est x̃p̃s acceptat et incensat ex eo sacrificium et altare·Pōt etiam dici ꝙ thuribulum quod oblationem sac̃dos supponit figmficat x̃p̃m per quem petit vt sibi ꝓpicietur deus Pone omnibus deferē incensum vt ostendatur ꝙ omnia a sacerdote facta pertinent ad omnes·Vnde ps̃·Dirigatur dñe oratio mea sicut incensum in conspectu tuo·misi in missa pro defunctis·vt dicetur in vij·parte subtide officio mortuorum·In concilio rothomageñ·in burcardo li·iij·c·vt tempore·ita legitur·In tepequo legitur euangelium finito euangelio super oblationem incensum in mortem videlicz redemptoris nostri ponatur decreuimus·Leo etiam papa statuit incensum super oblatam poni·Quidam tamen heretici garriunt non esse immissa thurificandum·quoniam x̃p̃s in cena terrenum incensum non fumigauit·Et ysa·Incensum est abhominatio mihi Fuare altare et crucifixꝰ thurificantur dictum est sub ti de aque b̃ñdicte asperfione·Post thurificationem itez digitos lauat·nec vlterius vsqz post communionem cū eis cum quibus sacram hostiam tractare habet·aliquid tangat·& post eius eleuationem eos iungat vt dicetur sub octaua particula canonis Minister quoqz epi trahit et super brachia eiꝰ informat planetam et alia indumenta·Nam et legalis sacerdos·dum sacrificabat summitates balthei super humerum reflectebat

De inclinatione sacerdotis et osculatione altaris et oratione

Thurificationis expleto misterio sacerdos se inclinando dicit Suscipe sancta trinitas·q̃c̃ quod sumitur de tercio dominis·vt videlz hostiam offerat expigwedme caritatis·et sic dignus ad sacrificiū ymolandum·Sacerdotis inclinatio x̃p̃i humilitatē figmficat·qui exinaniuit semetipsum·formam serui accipiens·factus obediens vsqz ad mortez mortem autem crucis·qui etiam inclinans se ad pedes discipulorum post sacramentum in cena traditum orauit ad patrem·Postea vero se erigens osculatur altare·ad notandum ꝙ per passionem x̃p̃i populus liberatus est·et deo patri reconciliatus·Vnde apostolus ad ephes̃·tercō faciens pacem vt reconciliet ambos in vno corpore deo·Consequenter sacramentum inceptu rus orat primum pro se deinde pro populo·cōuertens eiñ se ad illum sub silentio dicit dominꝰ vobiscum·sicut dictum est sub ti·de salutacione et mox voce aliquantulum eleuata·Vt oīo oīm auxilietur ei·quasi non presumens·ꝙ solꝰ possit tantum misterium exequi·monet illum dicens· Orate pro me fratres·q̃c̃·et ego pro vobis·In quo signatur illud quod x̃p̃s discipulis suis dix·Luce·xxij·Orate·ne intretis in temptacionem·et ibidem·Ego pro te orani petre·Monet autem orare vt sacrificium fiat deo acceptabile·et populus debet similiter secrete orare·respondēs Memor sit dominus omnis sacrificiι tui·et holocaustum tuum pingue fiat vel respondet·Suscipiat dominus sacrificium·q̃c̃·vel dicat Spiritꝰ sanctus superuemet in te·vel illud Mittat tibi dominus auxilium de sancto·vel·Ymola deo sacrificium laudis·Debemus eiñ inuicez orare ſm apostolum vt saluemur·Orauit eiñ et x̃p̃s p̃mū p̃ se·pater inquit·venit hora clarifica filium tuum·vt filius tuus clarificet te·deinde ꝓ populo dicens·Pater sancte serua eos q̃s dedisti mihi·vt sint vnum sicut et nos·Dicturus ergo·orate pro me fratres·se vertit ad populum·qz ip̃m distincte alloquitur·sed dicturus Oremus· post dominus vobiscum se ad altare ouertit·qa

tunc non distincte .ſz per modū conceptionis ad aliquid excitat ad secum orandum seu gratias referendum Monito itaq; populo sacerdos statī reuoluitur ad altare per sinistram partem·pro ut sub ti·de salutacione ad populum dictum est· Et tunc tandem dicit orationem quam intermiserat ab offertorio citra quando dixit·Oremus ad notandum q; xp̄s iterum rediit hierosolimaz ad domum orationis quam ad tempus deseruerat ·cum secesserat in effren·Sic em̄ legitur in euangelio·Cum venisset ihesus hierosolimam· intrauit ī templū ⁊ eiecit ementes ⁊ vendētes de templo dicens Domus mea domus oracōis vocabitur·Instat enim sacerdos oracōibus ne īdignus muemiaē vt oza qui tetigit temere arcam domini ⁊ percussus est a domino nec legitur aliud fecisse nisi vxorē propriam cognouisse in nocte precedenti bethsamite q̄z quia temere voluerunt arcam domini tangere·occisi sūt·de populo·lxxxviii·de plebe·quinquagīta milia preciosa arca est calix domini Orat autem voce demissa·Primo ne vilescat officiū misse ⁊ ideo oracio ipa quia secrete dicitur a quibusdam secreta a quibusdaz secretella·ad differentiam maioris secrete·a quibusdam vero sacra vocatur De q̄ ⁊ de hmōi silentio sub ti·de secreta dicetur·vt dictum est sub ti·de offertorio·Secundo orat in silentio vt deuociꝰ oret·nec cogitet quomodo eꝰ vox ⁊ corporis compositio placeant populo·qz et dominus elongatus est a discipulis quantum continet iactus lapidis vt oraret·Tercio in hoc q; secrete orat significat secretas preces xp̄i dicentis·Pater mi si fieri potest transeat a me calix iste·Mathei·xxvi·Quarto hoc silentium recolit sacramentum in sacrificijs patrum absconditum vt in abel·ysaac·in agno paschali·in vitula rufa·in hyrco emissorio·Dumto in ſz repīta tur silentium quod dominus habuit in passione quia tanquam ouis ad occisionem ductus est·qđ etiam martires imitati sunt·Vnde non murmur resonat nec querimonia·nc̄·Sexto ideo orationes que post oblationes secuntur in silentio et secreté dicuntur·quia iudei statim post suscitacionem lazari voluerunt occidere ihesum·ille vero abscondit se in ciuitate effren in solitudine· et tacuit a predicatione et miraculorum opatione vsq; in sabbathum in ramis palmarum q̄ venit in domum symonis leprosi ·et tunc predicauit aperte·ad quod designandum ·sacerdos in fine secrete iterum eleuat vocem ·dicens palam et alta voce·Per omnia secula seculorum quod expositum est sub ti·de oratione·Secundo ideo dicitur alta·per omnia·ad notandum q; post resurrectionem xp̄s predicauit aperte·Tercio qz est principium sequentis orationis vt iam dicet Quia vero querit ascensum populi et confirmationem·quia ipe est quasi legatus populi·ideo populus assenciens voci eius dicit amen·quia seculum per ipm creatum est· Adhuc dicturus Per omnia secula seculorum deponit manꝰ sup altare ·primo ad notandumquod omnem cogitatum temporalem deponit ⁊ se totaliter deo committit·ymolatione dumtaxat tota mente intendens·Secundo manus deponit·cum em̄ nūc ad cordis eleuationem et ad gratiarum actionē muitet et eleuationez cordis per contemplationem precedere debeat exercitium bone operationis · quam manuum depositio significat·De q̄ operatione postea gratias referimus ei·qui in nobis incipit opus bonum·vt perficiat sicut dicit apostolus·idcirco tunc manus deponit

De prefatione

Iste prefationem describitur in libris quedam figura representans ex parte anteriori lām·v·ex parte vero posteriori lām·d·que due lre comuncte p vere dignum ponuntur·lra videlz pro dictione· Bene per lām·v·que infertius clausa et supius apta est·habens initium a linea longiori·humanitas siue humana xp̄i natura que ī virgine principiū habuit ſz fine carebit· Per·d·vero circulariter clausum·diuinitas seu diuina nāa·que nec principium nec finem habet figuratur·Tractus vo in medio vtrumq; copulans partem·crux est·p quam diuinis associantur et vniuntur humana· Ideo ergo hec figura in prefationis principio ponitur·quia per misterium vnionis et dominice passionis pacificantur homines angelis soci/antur·humana diuinis in precuñio saluatoris· In prefationibus em̄ omnibus conueniunt homines et angeli ad concinendum preconia regi· Vnde et alta et delectabili voce cantantur quia in eis angelorum preconia representantur·Et cantantur coram altari et a solo sacerdote·Jux illud apoc··iiij·Et cantabunt quasi canticū nouum ante sedem·et nemo poterat dicere canticū nisi·nc̄·Siquidem hec oratio vocatur prefatio quia precedit sacrificium principale·Est enim quasi prelocutio·id est ad misterium preparacō prelocutio videlz tocius orationis secuture A te igitur vsq; ad agnus dei· In hac em̄ preloquiē sacerdos grates et laudes deo vt melius ad consecra ndum corpus xp̄i valeat peruenire·vocaē etiam preparatio·quia preparat fidelium mentes ad future reuerentiam consecrationis·Dicit̄ etiam ymnus angelicus·quia angelicis laudib9 est plenus·Verumtamen sacrificium vocatur in secretella oblatio·ſz a dominus vobiscum quod statim post illam sequitur vsq; ad sanctus vocatur ymnus·Bene sicut in proximo ti·dictum est in fine secretelle dicitur alta voce·Per omnia secula seculorum·quod siquidem est finis illiꝰ orationis et initium prefationis·per qđ sacerdos insinuat q; xp̄s est lapis angularis·q̄ fecit vt̄q; vnum· iudeos continens et gentiles·vt sit vnu ouile ·et vnus pastor·Dicturus ergo sacerdos rem attencioni dignissimaz salutat populum·d· Dominus vobiscum·optans nos tales existere· cum quibus dominus manere dignetur·et illud

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nobiscum celebrare conuiuium·ad quod mulier attulit alabastrum vnguenti nardipistici p̄ciosi et effudit illud super caput domini recūbentis et populus respondet dicens·℣t cum spū tuo· et sic mutuo pro se orant·Nam et in veteri testamento omnes sacerdotes orabant dum consumaretur sacrificium ionatha inchoante et ceteris respondentibus·Postea statim sacerdos eos incitans subiungit·℣ursum corda·id est in celestibus non in terrenis·et eleuat manus ꝓpter rationes sub ti·de oratione scriptas ad finez℣Chorꝰ respondet·Habemus ad dominum·idest habere debemus·Vnde in canone cypriane pape ita dicitur·Ideo sacerdos ante orationem canonis p̄fationē premissa parat fratꝝ mentes dicendo·℣ursum corda·vt dum plebs respondet·habemus ad dominum·ammoneatur nihil ad se q̄ dominum cogitare debere·Kursus ideo chorus subiungit habemus ad dominum·vt etiam vere sic̄ mulier illa vnguentaria sursum ad illam verbi diuinitatem cor eleuet·et illud caput equali deo patri fide contingens·vnguento catholice professionis perungat·cꝰ sane preconium sacerdos prosequit̄ dicens·℣ratias agamus domino deo nostro·quia pro omnibus beneficijs·que nobis contulit grates ei referre debemus·℣horusq; respondet·dignum et iustum est·quoniam gratias omnipotenti deo referre debemus·℣equit̄ per xp̄m dominum nostrum·supplendum est confidentes et credentes q̄ per xp̄m maiestatem eꝰ laudant angeli·adorant dominationes·tremūt potestates·Hoc sacre confessionis preconium ita recte concludit ecclesia vt cum angelis cū hominibus decantet hunc deuoti pectoris ymnum ℣anctus sanctus·cē·de quo infra dicetur·P̄ōt etiam prefationis officium ad illud referri·qa ihesus ascendit in cenaculum magnum stratum·i quo multa locutus est cū discipulis suis·et gr̄as agens·ymnum illum retulit deo patri·de quo dicit matheus·℣t ymno dicto exierunt in montē oliueti·ergo per dominus vobiscum·oīo quam discipulis fecit accipitur per ℣ursum corda·ascensus ad cenaculum iterum per ℣ursum corda ad confitendum filio surgimus·et angelorū misterium imploramus qui vota nostra suscipiant et ad eum perferant·per ℣ratias agamus·xp̄i recolimus gratiarum actionem et multamꝰ populum ad agendum gratias deo patri per filiū et per quem redimimur·et cum angelis ad laudandum admittimur·Monet ergo sacerdos populum sursum·id est supra semetipsum habere vel leuare corda ad dominum·Juxta exhortacōz apostoli dicentis·Que sursum sunt querite·nō q̄ super trazſtam qui in terremis sunt nihil dignum deo offerre possunt·vbi em̄ est thesaurus tuus ibi est℣ cor tuū·Multi quidem dum ore loquuntur celestia corde meditantur terrena·q̄bus dominus imꝓperat per ꝓphetam·Populus hic labijs me honorat·cor autem eorum longe est a me·℣horus vero respondens profitetur se sacerdotis monita suscepisse·d·habemus ad dm̄ Vnde diligenter prouideat·nec cor habens deorsum ad seculum spūi sez damnabiliter menciat̄ Sacerdos etiam post q̄ attentos reddidit ꝫ devotos hortatur vt gratias agamus domino deo nostro·quoniam ipe est deus·d est creator·ipe est dominus id est redemptor·ipe est noster sez saluator·Tunc em̄ erit verissime noster·cū erit omnia in omnibus id est sufficientia singulorum Kursus quia populus professus est se intentū esse ad dommum·ideo presbiter subiungit Gratias agamus·℣horus vero sacerdotis verbum approbans et affirmans respondet·Dignum et iustum est·Dignum quidem·quantum ad deum· quia ipe est dominus deus noster·Justum q̄tum ad nos q; nos sumus populus eꝰ ꝫ oues pascue eꝰ Dignū q̄ ꝫ iustū ē q̄tū adutꝝ q̄ vt sez populus simul cum sacerdote gratias agat deo a quo oīa bona suscepimus·℣ubsequenter subiungit sacerdos Vere dignum·cē·℣t scdm magistrum petꝝ anthisiodoren̄·Hic incipit prefatio·id est prologus vel prolocutio sequentis canonis captans domini benuolentiā·d·vere dignum et iustum est equum et salutare·Dignum quia bonꝰ est·iustū q; beneficus·℣quum quia misericors· salutare·quia salus vel dignum·quia nos mera voluntate fecisti·Justum·quia nos pura misericordia redemisti·℣quum quia gratuite nos iustificas·salutare id est salute plenum quia pe tuo nos glorificas·Nos tibi sp̄ et vbiq; gratias agere·domine sancte pater omnipotens eterne deus·vbiq; enim est dominus sanctus·vbiq; est pater omnipotens·et semper eternus deꝰ·Vñ ps̄·In omni loco dominationis eius benedic aīa mea domino·℣t iterum·Benedicam dominum· in omni tempore semper laus eius in ore meo ℣equitur per xp̄m dominum nostrum·aduocatum em̄ habemus ꝫm apostolum apud patrem hiesum xp̄m dominum nostrum·qui interpellat pro nobis·et ipe est ꝓpiciatio pro peccatis nostris·qui exauditur in ommbus pro sua reuerentia·per eum ergo quasi per mediatorez laudes offerimus·per eum quasi per aduocatū gratias exhibemus·per quem maiestatem tuam·Maiestas dicitur·quasi maior stans·vel maior p̄tas· quia maior est eius potestas q̄ hoim·Laudant angeli·adorant dominationes·tremunt p̄tates vtiq; per illum laudant·adorant et tremunt·p quem simul cum patre omnes spirituum ordīes sunt creati·Nam dixit deus·Fiat lux et facta est lux·Verbo dixit et verbo fecit·quia verbo dñi celi firmati sunt·et omnia per ipm̄ facta sunt et sine ipo factum est nihil·Chorus angelorum nominat·quia angeli huic officio non dubitantur abesse·℣t ad notandum q; ecclesia angelis ē assimilanda·adhuc vt placeat deo· Kursus p hoc q; dicit̄·Domine sancte pater omnipotens eterne deus per xp̄m dominum nostrum quē laudāt angeli·adorant d·cē·mtelligitur q; ecclesia et angeli laudant deum·non solum mḡtum deum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vñ etiam inquantum hominem dicit ꝙ laudant
Vnde ps̄. laudate eum omnes angeli eius. ado/
rant. Vnde esdras. Exercitus celi te adorāt. tre
munt. Vnde iob. Columne celi contremiscunt ⁊
pauent aduentum eius Tremere vero dicuntur
non metu fortitudinis cum sint perfecte beati.
ſ̄ amministrationis effectu vel obie famulatu.
Cum ſm apostolum omnes sint amministratorij
ſp̄us in misterium destinati Tremunt q̄ p̄ates
non q̄ ordines angelorum corporales sint. sed
ideo hoc dicitur vt intelligamus omnia celestia
terrestria et infernalia ante conspectum diuine
maiestatis tremere ac timere sicut et nos tremẽ
ac timere ante dominos nostros solemus. Celi
Celi celorum. Per celos hic throni accipiuntur
quia dominus ait. Celum mihi sedes est. Et di=
cuntur celi laudare deum. quia laudis materiam
prebent. Vnde ꝓpheta. Celi celorum et aque q̄
super celos sunt laudant nomen domini. Celi q̄=
dem diuine iussiom obediunt. quia se ostendere
serenos vel nebulosos potestatem non habent.
Cherubim q̄ ⁊ seraphim ad intelligentiaz eoꝝ
que hic dicuntur notandum est nouem esse ordi
nes angelorum. videlicet Angeli. Archangeli
Throni Dominationes Virtutes Principatus
Potestates Cherubim et Seraphim. Angeli
⁊ grece dicuntur nuncij latine. secz excelsi et ce=
lestes. eo q̄ de celis ad anunciandum ⁊ exequen
dum domini voluntatem mittuntur Angelorum
autem vocabulum officij nomen est. non nature
ſp̄us em̄ sunt ſp. ſ̄ cum mittuntur angeli vocanē
Cuibus ideo priorum licentia pennas facit. vt
celerem eoꝝ in cuncta discursum significet. sic̄
et iuxta fabulas poetarum. venti pennas habē
dicuntur. ꝓpter velocitatem secz Iuxta illud. q̄
ambulat super pennas ventoꝝ. Archangeli
ergo grece sūmi nuncij interpretantur Cui em̄
pua vl'mmima angeli sunt. qui sūma archangeli
nuncupantur. Archangeli ergo dicuntur eo q̄
inter angelos teneāt principatum. ſ̄ā archos
grece latīe princeps interpretatur. Sūt enim
duces et principes. sub quoꝝ ordine vnicuiq̄
angelorum sunt officia deputata. Quidam autē
archangelorum priuatis nominibus appellanē.
vt per vocabula ipa in ope suo quid valeant de
signetur. Gabriel nanq̄ hebraice. interpretat̄
latine fortitudo dei. vbi etiam ipa potencia di
uina vel fortitudo manifestatur. Gabriel mittit̄
Vnde ipe anunciauit xp̄m nasciturum qui dyabo
lū deuicit ⁊ humiliter ad debellandas aereas po
testates venit. Michael interpretatur quis. vt
deus. qñ em̄ aliquid mire virtutis in mundo fit
hic archangel9 mittitur et ex ipo ope nomen ē
ei. quia nemo valet facere quod facere p̄t deus
vnde ipe missus est in egiptum ad immittendas
illas plagas famosas. Quidam tamen dixerūt q̄
michael est nomen vnius angeli. Raphael inter
pretatur curatio vel medicina dei. vbicunq̄ em̄
curandi vel medicandi opus necessarium est. Ra
phael archangelus mittitur. vnde ad thobiam
Missus est vt eum a cecitate liberaret de gabri
ele et michaele et raphaele dicetur in. vij. pte
sub festo michaelis. Vriel interpretatur ignis
dei. sicut legimus ignem apparuisse i rubo. legi=
mus etiaz ignem missum desuper et implesse qđ
preceptum est. Hec sunt nomina personalia an
gelorum que nec a scripsis nec a deo imposita sūt
ſ̄ ab hominibus et nescitur a quibus. nec alia p
sonalia inueniuntur in scriptura. Alia vero sūt
nomina ordinum Ceterum throni. dñationes.
virtutes. principatus et potestates quibus vni
uersam celestem societatem apostolus ꝙplectit̄
ordines angelorum et dignitates intelligunt̄.
vt iam dicetur. Sed pro hac ipa distributione
officiorum. alij throni. alij dominationes. alij v
tutes. alij principatus. alij potestates dicuntur
pro certis dignitatibus quibus ab inuicem di=
stinguuntur Throni sunt agmina angelorum
qui latine sedes interpretantur. et vocati sunt
throni quia illic conditor presidet. et per eos
sua iuditia disponit. Dominationes sunt hij q̄
virtutibus et principatibus preemment. qui ꝓ
eo q̄ ceteris angelorum predominantur agmi=
nibus dominationes vocantur. Dominantur ꝙ
hic ad notādum q̄ eis magis assimilare debem9
quia vsum dominandi docent. Est em̄ vera dña
tio facere dei voluntatem. Virtutes angelice
q̄ misteria perhibentur. per quas in mđo signa
et miracula fiunt. ꝓpter quod et virtutes dicūt̄
Principatus sunt qui angelorum agminibus
presunt. qui pro eo q̄ subditos angelos ad ex=
plendum misterium diuinum disponunt princi=
patus vocabulum acceperunt. Nam alij sūt qui
amministrant alij qui assistunt. sicut et per dani
elem dicitur. Miliamilium ministrabant ei. ⁊ de
ciesmilies. centenamilia assistebant ei Potes
sunt q̄bus virtutes aduerse subiecte sunt et in de
potestatum nomine nuncupantur. q̄ malign
ſp̄us eorum potestate cohercentur. ne tantum
noceant q̄ tum cupiunt. nominantur ergo h̄ ad
notandum q̄ potestatem dyaboli arcere debe=
bemus Cherubin autem et episcopi sublimes
celorum potestates et angelica misteria perhi=
bentur qui ex hebreo in latino sciētie multitudo
seu plenitudo interpretantur Sunt em̄ sublimi
ora agmina angelorum. pro eo q̄ vicinius sūt
positi diuina scientia ceteris amplius sunt pleni
Ip̄i sunt illa duo animalia. super ꝓpiatorium
arce ficta ex metallo. ꝓpter signandam aposto/
lorum pentēciam. in quorum medio medius os=
tenditur deus Seraphin vero multitudo est
angelorum. qui ex hebreo in latinum. ardentes
vel intendentes interpretantur. eo q̄ precelis
ardent et succēduntur in caritate. et quia inter
eos ⁊ deum nulli angeli consistunt. Et ideo.
quanto vicinius coram eo ꝙsistunt. tantomagis
claritate diuini luminis inflammantur. Vñ et
ip̄i sicut ysa. legitur. velant faciem et pedes se
dentis in throno dei. Et idcirco cetera angelo=
rum turba. vere plene dei essentiam non valet.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qm̃ seraphin eam tegit·sm ysidorum·Dicuntur ergo hic cherubin et seraphin·quia sicut illi toti in dei dilectione ardere debemus·Reperitur autem hoc nomen seraphin neutr̃ et masculinū ſ̄ neutraliter terminatur in·n· vt in hoc loco·Beata seraphin·Masculine vero terminatur in ·m·Vnde ꝓpheta·Seraphim clamabant alter ad alterum·Hieremias dicit q̄ cherubī et seraphin singularis numeri et gn̄is masculini ·cuius terminatio pluralis est per neutrum· non q̄ in ministris dei sit sexus·ſ̄ vocabula diuersis generibus ·iuxta lingue ꝓprietatem appellantur· Greca vero consuetudo·neutro gn̄e·per·n·scribit·Iosephus dicit·Cherubim et seraphin esse duo animalia volatilia·prout dictum est in prohemio huius partis·Premissa autem ordinum nomina preter cherubin et seraphin·et preter nomina angelorum et archangelorum latia sūt Verum cum nouem sint ordines angelorum· sicut dictum est·qui postq̄ decimus cadens ꝓpē superbiam versus est in dyabolum in perseuerātia eterne beatitudinis solidati sunt·Queritur quare tribus exclusis sex tm̄ in prefatione commum ponuntur in qua celos throni excipiuntur vt dictum est·Videtur en̄ ex hoc q̄ illi cum ceteris maiestatem diuinam nō glorificant ac adorant·Sed abſit hoc·Nam virtutes celorum oēs ordines comprehēdunt vt testatur Gregorius· in omelia illius euangelij·Erunt signa in sole et luna·Vnde p̄s·verbo domini celi firmati sunt· et·s·o·e·o·ve·e·Et iterum·Dns virtutum ipse est rex glorie·Vel forte ꝫ occulta·tū circa hoc prouisum est ratione Dyonisius quippe tres esse tradidit perarchias siue ordines angelorum trinos in singulis ponens·vt similitudo trinitatis eis insinuetur impressa·Et dī perarchia a perar quod est sacrum et archos quod est princeps q̄si sacri principatus·Sunt en̄ tres ordines supiores·tres inferiores·tres medij·Superiores sūt Cherubim·seraphim et thronī·Medij sunt dña/tiones·principatus ·et potestates·Inferiores sunt virtutes·archangeli ·et angeli·De quorū singulis medius ordo in prefatione subtrahitur ad notandum q̄ comperatione trinitatis eterne cuius maiestas mea precipue recommendatur· omnis alia trinitas diminuta reperitur et imperfecta·Nam quis in nubibus equabitur domino? quis similis erit domino in filijs hominum? De superioribus subtrahitur cherubm ·de medijs principatus·de inferioribus archangeli· hanc quippe eternam et indiuiduaz trinitatem laudāt angeli·adorant dominationes·tremunt p̄tates· Cum quibus et nostras voces Tuas cm̄ omnipotens deus rationales edidit creaturas·angelicam videlz et humanam que laudibus diuinis insisterent et ei gratiarum redderent actiones quas dum pari voto concelebrant tanq̄ superiores cum inferioribus corde·in celesti cythara sociantur·de qua dicit·Io·Et audiui vocem cythare dorum cytharizantium cythris suis·et cantabant quasi canticum nouum·ideo q̄ dicit socia exultatione concelebrant·qm̄ omnes predicti ordines et etiam humana creatura maiestatez dei patris per xpm socia exultacione equaliter concelebrant supplici confessione · quasi non supba presumptione·ſ̄ humili laude dicentes·Sanctus sanctus·sanctus·ac̄·Porro gelasius pp̄ tractus et ymnos composuit et prefationes · cantu quidem et non elimato sermone dictauit·Et est notandum q̄ licet olim innumere essent prefationes·hodie decem tantum sunt canonizate Vñ pelagius papa inquit Inuenimus has nouem p̄fationes in sacro cathologo tantummodo recipiendas vnam in resurrectione et in albis paschalibus·i·in septimana paschali Aliam in die ascensionis domini·Terciam in die pentēs·Quartam in natali domini·Quintam in epiphia domini Sextā de apostolis Septimaz de s·trinitate Octauam de cruce·Nonam de ieunio in quadragesima tā tummodo dicenda·De qua dicetur in sexta pte sub quarta feria cinerum Vrbanus quoq̄ papa addidit decimam de beata virgine maria ·illam videlz·Equū et salutare·q̄ et vingentū·t·ac̄·

De Sanctus

Ecclesia sperans sociari angelis ac archangelis de quibus in prefatione facta est mentio· statim post illam ꝯformat se angelico cantui canens ymnum illum·Sanctus s·s·ac̄·quem sixtus papa primus instituit decantari·hic est cantus puerorum quem cantauerūt domino offerenti se illis in decima luna · qui q̄si reseruatus · vsq̄ ad decimamquartam lunam in bethania·Cum ergo sacerdos finit laudem siue prefationem totus chorus ·qui repñtat ecclam simul cant·deinde euangelicum ymnum vt vna et equalis gloria et laus et honor decantetur· patri et filio et spūisancto·Notandum autem ē q̄ ymnus iste partim angelorum et partim hominum verba complectitur·Prima enim pars laudem continet angelorum·vltima hominum· Legitur enim in ysa·vi·c·q̄ seraphim clamabāt alter ad alterum·et dicebant·s·s·dominus deus exercituum·plena est omnis terra gloria eius· Legitur quoq̄ in euangelio mathei·xxi·capō· et mar·xi·c·q̄ qui preibant et qui sequebantur clamabant·d·osanna filio dauid·bn̄dictus q̄ venit in nomine domini·Siquidem vox angelorū sez osanna in altissimis trinitatis et vnitatis in deo commendat archanum·Vox hominum · sez osama filio dauid diuinitatis et humanitatis in xp̄o personat sacramentum·Merito aūt cantica angelorum in ecclesia cantamus · quia per hoc sacrificium terrena celestibus iungi non dubitamus·et ideo cum eis ī excelsis saluari clamam9· ·Illud etiam aduertendum q̄ ter dicitur sanctus· vt notetur trinitas seu distinctio personarum· ſ̄ semel tm̄ dicitur dominus deus sabaoth vt notetur diuine vsie vnitas quia vnitas adoratur·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ce hore in ipis horis dici dicende sunt·nec ob=
stat illud psalmiste Benedicam dominū in oīi
tempore·nec illud apostoli· Sine intermissio=
ne orate quoniam benedicere dominū in omni
tempore·est illum semp dignaouersacione lau
dare· Sine intermissione orare est omnia ī dei
laude seu gloria agere·sicut idem apostol⁹ ait
Siue māducatis siue bibetis siue aliquid aliud
faciatis in gloria dei facite· Ceterum oracōez
salutacio precedit et sequitur ad illam respon
sio prout sub prima dicetur·finaliter autē p⁹
oracionem dicitur· Benedicamus domino quod
sumptum est de apostolo vel de ps· vel de ym=
no trium puerorum vbi dicitur· Benedicam⁹ pa
trem a filium aē· Et dicitur quandoqz a pueris
qui sūt impfecte etatis ad notanduz oīa opa
nostra impfecta esse· Iuxta illud· Impfectum
meum viderunt oculi tui aē · Et q oīs laus nra
puerilis a imperfecta est ad compacionem dei
quem laudamus· Quicquid hic eī dici potest·
minus a laude dei est·ac si dicat ecclesia lauda=
mus·sed laudando non sufficimus·quia supemi
nencia dei eloquium nostrū a intellectū supat
quia accedet homo ad cor altū ·a exaltabiē de
us·Vnde ab omnibus consequenter dicīē·Deo
gracias quasi placet sicut pium est in dei laude
supari·Dicitur eciam a pueris ad notandum q
soli pueri idest puri a malicia·digne laudāt de
um a gracias agunt·Dicīē eciaz quādoqz a ma
ioribus· ad signandum q in eterna beatitudie
cum domino pfecti erimus laudatores·quia in
hac vita non possumus esse perfecti ¶ Rursus
post suffragia dicīē alia oracio·que misericor=
diam dei significat que p̄cedit et subsequiē ho
minem in bonis operibus·Dicitur eciam iteruz
Benedicamus·a deo gracias·quia sicut dom⁹
postq̄ iterum post resurrectionē suam saluta=
uit discipulos suos·benedixit eis a illi gracias
referendo illum adorauerunt·ita et presbiter
vel alius iterum dicta oracione dicit· Benedica
mus domino a est subaudiendum cui⁹ membra
sumus·et in quo benedicim⁹·a eciam benedicit
Chorus vero gracias agēs dicit·Deo gracias
quod sūptum est de apostolo·per quod signi=
ficatur q vsqz in finem vite nostre in nocēciam
debem⁹ seruare et deo bñdicere et p beneficijs
gracias exsoluendo·Vel benedicamus domino
cum deo gracias est laus finalis et exultacio in
effabilis que erit in gloria cum graciaz actō
ne·Vel deo gracias est ꝺ cōsumato cursu gra
rum actio De hoc eciam dictū est in quarta pte
sub ti·de oracōe nouissima·Sed videtur q po
cius deberet responderi Amē idest fiat·seu ita
sit scilicet q deus sit benedict⁹ Sed bene rīde
tur Deo gracias vt notetur·q hoc ipsū quod
deum benedicim⁹·ab ipo deo habem⁹ ¶ Por=
ro quia quamdiu viuimus in lubrico positi nu=
mus a a demonibus impugnamī·quare semper
sanctoz suffragijs indigemus·Idcirco in ple=
risqz ecclesijs in singulis horis·post benedica=
mus suffragia sanctoz subiciuntur·Et nota q
quia totum temp⁹ a natiuitate domini vsqz ad
festum purificacōis est de infancia saluatoris·
Ideo vt quidam dicunt non debent fieri tunc
comemoracionēs p̄sertim de cruce·iuxta illud·
Non coques edum in lacte matris sue nec eciā a
dominica de passione vsqz in sabbatū p⁹ pēth
vt ibi dicetur ¶ Hoc eciem sciendum·q qz pe
trus a paulus in vita a in morte non sūt separati
prout cantat ecclesia·Ideo nec in commemora=
ciembus separantur que simul fiunt a omniter
de vtroqz·Vltimo notandū q cantandi vsus a
veteri testamento sumpsit initium·sicut in es=
dra legiē De quo in pte scda sub ti·de cantore
et in quarta pte sub ti·de alleluia dictū est Et
ecclesiasticī·c·xlvij· Dedit illi contra inimicos
potenciam et stare fecit contra altare cātores
in sono eoz dulces fecit modulas a ps·Canta
te ei canticum nouum bene psallite ei in vocife=
racione· Celebratur ei ita qz cant⁹ vt ostēdat
homines debere referre gracias a laudes deo·
dum manibus ceterisqz membris satagūt agē
opera·quibus valeant deo placere·Vsum ta=
men cantandi quidam reprobāt put dictuz est
in pl̄emio quarte partis Ordinem cantilene in
diurnis siue nocturnis horis creditur·Beatus
gregō·plenaria ordinacione distribuisse cū mul
ti· et ante · et post eum · oraciones antipho=
nas·a responsoria cōposuerunt· Et nota scd̄m
hugonem de sancto victore·q tres sūt species
sonoz qui tres modulos faciunt·Fit eī sonus
pulsu·flatu a voce ·pulsus ptinet ad citharaz
flatus ad tubam·a organum· vox vero ad can=
tum·Hec genera musicoz antiqu⁹ pepul⁹ in
dei laudem exercebat·Hec autem consonancia
sonoz·assignari potest cōcordie morum ·si ad
pulsum cithare·manuum operacō· ad flatū or
gani·mentis deuocio·ad cantum vocis ·sermo
nis exortacio referanē· Bernhardus inq̄t ·q̄d
prodest dulcedo vocis sine dulcedine cordis·
frāgis vocem·frāge et voluptatē ·seruas cōso
nanciam vocum·seruia cōcordiam morum vt p
exemplum cōcordes primo per voluntatē deo
et per obedienciā magistro·De organo dictuz
est in quarta pte sub ti·de sanctis· ¶ Rursus ꝺ
triplex gen⁹ musicoz ad triplicem differenciā

officij ecclesiastici refertur secundum sicardum episcopū cremoñ · in mitrali · Nam ipsū officiū ecclesie consistit in psalmis · in cantu et lectionibus · Primum musicoꝝ genus est quod fit pulsu digitoꝝ · vt in psalterio et similib⁹ · a ad id pertinet psalmodia · Juxta illud · Laudate eum in psalterio a cithara · Dicit̄ eñ psalteriū a psallim grece quod est tangere latine · Secundum est quod fit voce scilicet humana · et ad istud pertinent lectiones · Vñ p̄s · Bene psallite ei in vociferatione Et apostolus lectionē vocē vocauit dicens · Ignorantes ihesum a vocem prophetarum que per sabbatum leguntur · Tercium est quod fit flatu · sicut in tuba · et ad istud pertinet cantus · Vnde p̄s · Laudate eum in sono tube · Sane racionabilis diuersoꝝ sonorum concent⁹ · et cōcordiam varietate compactam et bene ordinate ciuitatis vnitatem significat Suauis vero cant⁹ fit ex diuersis · sed nō ex aduersis vocibus · Rursus cantus in ecclesia letitiam celi significat · Voces vero graues acute a sup acute · mmuūt tribus modis p̄dicanduꝫ esse tribus ecclesie ordinib⁹ · ꝑter triceſimū a · sexageſimū et centeſimum fructū · Vel iuxta tria volumina salomonis significat ordinem incipiencium ꝓficiencium · a ꝓfectorum De choro dictum est in p̄ma pte sub ti · de ecclesia · ¶ Sane statutum est in cōcilio tholetan̄ · et gerundeñ · vt tam misse ordo · q̄ psallendi · q̄ mimstrandi cōsuetudo seruetur in omnib⁹ ecclesijs · qui in ecclesia metropolitana seruatur · Abbatib⁹ q̄z vel monachis curam animaꝝ habentib⁹ · non licet publica officia aliter celebrare · q̄ in ecclesia ep̄ali · Quamuis augu⁹ · dicat · Quod neq̄z contra fidem neq̄z contra bonos mores esse cōuincitur indifferenter habendum esse · et in ecclesiasticis sac̄mētis sit & iure obseruatudo seruāda ·

¶ De nocturnis · K ·

Licet ecclesiastica officia a vesperis incipiant ¶ Juxta illud · De vespera in vesperam celebrabitis sabbata vestra · quia tamen ordo conuemēs est · vt a tenebris ꝓdeamus in lucem et nō econuerso · ideo a noctis officio inchoemus · Temp⁹ autem nocturnum · significat vitam nostrā in peccatis · Nocturnum officiū nostri exilij seruicium Laus matutina penitencie suffragium · ꝑ quam tendimus ad lucis gaudiū et libertatis · Vel tēpus ante nocturnum · significat temp⁹ añ legē mortis · in quo omnes flebāt a laudib⁹ dei · Tēpus nocturnum · significat tempus legis date moysi · Tempus laudis matutine · significat tēpus gracie a resurrectione vsq̄z ad finem mūdi in quo tempore deum laudare tenemū De bonis nature · que in illa hora nobis contulit creando · De bonis gracie · que in illa nobis contulit resurgendo · Et de bonis glorie · que in ea nob dabit resuscitando ¶ Sane nocturnale officiuz media nocte camē ꝑter quinq̄z raciones · Primo · quia p̄mogenita egipti de nocte interfecta fuit · et primogenita israelis saluata · Vt igitē dominus nobis seruet p̄mogenita nostra idest hereditatem regni celestis · q̄ nobis p̄mo p̄mogenitus dei filius acquisiuit · Ideo ei canimus officium nocturnale ne simꝰ sicut esau · q̄ ꝓ edulio lenticule rufe pdidit p̄mogenita sua · Secūdo quia dei filiꝰ fuit media nocte natus Juxta illud Sapiencie · c · xix · Dum medium silencium tenerent omnia et nox ac̄ · vsq̄z a regalib⁹ sedibus venit · Jhs filius tuꝰ vt ergo ip̄iꝰ natuitati gratis simus eum de nocte laudamus · et gr̄as de ip̄ius natiuitate agimꝰ · Tercio quia xp̄s in nocte hac hora captus a illusus est a iudeis · ea eciam hora spoliauit infernum · large nocte accipiendo scilicet ante lucem · Mane vero surrexit Media eciam nocte ad iudicium venturꝰ asseritur · Vnde statutum fuit vt in die vigiliarū pasche ante noctis medium dimittere non liceant populos expectātes xp̄i aduentum · vt dicetur in sexta parte sub sabbato sācto · Ideo hac hora deum laudamꝰ gracias agentes de ip̄iꝰ captione · et patrum liberacōne eiꝰ eciam aduentū sollicite expectantes · Quarto vt noctes delictoꝝ nostroꝝ illuminarent̄ · Vnde paulus Et fileas in vinculis existentes media nocte orātes ymnum cunctis audientib⁹ dixisse memorantur vbi terremotu repente facto iamua spōte patefacta est · a eoꝝ vincula illico sūt soluta · Quarto ꝑter carnis illecebras psallendo et orando edomādas · quia sicut dicit̄ ecclīastes xxij · Vigilia honestatis domat carnes ¶ Sciendū autē est q⁹ in primitiua ecclesia ministri ecclesie terdenocte interpolatim surgebāt ad diuinū officium celebranduz tria in hoc tempora designātes · videlicet tempus ante legem · tempus sub lege a tempus gracie · Surgebāt eñ p̄mo ęca primū somnū q̄ vulgus solet ire dormitū · Secundo circa mediam noctem · Tercio paululum ante diem · Sic ordinātes officium vt nocturne finite et lectiones cum suis responsorijs piecte essent p̄usq̄z lucesceret · apparente vero aurora pulsatis campanis cātabāt Te deum laudamꝰ et matutinas laudes · Ad p̄mam nocturnam p̄tifex solum et ministri ecclie surgebāt que sine inuitatorio cantabatur · ꝓ eo q⁹ null⁹ ad hanc inuitabatur · Et vocabatur vigilia · q⁹ habuit inicium a pastoribus · vigilias noctes super greges suos seruantib⁹ ¶ In ꝑcipuijs tamen solēnitatib⁹ populus tota nocte in dei laudib⁹ psistebat · sed illud sublatum est a ieiunū loco illius vigilia ordinatum ꝓut dicetur in sexta ꝑte sub quarta feria · tercie ebdomade de aduentu ·

¶ Ad secundam nocturnā surgebāt ministri simul · a cōiugati tam mulieres q̄ viri · que cum inuitatorio dicebatur · ad significandū āgelos imitantes pastores ad videndum regem natū Ad terciam surgebāt omnes cōmuniter · Sed postea algescente caritate · cum omnes tam ministri ecclesie q̄ populus surgere ad nocturnū officiū pigritarent · statutū est vt oīs media

nocte surgerent · Juxta illud prophete · Media nocte surgebam ad · et totum noctis officium cō tinue cātaretur · Et plures adhuc illa hora surgunt · Quia vero quidā nocturnis deliciis plus q̄ dei seruicijs vacantes institutionē huiusmōi non seruabant cōsequēter statutū est vt saltē tempe vltime nocturne omnes surgant · ¶ Pōt etiam dici q̄ quatuor sunt ecclesie hostes · superiores idest demones malignātes inferiores idest homines aduersantes interiores idest cōcupiscencie carnales · et exteriores idest illecebre seculares · De p̄mis inquit aplūs · Non est vob colluctacio aduersus carnē et sanguinem · s aduersus spūalia nequicie in celestib9 ¶ De secundis p̄s · Sup̄ dorsum meum fabricauerunt peccatores plō · im · si · De terciis apostolus Caro cōcupiscit aduersus spiritum · Spirit9 autem aduersus carnem · De quartis io · Nolite diligere mūdum neq; ea que sunt in mūdo · quia quicūq; est in mundo · aut est concupiscencia carnis aut oculorum aut superbia vite · Aduersus hos quatuor hostes rectores ecclesie debent quatuor noctis vigilias sollicite custodire ¶ Nam pastores custodiebant vigilias noctis supra gregem suum videlicet cōticinium gallicinium · intempestum et antelucium · in quib9 obsesse ciuitatis custodes vigilant alternatim · Primam ergo vigiliam custodire debent contra fallacias p̄morum hostium · Secundam cōtra versuciam secundorum · Terciam contra tercias · Quartam contra quartas · Et ideo nocturnum officiū in quatuor est partes distinctum · sez in tres nocturnos et matutinas laudes quod per quatuor noctis vigilias contra dictas quatuor hostium psecucōnes antiquit9 ecclesia decantabat Postro in memoriam illi9 laudabilis cōsuetudinis a deuocōnis antiquor̄ in tempe estiuali celebrat ecclia nocturnum officiū in tempe p̄me nocturne · sicz quandoq; tempestiui9 · quod quidam vigilias sub antiquo nomine vocant et specialiter festiuitatib9 beatorum iohannis baptiste · petri et pauli a assumpcōnis beate marie que fūt precipue illi9 temporis solēnitates a hoc facere incipiunt in ipō festo beati Johannis in crepusculo · pro eo q̄ ip̄e fuit finis veteris testam̄ · a inicium noui · Romani etiam adhuc in omnibus p̄cipuis festiuitatib9 totius anni in sero dicūt tres psalmos et tres lcōnes quos vigilias vocant et in nocturnis idē repetūt et totū officiū matutinum pficiunt · Rursus in memoriaz dicte deuocionis antiquorū ter in nocte surgencium Tres nocturnos dicimus qui et inde nomen et originem habuerūt · Et nota q̄ nocturna ne ponitur p hora · Sed nocturni · nez · pro officio · vel nocturna ne · est collectio psalmor̄ qui dicuntur ante lectiones in dominica vel etiam in profestis dieb9 ¶ Nocturne in plurali · dicuntur tempora in quibus psalmi cantant̄ · Nocturni nor̄ · dicunt̄ · ix · psalmi a · ix · lectiones cum suis responsorijs in solēnitatib9 ¶ Sane per noc turnas excubias dyaboli vitam9 insidias · et iō nocte surgētes currimus campanis auditis ad ecclesiam veluti exercitus ad miliciā audito clāgore tubarum · Aulam igitur regiam idest ecclesiam ingredientes ad altare melinam9 qui quasi regem milites adoram9 eterni ēm regis milites sumus · Inclinantes autem trinam facimus oracionem dicentes ter · Pater noster · sermonem ad patrem et filium a ad spiritum sanctum dirigentes · Cum ad patrem loquimur ad medium altaris intencione cordis et statu corporis nos p̄sentamus p̄pter patris potenciam a nostram p̄seueranciam · Cum ad filium loquim̄ ad sinistram altaris p̄tem nos conuertim9 p̄pter ip̄ius exinanicionē a nostri lapsus offensionem · Cum ad spiritū sanctuz ad altaris dextrū transimus p̄pter ipsius benignitatē · a nostram gracie cōsecucionē · Quidam tamen ad hoc habent speciales oraciones deinde quidam psalmos graduales incipiunt de quibus dictū est in p̄hemio hui9 partis ¶ Sacerdos itaq; nocturnum inchoans officiū a nomine qui ē alpha et o idest p̄incipium a finis · a bonor̄ largitor omnium incipit · Et quoniam scriptum est Io · xv · Sine me nichil potestis facere a os aperire petit an̄ omnia fiducialiter ab eo qui dicit Aperi os tuum et ego adimplebo illud · vt ei os apiat ad digne ipsum laudandum dicens · Domine labia mea aperies a os meum ad̄ · quia nō est speciosa laus dei in ore peccatoris nisi ipse in laudem dei fiat ip̄ius os aperire dignetur · Juxta p̄phetam quare tu enarras iusti · me · a assu · test · m · per os tuum finit eciam hoc officium in ipō deo dum dicitur · Deo gracias · vt inicium a finis circulariter referant̄ ad eum qui est alpha et o · Et quod dicitur aperies · ponitur temp9 p̄ro tēpore idest aperi Rursus petit sua labia aperiri quoniā p̄dem in cōpletorio nos deo cōmendauim9 et os et pect9 signo crucis munientes cōclusim9 · quare merito nunc eum p̄catur vt labia clausa apiat ad laudandum · Chor9 vero ad notandum armoniam nō mutata persona respōdens dicit · Et os meum annū · lau · tu · Est enim vera armonia vt fit credencium cor vnum a anima vna · Act · c · iiij · Et in tali vnitate deus laudatur · ¶ Quia vero dyabolus dei laudē abhorret p̄pter quod deum laudare volēt emulatas impedire · Nam otēptus pharao idest dyabolus surgit in scādala · Ideo ecclesia ne succumbat statim impetrata loquēdi licencia · orat dicens alta voce Deus in adiutoriū meum intende Chorus respondens dicit · Domine ad adiuuandum me festina · ¶ Sane p̄missis duob9 habitis videlicet gracia per quam os aperitur · a dyabolo per auxiliuz dei repulso nichil aliud restat nisi laudare · Vnde statim ecclesia laudans subiecit Gloria patri ad̄ · De quo in p̄hemio dictum est ¶ Verum quia non sufficit deū laudare nisi eciam ad laudandum alios inuitem9 vt qui audit dicat veni · Apo · vltimo · Et cortina cortinā

trabat exodi·xx·Deo sequitur inuitatorium et inuitatorius psalmus ·Venite exultemus·Vbi multiplex causa reddit· quare deo exultare et iubilare debemus dum ibi dicitur·Quoniã deꝰ magnus nẽ·Et vltimo assignatur causa scilicꝫ ne ingrati simꝰ sicut iudei·qui ꝓpter suã ingratitudinem et maliciam·terram ꝓmissionis nõ intrauerunt·Vnde dicit ibi·Si introibũt in requem meam·quasi·di·non ·Inuitatoriũ autem alta voce dicitur quasi mater ecclesia per illud inuitet omnes ad confitendũ domino ·Iuxta illud Venite filij audite me·quod notat secundꝰ versus· Preoccupemus nẽ·Vnde est q̃ in quibusdã ecclesijs iacentes ad orationẽ·ante matutinum ante singula altaria statim cum audiunt cãtari Venite exultemꝰ·chorum intrãt ·Incipiẽs enim inuitatorium est quasi p̃co·tanquam tuba exaltans vocem suam Premittit̃ quoq; inuitatorio vox humilis Sed cũ venitur ad psalmum inuitatorium exaltat̃ quia ecclesia p̃mo secreto q̃si ostio clauso laudat deũ ꝓpter se sed postea manifeste ꝓpter alios vt ardor accendat ꝓximos· Vnde ergo est q̃ in p̃cipuis festiuitatibꝰ inuitatorium quasi voce valde demissa inchoatur· Sed cum venitur adversũ Hodie si voce eiꝰ nẽ exaltatur ne quis corde forte obduratꝰ de voce non audita causetur·Vnde ysaie Quasi tuba exalta vocez tuam·Rursus voce demissa inchoatur ad notandũ q̃ in p̃mitiua ecclesia populꝰ clam ad fidem et ad xp̃m colendum inuitabat̃ Sed postea vox exaltatur vt ostendatur q̃ hodie liber inuitat̃ p̃dicatur et adoratur ·Item inuitatorium ipm·ad aliquos versus illiꝰ psalmi·Venite repetit̃ integre et ad alios imfecte·quia licet omnes per ipsum inuitatoriũ ad laudes et gloriam dei inuitent̃ aliqui tamen pfecte·et aliqui imꝑfecte hãc inuitationẽ recipiunt Dicitur autem series integre·quia illi integre inuitationez recipiũt·qui pfecte laudes deo referunt·Perfecte autem laudes referunt qui nil quod non sit laudis interponunt·Quia ergo senariꝰ est p̃mus numerus perfectꝰ quod patet·quia constat ex suis patribus aliquotis scilicet vno duobꝰ et tribꝰ ·Ideo series integre repetitur ·Per vero imperfecte repetit̃ ꝓpter illa tria hominum genera qui ad cenam inuitati inuitationem non receperunt·scilicet auaricij ·et luxuriosi vt dicetur in sexta ꝑte sub secunda dominica post penthꝫ·Vel ꝓpter nr̃am intribus sez in corde·in ore·et in opere imperfectionem Ceterum ephie officium inuitatorio caret ꝓut ibi in sexta ꝑte dicetur·Et etiam mortuoꝝ officium ·nisi funere p̃sente·quia in illo officio xp̃i exequias imitam̃·non em̃ in pascheue dicitur ¶ Adhuc quia non sufficit deum ore laudare·nisi et mente laudetur ·Ideo post inuitatorium subiicitur·Psalmus idest laus dei Item quia post inuitationem osequenter nisi deum cũ leticia laudant iuxta illud·Audiuit et letata est Syon Ideo post inuitatoriũ cãtat̃ cõmuniter ymnꝰ·Tercio dicitur ymnꝰ in signũ quia sicut in actibus apostolorꝝ gentes gauise sunt quia ad fidem vocate sũt· ¶ Porro qr ite rum non sufficit laus oris et cordis nisi ꝙ opus sequatur·quia fides sine operibꝰ non prodest ymo mortua est·Ideo post ymnum secunt̃ psalmi qui bonam operationem designãt· ¶ Dicuntur etiam antiphone que significant caritatem sine qua opus non ꝓficit· ꝙ versiculi de quibꝰ in ꝓhemio dictũ est· ¶ Post versus ante lectõnes per quas doctrinam habemꝰ dicitur oratõ dominica· Primo ad notandum q̃ qui eget sapiencia et intellectu doctrine·postulet illam a deo qui secundum beatum iacobum dat affluenter omnibus ꝙ non improperat· Secũdo vt ipiꝰ orationis auxilio ꝓficiat in nobis versus intencio· Tercio vt per illam dyaboli tentacões pellantur·Ille em̃ senciens nos velle lectiones legere·in quibus sanctorꝝ victorie contra ipsũ habite leguntur satagit nos acrius impugnare· Vnde nos illa oratione munimꝰ Dicitur autem secrete per quod secretum regis cõciliũ intelligitur vt ꝓpositi similitudinis ꝓse quam̃ exemplum ꝙ vt diligenciꝰ capiatur·vel qr in ea loq̃mur deo·Vltima tamen pars patenter cõcluditur vt pateat ad quid oratõ ipa dicatur scilicꝫ ne lector per fantasiam tentacõnuz efferat̃ ꝙ auditor a lectionis intellectu ꝙ ꝓfectu fraudetur·De hoc sub ti·de p̃ma dicetur· Per p̃ces vero que dominicam orationẽ ante lectiones secuntur implorat̃ sanctorum intercessio ad optinendum q̃ m ipa oratione postulat̃·Oramus enim dominũ vt mittat operarios in messẽ suam·Et aperiat cor nostrum in lege sua·et in preceptis suis·ne semen verbi dei quod audituri sumꝰ·aut volucres cõmedant·aut spine suffocent·aut impetra vbi non habet humorẽ aresca· ¶ Consequẽter lectiones que sũt doctrina subiciunt̃·et post lectiones respõsoria·que bona opera significãt De quibꝰ m ꝓhemio dictũ est· Illud autem cõsiderandũ est q̃ in diebꝰ festiuis·ꝙ dominicis tres dicimꝰ nocturnas in ꝓfestis vnam ·Siquidem in trium nocturnorum officijs tria tempora repsentamꝰ·scz temp us ante legem·tempus sub lege·et tempꝰ gracie quoꝝ quodlibet tribꝰ distinctionibus variat̃ Tempus ante legem has dictinctiones habuit Prima fuit ab adam vsq; ad noe ·Secũda a noe vsq; ad abraham·Tercia ab abraham vsq; ad moysen·Tempus sub lege has distinctiones habuit·Prima a moyse vsq; ad dauid ·Secunda a dauid vsq; ad trãsmig̃ cõne babilonis Tercia a transmigracione babilonis vsq; ad cristum· Tempus vero gracie has distinctiones habuit Prima distinctio fuit a plice et euãgelice ꝓdicatiõis Secunda tempꝰ impugnatiõis ꝓ hereses emergentes·Tercia tempꝰ pacis qñ videlicꝫ hereses eliminati sũt· ¶ Recte autem tres nocturni patres seu fideles vtriusq; temꝑis significant·qui vigilãtes per dei laudem ad eternã

peruenient laudē·Vnde apostol9 ad corinthꝫ·j· Omnes stabim9 ante tribunal iudicis ꝛ nos qui viuim9 et qui residui fiimus non p̄uenient eos qui dormierunt · Quia ergo illi boms insistentes operib9 bene vigilauerūt merito et nos vt eoꝝ meritis trinitati placere et·ix ·ordinibus angelorꝝ sociari possimus· In nocturnali officio sub antiphonarum·psalmorꝝ versuum·lectionum·responsoriorꝝ nouenario deo laudes camimus· Antiphone ad dilectionē· psalmi ad actionē·Versus ad exercitacōez Lectiones ad dei cognicionem·Responsoria ad gaudium·et cantum ptinent angelorꝝ·Nouenarij vero antiphonaruꝫ·psalmorꝝ·lectionū ꝛ responsoriorꝝ pro eodem accipiunt̄ quantuꝫ ad numeri sigmficacionē·Ipe hoc eciam dicetur in sexta pte sub festo natalis et sub feria quinta cene domini·et sub ti·de vij·diebus post pascha In quibusdā tamen ecclesijs quando dicitur Te deum laudamus nonum responsorium non dicit̄· Premissas itaq; trium temporum nouem diuersitates seu distinctiones iuenim9 in nocturnis solēnitatum sanctorum ꝛ dominicarū· In solēnitatibus enim sanctorum tres nocturnas celebrātes imitamur excubias celestis ierusalem· que edificatur vt ciuitas et conseruat̄ per angelorꝝ excubias qui tantum trinas distinguunt·idest dum ter tria trinitati concinūt·sic ꝛ nos qui in illaꝫ credim9 tres nocturnas celebram9· Imitamur et m hoc p̄mitiue ecclesie tres interpolatas excubias que ter in nocte surgebāt ad ofitendū domino vt p̄missum est·Siquidem camim9·ix· lectiones·ix·p̄s·ix·anti·ꝛ ix·respō·videlicet in vtroq; nocturna tres· siue tria· ad notandum omnes electos qui fuerāt ante legem·sub lege et sub g̃cia associatos esse i cognicione sancte trinitatis ix· ordinib9 angelorꝝ et m celis ipsi trinitati ogaudere·et vsq; in fine sociabuntur Sicut autem angeli p̄ores electis fuerunt·ita et psalmi lectiones p̄cedunt In dominicis q̄z diebus·m quib9 aliud festum nō occurrit tres nocturnos celebramus·Et dicunt̄ in p̄mo nocturno·xij·psalmi·ꝛ tres antiphone·quarū q̄libet respondet·iiij ·psalmis et in pleriq; locis vnum Gloria patri·iiij·p̄s·respōdet ·Sane dominicam diem dominus sua resurrectione glorificauit et in ea angelorꝝ consortia p̄meruim9· Vnde dominica vox dominicam resurrectionez nobis ad memoriam reducet·ꝛ eciam resurrecionē omniū fideliū·qui ab inicio mūdi fuerūt et vsq; ad finem seculi futuri fūt·quia in resurrectione domini omniū electorꝝ resurrectio signficata est· Primum nocturnū recolit tempus añ legē tēp9 scz legis naturalis·xij·p̄s·illi9 recolit resurrectionē·omniū sanctorꝝ illi9 tēporis·p̄sertim·xij·patriarchaꝝ qui tunc maxime viguerunt·ꝛ vigilauerūt a quibus popul9 domini m xij·tribub9 fuit p̄pagatus·qui fuit domino popul9 peculiaris·sicut in tempe gracie xij·apli p̄e ceteris p̄fulserunt· Quaternarius psalmorꝝ numer9·quatuor p̄ncipales seu cardinales virtutes p̄tendit ·videlicet prudenciam iusticiam·fortitudinē et tempanciam·quas credimus sanctos patriarchas suo tempe p̄e ceteris habuisse·ꝛ alijs exemplo monstrasse· Tres antiphone fidem sancte trinitatis siue dilectōnem in ea ostendunt· Quarum quelibet respondent quatuor psalmi·Nam quilibet tenēs fidē sancte trinitatis quatuor p̄missis virtutib9 est quadrat9· Ciuitas em̄ in quadro posita est fic̄ habetur apo·c·penult·Ideo aūt quatuor p̄s· sub vno gloria dicunt̄ nec sep̄antur·q; quatuor p̄misse virtutes insep̄abiles fūt·sed qui habet vnam·habet omnes·sicut p̄bat Augustim9 Item in eo q̄ sub vna glorificacōne trinitatis quatuor psalmi copulant̄ ostendit̄ dictos patriarchas i vna fide trinitatis dictas quatuor virtutes habuisse·ꝛ ceteris exemplo monstrasse· Verum quidam omnes psalmi prime nocturne sub vna antiphona cant̄at ad notandū delectacionem quam habent in cognicione trinitatis · Quidam eciam ad quēlibet psalmuꝫ dicūt Glia sed per tres antiphonas eos distinguūt· quia quilibz tenetur ex suo dono reddere laudes trinitati ex hac delectacione quam habet in cognicione trinitatis· Et attende quia in prima distinctione temporis ante legem vigilauerūt· Abel·Enos·Enoch·et Lamech· quod in p̄mis quatuor p̄s·muitur· Beat9 vir·cantat ·Abel qui tanq̄ lignum plantatū secus decursus aq̄rum dedit in tempore suo fructum iusticie·dum pro iusticia cōseruanda succubuit· Quare fremuerunt cantat·Enos qui dño in timore seruiuit·dum nomen domini vocauit ·Domine quid multiplicati sūt· cantat·Enoch quem dominus suscepit·Dum eum in paradisum trāstulit ·Domine ne in furore·cātat·Lamech·quē dominus exaudiuit·dum ei talem filium dedit qui gen9 humanum a furore dei in archa saluauit·q; igitur quatuor dūtaxat psalmi dicunt̄· Ideo duo psalmi de matutinali officō subtrahunt̄ videlicet · Cum inuocarem et verba mea · Et ideo illi pocius q̄ alij·quia p̄mus semper m cōpleto rio ꝛ secund9 in secunda feria ad laudes dicit̄ · In secunda vero distictione p̄mi tempis· vigilauerunt·noe·sem·heber·ꝛ phare Domine deus meus·cantat noe·quem dominus in illa generacione iustum inuenit·ꝛ ideo aquis psequētib9 saluum fecit · Domine dominus noster·cantat· Psalm·quem dominus gloria et honore coronauit·dum eum super fratres patris benedictōe sublimauit· Confitebor tibi cantat· Heber q̄ mirabilia dei narrauit ·cum ciuitatem gigantum dissipauit ·In domino confido·cantat Phare·q̄ in vrbe caldeorꝝ posit9 in domino confidit·cuius pars calicis ignis sulphur'extitit In tercia distinctione p̄mi tempis vigilauerūt·Abraham·Ysaac ·Jacob·et ·Joseph ·quod sequentes psalmi declarant· Saluum me fac·cātat·Abraham·quem deus saluum fecit·in cui9 tempore

ſanctus defecit · quia ydolatrie ſeruiunt · Vſq; quo · cantat · Iſaac quem dominus in ſacrificō reſperit · Dixit inſipiens · Cantat · Jacob · q̄ ſpes domini fuit · Vnde ibi dicitur · Exultabit · Jacob et letabitur iſrahel · Domine quis habitabit · cantat · Joſeph · qui fuit ſine macula · dum adul terium recuſauit · ¶ Secundum vero nocturnū dominicalem ſiue tres pſalmi · qui tunc dicūtur cum tribus antiphonis · et trib⁹ glorificacionibus recolunt reſurrectionē eorum · qui ſub lege moſaica fuerunt · et licet tunc multi ſancti fuerīt tamen tres ordines fuerunt ſcz legiſlator cum ſuis imitatorib⁹ ⁊ pſalmiſta cum ſuis · ⁊ ꝑplxte fuerunt nāq; aliqui doctrina legis cōtenti · Fuerunt etiam aliqui · qui cū dauid vel ad modum ipius · dño pſalmos decantauerūt ante archam eius · Fuerunt ⁊ ꝑplxte quibus datum fuit corrigere populum doctrina ⁊ ſapiencia ſibi a deo data · ⁊ p̄dicē eis futura · ꝓter hos tres ordines tres pſalmos dicimus · et quia iſti ſeruierūt trinitati cum delectacione ſpirituali ¶ Ideo ad ſingulos dicimus · Gloria patri cum antiphona Qui autez omnes p̄s prime nocturne dicūt ſub vna antiphona · ⁊ omnes ſecunde nocturne ſub tribus hoc attendunt · quia ⁊ ſi illis qui fuerūt tempore legis nature · reuelata fuerit aliquantulum veritas · illis tamen qui fuerūt ſub lege moyſi magis · et inde maior eſt eis exultacio qđ notat antiphonarū triplicacio · Preterea illis qui fuerunt ſub lege nature · ꝑmiſſa fuit hereditas · ſed his qui fuerunt ſub lege moyſi collata · ¶ Et nota q̄ in prima diſtinctione tempore legis vigilauerunt ſacerdotes vt aaron cū docuit quos exp̄mit pſalmiſta Conſerua me · quorum dominus pars fuit hereditatis et calicis · In ſecunda iudices vt Gedeon dum iudicauit quos exp̄rimit pſalmiſta Exaudi domine iuſticiam meam · quorum iudicium prodijt de vultu omnipotētis · In tercia reges vt Salomon dū populum rexit quos inſinuat p̄s · Diligā te q̄s dominus conſtituit ſuper gentes · ¶ In tercio vero nocturno tres p̄s dicim⁹ recolētes reſurrectionem omniū illorum · qui tempe gracie ſiue in nouo teſta · in trib⁹ mundi partib⁹ ſcilicz Aſia affrica ⁊ Europa · viguerūt ⁊ vigebunt · Et quia tempe gracie maxime facta eſt reuelacio ⁊ implecio veritatis ideo pſalmi illi cantātur ſepius cum antiphonis habentib⁹ alleluia ad magis gaudium deſignandū ꝑut plen⁹ in ſexta parte ſub natali dicetur · Hinc ecia eſt q̄ in quibuſdaz eccleſijs ſemp in omni tercio nocturno · ſiue dominicali · ſiue feſtiuali · lectōes ex nouo teſta · ſubicunt̄ ſcz expoſiciones euangelorum · Et dicitur · Te deum laudam⁹ ¶ Et attende quoniam in prima diſtinctione temporis gracie vigilauerunt apoſtoli qui exp̄muntur in p̄s · Celi enarrant quia in omnem terram exiit ſonus eor̄ · In ſecundo martires quos declarat p̄s · Exaudiat te · quia dominus ꝓterit eos in die tribulacionis eor̄ · In tercia cōfeſſores quos

inmuit pſalmus · Domine in virtute qui non ſūt fraudati voluntati labior̄ ſuor̄ · ¶ Illud ergo intereſt inter xij · p̄s · p̄mi nocturni qui ſine antiphonis dicuntur quia non quilibz eor̄ habet antiphonam · ⁊ tres pſalmos alior̄ nocturnorum · qui cum antiphonis dicuntur · q8 inter eſt inter xij · patriarchas qui peregrini erāt ⁊ ſperabant hereditatem quam eor̄ poſteri poſſiderunt ⁊ eorum poſteros qui terram patrib⁹ eor̄ ꝑmiſſam hereditauerūt · Inter illos quoq; tres p̄s · tercij nocturni qui dicuntur cum antiphonis habentib⁹ alla · ⁊ illos ſecūdi nocturni qui dicūtur cum antiphonis ſine alleluia illud intereſt · quod intereſt inter illos qui habuerunt teſtamentum imitandum · ⁊ eos qui habēt non imitandum · Maior nanq; eſt gloriacō noui quam veteris teſta · ⁊ de p̄ceptis q̄ꝑ de ꝑmiſſis ¶ Premiſſi igit̄ tres nocturni ſunt illi tres āmficulnee quam dominus mutilem inuenit dicēs de illa · Dimitte me vt fuccidam et reſponſū eſt ei · adhuc dimitte eam hoc anno vt circūfodiaz eam ⁊ mittam ſtercora · Cātamus eīn in prima nocturna vt recolētes facta patrum qui ſub lege nature fuerūt nō inutiles mueniamī · Cantamus eciam in ſecūda ⁊ tercia vt recolētes facta patrum qui ſub lege moſaica · et qui ecia āmnos fuerūt ſub lege gracie nō inutiles inueniamur ⁊ ſi inutiles ſim⁹ · oportet q̄ paſtor noſter fodeat circa nos dicēs · reducēdo nobis ad memoriam mortem illor̄ quos vidim⁹ pauloante florere · Filivide q̄ fortis fuit ille · q̄ nobilis q̄ diues · q̄ potens · et ecce ad momentum tranſiuit · oportet eciam vt ſtercora ponat peccata videlicet ante oculos noſtros ponendo ⁊ ſi hoc nō habz effectū · dicat · in ꝓximo eſt q̄ dominus ad radicem arboris ſecurim ponet et ſi te inutilem inueniet in ignem eternum · vbi perpetuo cōbureris piciet · ¶ Dicto de nocturnis feſtiuitatuz ⁊ dominicar̄ · nūc de nocturnis ferialib⁹ ſiue nō ſolēnium dierum pauca dicam⁹ · Et quidez in illis dicim⁹ · xij · pſalmos vt nos deo debere ſeruire in xij · noctis horas oſtendam⁹ cuilibet hore vnū pſalmū atribuētes · cum nō poſſimus iugiter deo ſeruire ꝓut in ꝓhemio dictum eſt · Olim quidem varie pſalmi canebanē · Nam alij · l · alij plures · alij pauciores dicebant · Sed angelo reuelāte patres cōuenerūt · vt xij · diceret̄ q̄ pſalmi bini ⁊ bini dicunē · ad notandum q̄ ſine caritate que admin⁹ inter duos cōſiſtit laudes noſtre vel opera noſtra nihil proſunt · In quibuſdam tamē eccleſijs in dieb⁹ ꝓfeſtis inter duos p̄s · gloria patri interponit̄ ad notandum q̄ xp̄s eſt dei et hominū mediator · In alijs vero eccleſijs duo pſalmi ſub vno glia p̄ri terminanē · ad notandum q̄ laudes noſtre tunc deo accepte ſunt · ſi in caritate maneamus et ſic inter duos pſalmos nihil interponūt · qz inter deum et ꝓximum in quorum dilectione caritas proprie conſiſtit mediū nō habēt · ⁊ ſecundū hoc in xij · p̄s · ſexies tantum gloria patri dicitur · ſic

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſex ſunt nūdi etates · Preterea ſicut hominum a natiuitate vſq; in finem vite ſex etates naturaliter accidūt ita in q̄tidiano nocturno ſexies dicitur gloria patri vt recolam⁹ · quia vſq; in finem in dilectione pſeuerare debemus · ꝓpter eandem etiam cauſam tunc ſex antiphone dicūtur que quid ſignificent in ꝓhemio dictum eſt Vel ꝓpter ſex opera miſericordie · que ſi obſeruauerim⁹ de tenebris hui⁹ noctis vl' mortis ad veram lucem a vitā peruenie⁹ eternā · Tres quoq; lectiones que tunc dicuntur · doctrinam electorum trium tempor̄ ſignificant a cum ipſis interpolate tria reſponſoria dicuntur ad notandū q̄ quicquid electi in trib⁹ temporib⁹ docuerunt a quicquid in trib⁹ etatib⁹ agim⁹ ad domini trinitatem referim⁹ a trinitate in fide · ſpe · a caritate · glorificam⁹ Reſponſoria eñ a reſpondendo dicuntur · Ad hoc tres lectiones dicuntur · quia domin⁹ tres poſuit vigilias dicēs · Si in prima · ſi in ſecunda · ſi in tercia vigilia venerit · a ita inuenerit beati ſunt ſerui illi Que tres vigilie tres etates ſignāt ſcilicet puericiam iuuentutem et ſenectutem · in quib⁹ bene vigilando deum laudare debem⁹ · Et nota q̄ pſalmodia trium nocturnor̄ tam dominicalium q̄ ferialiū dicta vocatur · Vnde exo · c · iij · Viam trium dierum ibim⁹ in ſolitudine ¶ Daniel greg · vij · cōſtituit vt in die reſurrectionis vſq; in ſabbatum in albis · a in die pentecoſtes vſq; in ſabbatum eiuſdē tres pſalmi tantū ad nocturnos · tres quoq; lectiones dicanē Omnibus vero aliis diebus per totum annū ſi feſtiuitas eſt nouem lectiones leganē · Aliis vero diebus ſex in feriis xij · ps et tres lectiones · In dominicis vo dieb⁹ exceptis dñicis paſce a pentecoſtes xviij · pſalmi et nouem lectiones dicātur · Illi autem qui ſingulis diebus p̄ter ebdomadas paſche et pentecoſtes tres tantū pſalmos et tres lectiones dicunt · nō ex regula ſanctorum patrum · ſed ex faſtidio hoc facere comprobantur · ¶ Nocturnis finitis campane pulſantur et Te deum laudam⁹ alta voce cantanē · ad notandū q̄ manifeſte a mirifice eccleſia tēpore gracie laudat deum · a ad ſignandum q̄ ſi bonis operib⁹ doctrine ſancte bene rūderimus ad celeſtem laudem cum angelis peruenie⁹mus · Cantus quoq; tunc alta voce factus gaudiuz mulieris de dragma perdita inuenta deſignat Quod vero finis eiuſdem cātici ibi · Per ſingulos dies nē · et alij verſus ſequentes alic⁹ cantātur ſignificat ogratulacōnem vicinarum quā mulieri ꝓpter dragmam repertā fecerūt · Cōpulſacio vero campanarum conuocationē vicinarum repreſentat · In quibuſdaz eciam eccleſijs luminaria accenduntē · Nam et mulier ipa lucerna accenſa · totam domum euertit · Hoc eciaz ſignificat q̄ eccleſia catholica per xp̄m extrahitur de inferno · Vel ipe ymn⁹ futurū gaudiū et leticiam repſentat · quam eccleſia requieſcēs a laboribus ſuis eſt in die iudicij cōſecutura Et eſt ſciendum q̄ cum beatus ambroſius · beatum auguſtinum de manicheis cōuerſum baptiſaſſet · dixit · Te deum laudam⁹ · Auguſtin⁹ vero reſpondit · Te dominū confitemur · et illo dicēte Te eternum patrem · ille reſpondit · Tibi omnis angeli nē · et ſic totum illum ymnuz alternatim cōpoſuerunt · ¶ Poſt Te deum laudam⁹ · Vel q̄n illud non dicit poſt omnis lectiones et reſpōſoria dicitur verſus a ſacerdote · per quem excitat audientes vt in dei laude ꝑmaneant · Et dicitur voce magis dimiſſa ad notandū q̄ nō ꝓdeſt clamor vocis niſi aſſit clamor cordis Verum beatus benedict⁹ aliter officium noctis ordinauit non tamen diſſenciēs a p̄miſſa eccleſie ordinacione vel illi in aliquo cōtradicens · ſed ordini ſuo quod clam peculiare cōſtituēs · ſpe nāq; inſtituit ſemel dici · Deus in adiutoriū meum intende · et ter · Domine labia mea aperies · ꝓpter reuerenciā vnitatis a trinitatis · Deinde ps · Domine dd multiplicati ſunt q̄ a ſomno ſurgēs dicit in eo Ego dormiui et ſomnū cepi nē · Deinde in p̄mo nocturno ſex ps · et quatuor lectiones cum totidē reſponſorijs cātari inſtituit et totidem in ſecundo · per hoc vitam otemplatiuam inuens et actiuam · Denari⁹ eñ pſalmorum numerus vitam deſignat actiuam · in qua ſex miſericordie opera cōuenit exerceri · Siq; ad cōtemplatiue vite pfectionē voluerit puenire · que per quatuor euangelia deſignatur · et per quatuor lectiones ſimiliter figuratur · Quaternarius quidez numer⁹ apud monachos quadrataz ſtabilitatē · et euāgelicam in ſāctis exp̄mit · ſeu q̄druplicem ſenſum ſcripturarū · ꝓpter q̄drigas animadab idest hyſtorialem · allegoricum · tropologicum · et anagogicū · In tercio vero nocturno tria cantica cantari inſtituit in laudem trinitatis · a qua nobis vite pfectōez dari cum caritate credim⁹ et ſperam⁹ · Cantātur autem illa cātica cuz allā · quod eſt canticū celeſtis leticie · vt per hoc totam trinitatē eſſe dignam celeſti laude oſtendaē · Et ad quā plene laudandam nō ſufficit laus humana · Quatuor vero lectiones de euangelio que ſecuntur ſignificant q̄ laudatores dei per quatuor euāgeliſtaꝝ doctrinam · debent eſſe quatuor virtutibus inſigniti · per quatuor eciam reſponſoria laudāciū alacritas deſignatur · Sed ne hoc bonum agentes · illud ſibi aſcribāt · ſed totū dei laudi attribuāt · a ſe illius ſeruos oſtendāt ſub iungitē · Te deū laudam⁹ · poſtea legitē euāgelium q̄d ſignificat denariū idest vitam eternam que digne deum laudantibus in fine reddetur · ad quod ſequitē amē idest fiat nobis · q̄d ex euāgelio credim⁹ a ſperam⁹ · ymn⁹ vero qui ſequitur · ſcilicet · Te decet laus nē · Gaudium quod ſancti poſt laborem habēt de remuneracōe denarij ſignificat · Monachi autem nunq̄ nouem lectiones dicunt niſi in exequijs mortuorꝝ · Vñ et in triduo ante paſcha nouez dicūt quaſi exequias domin repſentātes ¶ Ad laudes autem

mstituit psalmum illum·Deus misereat nostri Primo absq; antiphona decātari·Tum q; tenebris faciētib9 diluculo matutine laudes cantantur·Ideo m eo dicitur·Illuminet vultuz suū super nos·Tum quia hoc officiū ad dominī ptinet resurrectionē·per quam accepim9 misericordiam a benedictionem·Rursus monachi dominicam oracionem m voce dicūt ꝓpter simplices qui eam nō mtelligūt·aut obliuiscuntur a ꝓpter versutos qui spmam odij gerentes ī corde fratrem cdiūt·nolentes dicere·Dimitte·n·de·n·sicut et nos dimitti·debi·n·Hoc igiē dicere cōpellunē ī publico vt purgenē ab illo vicio tam m fine noctis idest matutims laudibus qui m fine dici idest m vesperis vt noctem aut diem nō pertranseāt sine recōciliacōe fratris·In alijs autem horis nō dicūt in voce·quia sepe cōtingit fratri fratrem irasci·et quodā furoris impetu cōmoueri qui licet statim animuz nō cohibeat·expectandus tamē est ad veniam Sufficit em fi sol nō oriat̄ sup iracundiam eius Dicunt eciam quatuor solūmodo p̄s ad vesperas·put in vi· pte sub ti· de tempore aduēt9 dicetur· ¶ Non vacat ecīa a misterio q; monachi se toto corpe ab oriente in occidētez girāt figmficantes deumvbiq; adorandū fore·quasi vbiq; presentez·vel quia racionabili motu ab ortu nostre natiuitatis vsq; ad occasuz mortis eum sequi tenem̄·sicut et firmamentū naturaliter vertitur ab oriēte in occidentem Hoc ecīa quedam designāt eccle in quib9 dicentes Gloria patri se mclimāt ad orientem et subdentes Sicut erat nc̄·se vertūt in occidentē·Deuocio em̄ ī diuims officijs est seruēda·Quia vero monachoz officium ad nos non ptinet ad p̄sens 8 illo sufficiat hoc dixisse Vltimo nota q; monachorum ordo figuram cherubim qui inter angelorum ordines eximior p̄dicatur habere ꝓbat̄·Nam sicut cherubim ita a monachi sex alis velātur dicente scriptura·Sex ale vni et sex ale alteri·Due quidem m capucio·quo caput tegit̄ demonstrāt̄·Illud vero tunice quo brachijs extenditur siue dextera et leua·Alias duas dicimus esse alas·et ante·et retro·alias duas·a sic illud quo corpus tegitur sex alaz numez ꝑ ipl̄e asseritur·Habitus quoq; eorum habitum imitatur sanctorum·De helia nanq; legit̄ vir pilosus a zona pellicia accinct9 renibus·et de ipso et de illis similib9 dicit apostol9·Circuierūt in melotis a in pellib9 capr̄is a de iohāne baptista inquit euāgelista·Bona pellicia circa lūbos·Ad hoc cuculla monachorum sumpta est a collobijs apostolorz·que vt dalmatica formabantur·a in ei9 forma crucis p̄ferebatur·quia illi se vicijs et cōcupiscēcijs crucifigebāt eius mgredo est mūdi otēpt9·lōgitudo pseuerancia in bono·

Sunt nonnulli qui eccle ordinē sequētes·de quo in principio hui9 partis dictū est·matutinas laudes a nocturnis diuidunt·illas fore p se officium asserētes·et mane aurora rutilante illas dicentes ꝓput in ti·primo dictum est·Tali nāq; hora xp̄s victor a mortuis resurrexit·Vnde Marcus·Surgens·Jh̄us mane p̄ma sabbati·Vel saltem eius resurrectio·in matutino notificata est Tali ecam hora supra mare ambulauit·Merito ergo in hac hora laudand9 est·vt ip̄e qui nos per suā sanctam resurrectionem saluauit·sup̄ mare huius seculi nos ire faciat sicco vestigio·sicut petrum·Hac eciam hora·mūdum a angelos creauit·qui statiz post creacionem suam cātico laudes creatori suo iubilauerūt·Laudes ergo matutinas rubescente aurora dicunt·scz in quarta vigilia quam lucifer totam illustrat·Quia matutin9 dicitur a mane quod est lumē·q; nobis lumen mane reducit ad coronam glorie optinēdam iuxta illud·Non fit vobis vanum mane surgere ante lucem quia ꝓmisit domin9 coronam vigilantib9·Quid autem figmficet temp9 matutine laudis·dictum est in principio p̄cedētis tractatus Dicunē autem laudes·quia illud officium laudem p̄cipue sonat diuinam· quam et facimus·p eo q; a tenebris erroris nos ad lucem seu viam veritatis reduxit·a ad tēptaciones dyaboli repellēdas·Vñ ysaie xxvj·Expergiscemini et laudate qui habitatis in puluere·quia ros lucis est·De 8 matutinali officio dicit ꝓpheta·Ad te de luce vigilo deus· ¶ Sane matutinū a vespertinum officium ¶ Ideo canim9 quasi dño iuge sacrificium offeram9 Offerebāt enim dño in veteri testa·iuge sacrificiū idest mane a vespere·Sed vespertinū digni9 erat matutino· quia pigui9 vt iudei dicunt·ꝓput sub vesperis dicetur·Nos autem per matutinum officiū mtelligim9 legem·per vespertinum saluatoris passionez·qui in vespera mūdi·scz in sexta etate obtulit se deo patri pro nobis·Vnde Eleuacio manuum mearum sacrificiū vespertinū·Respondet autem hoc sacrificium illi quia ibi·p̄s ponūtur sub quinq; distinctionib9 per glia patri·sicut et hic·Item ibi et hic ymn9 cum lectione a versiculo·ibi eciam canticum marie hic canticum zacharie·Quia vero officium vespertinum dignius est·ꝓpter rem digniorez quā figmficat omnia in maiorib9 solēmtatib9·a mvespertino solēm9 cantam9 q̄ m matutino·respō soriuz interponentes·Ysidor9 dic̄ in libro ethimo·q; officium matutinū est ī lucis micio sic appellatum a lucifero·que oritur mane mchoāte vt dictum est· Hoc officium lauduz plenū est laudibus·ꝓut dictum est in principio p̄cedentis tract·ad quas sacerdos per versum quē p̄mittit excitat auditores·qui est quandoq;·In matutims meditabor in te·quandoq;·Excelsus super omnes gentes domin9·Vel ali9·a dem de diuinum implorat auxiliū·dicens·Deus m ad iutorium meum mt ende· ¶ Postmodū chorus ad idem festinās auxiliuz m sūma trinitate glorificat deum dicens·Domine ad adiuuandū me

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

festma · Gloria patri · Deinde antiphona incho
atur · Circa quod notandum est · q̄ quedam ec=
clesie in dominicis · que fiūt a prima dominica
post epl̄iam vsq; ad septuagesimā et ab octa=
uo pentē · vsq; ad aduentuz domini canunt ad
laudes · Alleluia · loco antiphone p;o omnibus
psalmis · Tum quia vt p̄missum est · hoc officiū
laudibus est plenum Alla enī laus est angelica
Tum quia · vt dominici dies resurrectionē dñi
rep̄sentat Sicut ergo in tempe paschali q̄d ē
resurrectionis alla multiplicatur · sic merito et i
eis debet multiplicari · ¶ Et est attendendum
q̄ in dominicis que fūt ab octaua epl̄ie vsq; ad
septuagesimam · concinūt alla iuxta cantū qua
rūdā antiphonaz ad natiuitatē dñi ptinenciū
In dominicis vero que sunt ab octaua pentē ·
vsq; ad aduentuū cantant · alleluia iuxta cantū
ferialiū antiphonaz que dicunt ad Benedic=
tus et de ipō sumuntur Quia igitur in singulis
dominicis · p;o varietate antiphonaz ip̄arum
eciam cant9 in alleluia variant Ideo iuxta bre=
uitatem vel plicitatem cuiuslibet antiphone ·
iuxta cuiu9 cantum canitur · multiplicat vel mi
nuitur in singulis dominicis numerus alla · Ad
hoc ideo cert9 numer9 in alla non p;efinitur ·
quoniam deuote anime cert9 numer9 vel mod9
in laudando deum p;efigi nō potest · ¶ In alijs
vero ecclesijs passim in omnib9 dominicis ad pri
mos tres p̄s · loco ātiphone q̄si ad intonandū
psalmos · bis cōcinunt alleluia · ad insinuandu
q̄ in dei laudem ex caritatis feruo;e p;ecedunt ·
Nec cantāt illud iuxta alicui9 antiphone cantū
ad notandum q̄ iuxta Apostolum caritas non
emulatur · Ad psalmum vero Benedicite · cant=
tant antiphonam · tres pueri cui nec iubil9 nec
alla subiciē · p;opter rationes infra scriptas · Ad
psalmum vero laudate dominum · ter dicunt lo
co antiphone · Alleluia nō iuxta alicuius anti=
phone cantū · sed dumtaxat ad inchoandū psal
mum · Ter autem dicitur · Primo quia resp̄ōdz
tribus p̄s · sub ipō psalmo · Laudate contentis
Secundo p;opter triplicem o;dinem iusto;um de
um laudancium de quo infra dicetur · ¶ Po;;o
in laudibus matutinis quinq; psalmi dicuntur
vt quinq; sensuum repacō notet q̄ p;opter quin
q; stat9 ecclesie · Prim9 psalmus est · Domin9
regnauit · in quo laudatur de9 qui firmauit o;
bem terre scilicet in fide q̄ in resurrectione · Jō
hic psalmus ptinet ad regnum x̄pi · Secundus
Jubilate · qui ptinet ad confesso;es · Vnde ibi
dicitur · Introite po;tas eius in confessione · Et
recte incipit a iubilo · quoniaz confessio valde
placet deo · Tercius est · Deus deus meus q̄ · q̄
significat statum martirum · qui sciunt ad do=
minū · Vnde dicit ibi Sitiuit ite anima mea · Et
quoniā tota nostra fitis est q̄ intencio esse de=
bet in trinitate q̄ ad trinitatē · ideo sequit̄ p̄s ·
Deus misereatur nostri · in quo tota trinitas
notatur · dum ibi dicitur · Benedicat nos deus
deus noster q̄ · Dicitur enī ter deus p;opter
patrem et filium q̄ spiritumsanctum · Quartus
est canticum trium puero;z · Benedicite · quod
est Danielis · c · iij · figurans statuz antix̄pi vt
iam dicetur et in fine huius p̄s · non dicit̄ · Glia
patri · Primo quia p;opter cōfessionem fidei · p=
iecti sunt tres pueri in caminum ignis · in quo
facto maxime deo q̄ trinitati derogatū est · Se
cundo quia vltim9 versus illi9 psalmi idē dicit
quod Gloria patri q̄ in diuinis scripturis ni=
hil debet supuacuum esse · Tercio · quia in ipso
psalmo distincte tota trinitas notificat̄ et lau=
datur de9 i creaturis · Rursus dum psalm9 iste
dicitur · nec sedere · nec genua flectere debemus
sicut dicetur sub sabbato quatuo; temporū p̄
me ebdomade q̄dragesime Quint9 psalm9 est ·
Laudate dominū · in quo stat9 ille notatur · qñ
post mortem antix̄pi conuertent̄ iudei · vt iā di
cetur et in fine ei9 dicit̄ · Gloria patri · ad ostē
dendum · q̄ p;er bonam operacionez sociabimur
angelis · qui incessanter deū laudant · Potest
eciam dici · q̄ in laudib9 octo psalmi dicuntur ·
quia officium istud mistice recolit statum eccl̄ie
ab initio apostolice stabilitatis · vsq; ad p;fecti
nem electo;um qui in fine mūdi futuri sunt sub
quo statu octo o;dines eccl̄ie siue electo;um in
ecclesia sancta per baptismū saluati repiunt̄ ·
sicut et in archa noe octo anime illos figurificā
tes per aquā saluate fūt · Per diluuiū enī bap
tism9 per archam vero eccl̄ia figurificatur Pri
mus o;do fuit ecclesie p̄mitiue in iudaico popu
lo cōuersantis · que per x̄pi p̄dicacionez refo;
mata et edificata est · sicut mōstrat ille p̄m9 p̄s
Dominus regnauit · in p̄mo ei9 versu · vbi de sal
uato;is regno et ipsi9 agitur potestate In se
cundo versu agitur de fūdacione ecclesie · que
tunc fecit fieri super illud fūdamentū · quod ē
x̄ps iuxta Apostolum · De quo eciam fūdamēto
in · c · eiusdem p̄s · habē · Cantat̄ ergo hic p̄s ·
in laudib9 · quia cōtinet laudes x̄pi · Secund9
o;do fuit p̄mitiue ecclesie intrātis ad gētes p
p̄dicacionem domini · et apostolo;z monenciuz
omnem terram id est omnem gentem ad iubilā=
dum deo · quod monstrat secund9 psalm9 Jubi
late deo omnis terra · Terci9 o;do fuit credenti=
tis gentilitatis · quam terci9 p̄s · Deus de9 me
us · demonstrat offerre gr̄as et benuolenciam
apostolo;z vocacōni · Quart9 erit resipiscētis
iudaici populi per Enoch et Helyam conuerfi
quem ille quartus p̄s · Deus misereatur nostri ·
monstrat ad deum reuertū poscere misericordi
am ei9 · et tunc gaudebūt se cognoscere viā dei
quam in gentib9 esse cognoscent · Quint9 erit
co;z qui futuri sūt tempo;e antix̄pi · in cuius fi
gurā p̄cessit · Nabuchodonosor · qui licz tribu=
labit sanctos vtriusq; populi · nō tamē desistet
benedicere deum · ad mstar trium puero;z · q̄s
de9 liberauit de camino ignis · q̄ per illud q̄n=
tum cāticum · Benedicite recolūt̄ · Eo enī tem
po;e · iusti purgabunt̄ · velut in camino ignis ·
non tamen vrent̄ · sed ibi accipient formā auri ·

¶ Passionari9 est liber cōtinēs passiones sanctorum et legit̄ in festis martirū· Plures autez sūt passionarij quor̄ quidam canonizati sunt· quidam vero teste papa·Gelasio sunt apocryphi·vt de beato gregorio ⁊ ciricō et iulita et alij quidaz quos heretici cōpilasse dicunt̄·q̄re in ecclesia legi interdicuntur· Anicetus papa statuit martirum gesta scribi·et in ecclesijs haberi ⁊ hoc ꝓpter maximū pspiterū martirio coronatum·Legendari9 autem vocat̄ liber illevbi agitur de vita et obitu confessor̄ vt hylarij martini·et alior̄ confessor̄·et legit̄ in festis eor̄·dum tamen autenticat9 sit·Lectionari9 ē in quo lectiones epistolarum pauli ⁊ alie legūtur·qui qñq epistolari9 dicit̄·⁊ eciam legendarius dici potest·Sermologus est liber continens sermones·quos leo papa· et alij plures sancti cōposuerunt· et legit̄ in festis confessorū a natali vsq ad octauas epiphie·In purificacione beate marie·Jm festo omniū sanctorum et in plurib9 alijs· ¶ Considerandus q̄ est trū scripturas pcipue in ecclesia frequētari sciliz dauid ꝓphete qui fuit homicida·proditor· et adulter·Matth̄·apostoli qui fuit publican9 et in hoc ipo infamis· Et pauli qui fuit credulis xpi et ecclesie psecutor· Et eciam aug9· q̄ fuit maniche9·et tempore theodosi impatoris cōuersus est·qđ fit in exemplū·videlicet vt alij peccatores non desperent sed sperent· Si tam penituerint posse veniam cōsequi·quantūlibz grauī nocta perplexi sint·et oraciones et elimosinas eor̄ post penitenciam posse deo placere ¶ Et est sciendum ꝙ beatus iheronim9 tempe damasi pape correxit psalteriū lxx·quod tunc cantabatur vbiq·et adhuc iuxta ordinacionē greg̃·pape qui postremo officium ecclesiasticum ordinauit·secundū illud·antiphonas·responsoria·alleluia·tractus·et alia quedā in ecclesia decantam9. Subsequēter vero psalterio ipo iterato corrupto·idem ihero·illud de nouo integre ex greco ēnstulit in latinū ꝓut ipe in ipius psalterij ꝓhemio attestat̄·quod nouū dictus damasius rogatu ipi9 ihero·instituit decantari ⁊ vulgariter gallicum appellat̄· et q̄si vbiq legitur et fere cōmuniter cum suo ꝓhemio in textu biblie habetur pmissuz vero psalterium secunduz lxx·romanis remānsit· ⁊ hodie illo vtunt̄·Demiq idem hiero· attēdens ꝙ iudei nobis improperabant ꝙ psalterium falsificauerimus·qm̄ a suo vero discordabat·Tercio psalterium de verbo ad verbum ex hebreo trāstulit in latinū quod in pluribus a gallico discrepat ac romano Pauci tamen illud habēt q̄uis ab omnib9 et in textu biblie deberet haberi· Et nota ꝙ quidam portant psalteriū·sed in eo non psallūt·prout dictum est in t·de laudibus matutinis·Qui sint dominici dies et pui legiati ⁊ pncipales· ⁊ qualiter dies dominica maior est alijs dieb9·quib9 nominib9 dies septimane appellentur·⁊ qui sint dies ꝓfesti· qui festiuales·siue solēnes in ꝓhemio·vij·ptis dicetur· ¶ Gregori9 papa instituit ne in ecclesia romana dyacon cātare debeant·sed solū euangelice lectionis officium inter missar̄ solēnia exoluant· Psalmos vero ac reliquas lectiones subdiacon vel si necesse fuerit mmores ordines exhibeant siue dicant·

¶ De tempore aduent9·

Nomā sicut pmissum est ecclesiastica officia ab aduentu domini qđ est tempus renouacionis incipiūt merito ab hoc tempore ducim9 initium assumēdum· ¶ Prenotandū igitur est·ꝙ beat9 petr9 primo instituit tres septimanas integras āte natale venerari·in omemoracōez aduent9 xpi et quartam que tamen nūq̄ perficit̄· quia vigilia natalis non est de aduētu vt infra dicet̄· Agitur vero aduent9 domini per quatuor septimanas ad significandū·ꝙ est quadruplex aduentus filij dei·sed vltima nūq̄ fimt̄· q̄ sācto rum gloria que dabitur in vltimo aduentu·scz ad iudiciū nūq̄ terminabit̄· ¶ Prim9 aduent9 est in carnem·scz in vtero virginis assumptaz de quo dictum est·Osanna filio dauid benedictus qui venit in·n·d· Secund9 in mentem qui descensus fit quotidie in cordib9 fidelium per spiritumsanctum·de quo iohan·xiij·c· Ad eum veniem9·et mansionē apud eū faciem9· Et dic

sapiens· Domine emitte sapiencã tuã vt mecũ
sit· de his duob⁹ habetur· abacuc· ij· Si moraz
fecerit expecta eum quia veniẽs veniet et non
tardabit· ¶ Tercius aduent⁹ est in morte cuius
libet· de quo dicit beat⁹ iacob⁹ Pacientes esto
te vsqz ad aduentũ dñi Et matth· xxiiij· Si scirz
pa terfamilias q̃ hora veniret fur nẽ· Ideo et
vos estote paratiẽ· Et iterum si in p̃ma vigi
lia venerit· i· in iuuentute· a in secunda nẽ· a ita
inuenerit· scz in penitencia beati sunt serui illi·
¶ Quartus erit in maiestate qui erit in die iu=
dicij· de isto legitur ysaie· ij· c· Domin⁹ ad iudi
cium veniet cum senioribꝰ populi tui· Et no=
ta q̃ p̃m⁹ aduent⁹ liberauit animas a dyabo li
seruitute· Secũdus liberat eas a peccato· Ter
cius a pena· Quartus corpa liberat ¶ Verum
ecclesia nõ celebrat nisi duos aduentus· scilicet
in carnem et ad iudiciũ· Nam p̃mum et secundũ
reputat p eodez· ideo em venit in carnẽ· vt ve
niat in mentem· ideoqz dictum est· veniens ve
niet a nõ tardabit· veniẽs· scz in carnẽ· veniet
scz in mentem· a iterum quia vterqz misericor=
die est Similiter tercius a quartus habentur
pro eodem· quia vterqz est iusticie racione vni
us effectus· Celebrat ergo ecclesia aduentum
huiusmodi sub binario vt filijs suis generet ti
morem a amorẽ di· Vnde in ps· Eleuamini por
te eternales nẽ· timor domini sanctus qui p̃ma
net meternum· Et amor· scilicet ip̃i⁹ qui simili
ter meternum durabit· Vnde p̃ma ad corinthꝫ·
xij· c· Caritas nũq̃ excidit· timorem autem de=
bemus ei· vt domino· amorem vt patri· vñ ma=
lachꝫ· ij· Si ego sũ pater vbi est amor· et si do=
min⁹ vbi est timor· Celebratur ergo aduen
tus per quatuor septimanas· In p̃ma specialis=
ter de p̃mo aduentu cantat ecclesia In secunda
et tercia de secundo· et hoc ideo· quia antiq̃ pa
tres p̃mũ aduẽtum tantũ expectauerẽt· secundũ
vero antiqui et moderni· In quarta vero septi
mana recolit ecclesia tempus in quo dñs descẽ
dit in vterum virginis· Vnde tunc dicit· Rora
te celi desup a nubes pluant iust· aperiat̃ ter=
ra a germinet saluatorem Item temp⁹ a p̃mo
aduentu vsqz ad secunduz recolit ecclesia inter
pentꝫ· et aduentum domini· in quo cantat alle
luia in spe resurrectionis· Et gloria in excelsis
Do p iusticia reddita et dicit quotidie alleluia
quia spes eius nõ infirmatur· Sed gloria in ex
celsis deo· non dicit quotidie· sed tantum in fe
stis· quia semper in fide nõ semper in operib⁹
laudat· quotidie eñ offendit· licet semper in fi
de iusticiam teneat· De hoc dictum est in phe=
mio huius ptis· a dicetur sub t· de septem die
bus post pasca· ¶ Ceterum per tres aduentus
ebdomadas patres trium temporꝫ accipimus·
Primi fuerunt ante legẽ· qui ꝑcul a deo remo
ti clamabant· Ad te lauaui· Secundi sub lege·
qui doctrina legis instructi· a ideo ad lumẽ ꝓpi
us accedẽtes in introitu· populus syon appella
tur· Tercij fuerunt ꝓphete presertim illi quos
inuenit xp̃i natiuitas· vt symeon quib⁹ quia re
demptor est ꝓpe dicatur in introitu· Gaudete·
¶ Asserunt etiam quidam· q̃ in officio p̃me eb
domade agitur de vocacõne iudeorꝫ· In officio
secunde de vocacõne gentiũ· Vnde ibi dicitur
Ad saluandas omnes gẽtes· In officio tercie de
vocacione vtriusqz populi· vñ ibi dicitur nota
fit omnibus hominibus ¶ Rursus cantaẽ in p̃=
ma in p̃sona ioh̃· in secunda ꝓphetarꝫ· in tercia
apostolorꝫ· in quarta in p̃sona doctorum· Tẽ=
pore aduent⁹ tacetur gloria in excelsis· quod
ptinet ad natiuitatem· vt in nocte natiuitatis
deuocius· a audi⁹· decanteẽ Ad notandũ hũc
ymnũ p̃mo fuisse nocte illa ab angelis decanta=
tum· quodqz maior gloria cristi est in eccl̃ia tẽ
pore noui· t· q̃ fuit in veteri Tacetur etiã ite
missa est· quod ptinet ad resurrectionẽ· Meri=
to autem tacetur vtrũqz in aduentu· quia tũc
vtrũqz expectatur· pari etiam racione tacetur
pax vobis· quod similiter pertinet ad resurrec
cionem· Tacetur etiam Te deum laudamus· qz
nondum p̃sens est quem expectam⁹· a ad p̃sen=
tes tantum hoc cantico vti solem⁹ ¶ Et nota
q̃ hec tria non semp se concomitanẽ· vt diceẽ i
ꝓhemio vij· ptis· Sed quare alleluia nõ taceẽ
hoc tempore cum sit canticum leticie· nam in ad
uentu est ieiuniũ nec tunc nupcie celebrantur·
Preterea autem est ieiuniũ meroris· aut exulta
cionis· Si meroris omnia cantica exultacionis
debent taceri· Si exultacionis omnia debẽt di
ci· ergo et gloria in excelsis· Solucõ hoc ieiu=
nium est ptim exultacõnis et ptim meroris Ex
ultacõnis est racione p̃mi aduent⁹ scz in carnẽ
de quo mencio fit in hoc tempe Meroris est ꝓp
ter secundum aduentum· scilicet ad iudicium de
quo fit etiam ibi mencio· et ideo in eo quedã cã
tica leticie dicunẽ· ꝓpter aduentũ misericordie
et exultacõnis· a quedam subticenẽ· et ieunaẽ
ꝓpter aduentũ severe iusticie a meroris· Alle=
luia ergo non subticeẽ· quoniã tempore aduẽ=
tus aliquid est leticie ꝓpter spem quã habueẽt
antiqui de xp̃i incarnacõne· a ꝓpter nostrã cer
titudinem quam habemus per p̃mũ aduentum
de futura glorificacõne· sed in ixx· nõ sic· quia
totum tempus illud meroris est· a ideo tũc nõ
dicunẽ cãtica ãgelorꝫ sed hominũ· vt ibi diceẽ
¶ In festis vero ix· lectionum que occurrũt in
aduentu· debet celebrari missa de festo solẽnis
in tercia cum gloria in excelsis et ite missa est·
Et deponunẽ cape nigre· seu violacee· a assum
muntur solẽnes a ministris a sacerdote prout
festũ veꝝrit· In hora vero nona de ieunio missa
dicitur· a tunc dalmatice a subtilia siue tunicel
le dimittunẽ et cõpetentes tempori· et ieunio
resummunẽ· sicut in tercia pte sub ti· de dalma
tica dictum est Hoc quoqz tempe officiũ beate
virginis non dicitur in ecclesia· quia totum of=
ficium hui⁹ temporis ad laudem eius pertinet
Et nota q̃ vrban⁹ papa· ij· in cõcilio apud cla
romontem celebrato statuit· vt officium beate

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

virginis quottidie diceretur·⁊ in die sabbati
solēniter fieret·in quo officio matutino dicun
tur ille lectōes·O beata maria quis digne·sūp
te ex illo sermone augustini·loquañ dilectissi=
mi aē·Hoc etiam tempore non debet fieri speci
aliter cōmemoracio alicui⁹ sancti p̄cedencium
cristi aduentum quia omnes illi in infernum
descenderunt·Et ideo ecclesia occidentalis pro
eis non solēnizat·nec etiam sequenciū·quia cū
hoc tempore ecclesia de aduentu filij dei solēni
zet·non est aliorum solēnitas admiscenda·ymo
minor cedit maiori·qr aduenīēte p̄ncipe cessat
magistrat⁹ Idcirco cum ipe sit p̄mium et coro
na sanctorū omnium·et sit omnia in omnib⁹ et
sufficiencia singulorū·sirp fluuz foret recurrere
ad aliorū suffragia mēdicata·Generalis tamen
cōmemoracio omniū sanctorū bene fit·quomā
licet sancti ex aduentu filij dei speciale gaudiū
et p̄mium assecuti fuerint·maius tamē ⁊ gñale
gaudium eorum extitit·quia creaturā racionā=
lem ex vnione ad diuinam naturam viderunt in
effabiliter sublimataz quia ergo bonū omune
p̄ponderat particularia per osequēs generale
gaudium eorū gaudio speciali·quia illud qđ p̄
missum est fuit omnibus sanctis vtriusq testa
menti ad gaudiū·Idcirco conueniens ē vt tem
pore ipsius aduētus eorū gaudium cōmuniter
et generaliter recolatur·Et in generali omiuz
sanctorū omemoracione singulis diebus dicīē
anth̄ illa·Ecce domin⁹ venet aē·que ptinz ad
quartum aduentum in quo apparebit gloria sā
ctorum·Dicitur ecia cum ipsa anth̄·oracio illa·
Consciencias nostras q̄s domine visitādo puri
fica aē· in qua similit concordando cum anth̄·
fit generaliter omemoracio de omnib⁹ sanctis
dum dicīē ibi·vt veniens cum omnibus sanctis
et tūc ptinet ad quartū aduentum scz in maie
state ·In multis tamen locis subtrahunē verba
illa cum omnibus sanctis ⁊ tunc ptinet ad secū
dum aduentum·scz in mente·Non fit etiam cō=
memoracio de cruce sicut fit in alijs temporib⁹
ne p̄us videatur dominus passus q̄ nat⁹·⁊ ite
rum ne fiat otra illud p̄ceptū Ero·xxiiij·xxiij
Non coques eduz in lacte matris sue·i·xp̄m nō
crucifiges dum adhuc tener et lactās est·Con
tra hoc p̄ceptum fecerūt iudei qui xp̄m eadem
die· i·eadam sexta feria in qua vt quidā dicūt
conceptus est crucifixerunt·Notandum autem
est q̄ tempore aduentus omnes antiphone do=
mnicales in matutinis laudib⁹ terminanē per
alleluia·ad figmificandum gaudium de certitu
dine aduentus saluatoris habitum· vt in matu
tino officō fit quasi p̄dictō Et in matutinis lau
dibus notetur exultacō ·Item in p̄ma secunda ⁊
tercia ebdomada repetūtur respo soria domini
calia·sed in quarta fiūt specialia que per ebdo
madā cātanē·⁊ sunt xv·quia ille expectat̄ ven
turus qui instituerat vetus testamentū et erat
instituturus nouum·Quindenari⁹ eñ numer⁹
consistit ex septenario ⁊ octonario·at septena
rius ad vet⁹·octonari⁹ vero ad nouum referē
tes In singulis quoq septimanis cant⁹ reno=
uatur p̄pter gaudium p̄ficiencīū qui proficiūt
de virtute in virtutem vt videant deum deoz
in syon ·Illud eciam notandum est q̄ prima do=
minica aduentus munq̄ esse potest ante quinto
kal'·decembris·nec eciam post tercio nonas de
cembris·sed quecūq illaz vij·litteraz que in
ter dictas kalās ⁊ nonas includunē rep̄sentaue
rit dominicam ibi est p̄ma dominica aduentus·
Sed ⁊ in dominica p̄mitori festo beati andree
vel kalās decēbris siue ante siue retro est sem=
per inciuz aduent⁹ ·⁊ si ipsum festum cadit in
dominica ibi eciam est inciuum aduent⁹·Aduen
tus otinere debet xxj·diem·i·tres septimanas
integras admin⁹ p̄ter vigiliam natal' domini
Verūtamē cum aduent⁹ incipiat a die domini
ca si forte otingat similiter natale in die domi
nica venire oportet temp⁹ aduent⁹p quatu=
or ebdomadas p̄celari alioquin vigilia nata=
lis ⁊ sabbatum quatuor temporū cōcurrerent
in eadam die quod esse non potest·quia vtrūq
illorū p̄prium habet officium·et ad diuersa tem
pora ptinent·Nam sabbatū est de aduētu·sed
vigilia ad temp⁹ gaudij ptinet·cum nō fit de
aduentu·sed de natali·et sic aduent⁹ non habe
ret·xxj·diem except a vigilia natalis sicut dictū
est·Nō vigilia ptineat ad temp⁹ gaudij·patz
ex ipa ordinacōne greg̃· qui vltimas aduent⁹
antiphonas posuit de euāgelio·scz opleti sūt
dies·et ecce cōpleta sunt omnia·Quando ergo
natale est in dominica quatuor tempa celebrā
tur in penultima ebdomada ·Si autem natale
venerit in secunda feria vel deinceps vsq in do
minicam tunc post xxj·diem habebit in quo fi=
at vigilia· Et quādo festum venerit in secūda
feria fiet officiū de vigilia i die dominica ·que
p̄prium non habet officium·⁊ tunc p̄pter domi
nicā cātabiē alla· Sed ieunabiē i sabbato p̄ce
denti tam pro vigilia natalis q̄ pro ieunio q̄=
tuor temporū de hoc eciam dicetur sub ti·de ca
pite ieuniorū ·Non est eciam ignorandū q̄ licz
in principio siue in p̄ma dominica aduent⁹ can
tet̄ introit⁹·Ad te leuaui Si quis tamen dili=
genter attendat in dominica p̄cedēti illā pre
paracionem aduent⁹ domini quo ad quedā in=
choatur·quod ostendit epistola que tunc secū
dum quosdam legitur·Ecce dies veniūt ·dicit
dominus et scz dauid aē·finis euāgelij eiusdez
diei ·scz·Abijt ibus trāsmare·quod est ioh̄·vj
c·Hoc idem insinuat vbi dicitur hic est vere p̄
pheta·qui ventur⁹ est in mundū aē·satis em
cōuenies est q̄ in p̄cedēti dominica inchoet̄
quia nō respiraret desperās nisi certa p̄missio
vere liberacōis p̄cederet qua audita respirās
clamat·Ad te leuaui animam meam aē· In qñ=
ta igitur ebdomada añ natiuitatem domini in=
choatur p̄paracō aduent⁹ quo ad quedam· Vñ
et in antiquis gradualib⁹ et lectionarijs titu=
lus est talis·quinta dominca ante natiuitatem

dominī nam ab illā dominica vsq; ad natiuitatē dominī sūt quinq; officia dominicalia ⁊ quinq; epistole·⁊·v·euangelia ¶In quarta vero dominica ante natiuitatem dominī inchoatur ꝓparacio aduentus quo ad officiū matutinale et quo ad multiplicem officioꝝ varietatē ⁊ innouacōnem·quia ergo quatuor sunt officia dominicalia ab illa dominica vsq; ad natiuitatez·ideo in antiphōarijs noctis intitulāt quarta dominica

¶Quadruplex autem racio huius duplicis intitulacōnis librorū ⁊ inchoacōis aduentꝰ reddi cōsueuit·¶Prima quia per lectionariū recolimꝰ aduentum dominī in mundum figmificatuz esse per quinq; mundi etates·per antiphonarium vero recolimꝰ aduentum dominī nunciatuz esse per quatuor ordines librorū·scilicet per legē per ꝓphetas·per psalmos·et per micium euāgelij narrantis dominī conceptionem ¶micium euāgelij vocamꝰ quicquid est in libro luce qui hystoriam ante natiuitatem dominī plemꝰ ceteris ꝓsecutus est·sicut de angelo a zacharia misso annūciante natiuitatem p̄cursoris·Et sic de ꝓphetia illa·Benedictꝰ dominꝰ deꝰ israhel Et de gabriele archangelo ad virginē missō ⁊ similibus·¶Secunda est·quia actor lectionarijnes hortatur vt purgemꝰ hospicū nostri corporis·quod per quinq; sensus sordidatum est ad suscipiendum deum·quia in sordibꝰ habitare despicit rex venturꝰ Actor vero antiphonarij nos docet purgare corpus nostrum ostans ex quatuor elemētis·facientes dignā mansionez deo regi vēturo·iuxta illud·Ego et pater veniemus et mansionem apud eū faciemꝰ ¶Tercia est·quia in quarta dominica que ad spirituales ⁊ non in quinta que ad seculares ptinz·vt dicetur in ti·se·innouanē cantꝰ ¶Spiritualium eiñ est canticum nouum cantare ⁊ nō secularū qui cum adhuc quasi veteres sint et mala eorum adhuc recencia pociꝰ lugere q̄ gaudere debēt Renouatꝰ quidem cantꝰ gaudium electorū significat qui ꝓficiunt de virtute in virtutem in qua videbit deꝰ deoꝝ in syon·¶Quarta ē·qz in ecclesia duo sūt ordines hominum expectancium dominī aduentum ⁊ studencium ad digne suscipiendum deum venturum·vnꝰ ordo in seculari conuersacōne studet·alter in spirituali·¶Seculares qui rebꝰ trāsitorijs student que quinq; corporis sensibꝰ administranē per quinq; ebdomadas intelligunē·Juxta illud euāgelij iob·Erant viri quasi quinqmilia·¶Siquidē quinq; milia viri deum secuti designāt eos qui in seculari adhuc habitu positi ex exterioribꝰ q̄ possident bene vti nouerāt·ipi nāq; saturentē quinq; panibus quia legalia instituta eis ꝓponēda sūt que per quinariū numerū·ꝓpter quinq; libros moysi intelligunē·Per q̄tuor vero septimanas spirituales intelligunē qui rebꝰ trāsitorijs abiectis mundi nuduz secuntur xp̄m·qui per q̄tuor euangelia ad pociorem pfectionem excitantur ¶Quod eciam ad istos q̄ternariꝰ numerꝰ ptineat ꝓparz in alio euāgelio i quo q̄tuormilia hoīm qui sunt euāgelica pfectione sublimes legunē refecti septez panibꝰ·i·septiformi gracia eruditi ⁊ repleti·¶Hanc distinctionem figurauit dominꝰ moysi quando in ingressu tabernaculi iussit poni vij·columnas et ante oraculum vnā·ante sancta sanctoꝝ quatuor·put legitur exo·xxvj et xxxvj·c·¶Ubi quidem·v·columne exterius posite sūt seculares·qui in exterioribꝰ maxime versātur·quatuor columne ante sancta sanctoꝝ sūt spirituales·qui quasi interiꝰ positi·dommo deo cius obsequunē·vna columna ante tabernaculuz vnitatem fidei quanq; isti tam illi colūt designat·et ꝓpter hanc causam clerici seculares in vespertinis officijs·v·ps cantāt·¶Monachi vero et religiosi qui alciorem elegerunt viam nō nisi quatuor in quo se perfectiores ostendunt ¶Quod autem quadratum est ex quacūq; parte vertatur manet idem et firmū·¶Similiter ⁊ pfectus quocūq; loco ⁊ tempore idem ⁊ immobilis manet·

¶De ꝑma dominica aduentꝰ dñi·

¶Prima dominica de aduētu q̄ est quarta a natali dominī·et in qua secundū quosdam inchoatur officiuz aduentꝰ ptinet ad spūales·⁊ ideo in ea innouantur cantꝰ·p̄cedens vero que quinta est ad seculares sicut in p̄cedenti·t·dictū est·Ad spirituales ptinent duo versiculi·quoꝝ vnꝰ frequentatur in vespertino officō·scz Rorate celi desup·Alter in matutino·scz·Vox clamātis in deserto·¶In ꝑmo ostendit quid facere debeant ¶In secundo exequūt·¶Ipi sunt celi rorātes ⁊ nubes pluentes·¶Nos est subtilioꝛ⁊ pluuia grossioꝛ·¶Tunc sunt rorātes quādo de incarnacione saluatoris subtilia dicunt·vt illud·Verbū caro factum est·et similia·¶Tunc sūt pluentes q̄n grossiora·idest intellectu faciliora dicūt·sicut est q̄ maria despōsata ē ioseph·⁊ q̄ puer natus est in bethleem·et reclinatꝰ ꝑsepio et huiusmodi·¶Isti faciūt q̄ aperiat̄ terra ⁊ germinz saluatorem·¶Ad litteraz·terra est virgo maria que aperta quantum ad fidem cordis fine dampno v̄ginitatis·et cōcepit ⁊ peperit saluatorē ¶Sed moraliter terra est cor humanū quod viri spirituales fiua p̄dicacione aperiunt·vt germinat saluatorem·i·christꝰ in eo informatē·iuxta illud apostoli·Filioli mei quos iterum parturio donec xp̄us informetur in vobis·¶Isti sunt vox clamantis in deserto·idest in mūdo parate viā domini rectas facite semitas eiꝰ·¶Vie sunt opa semite sūt cogitacōnes quas debemꝰ parare in aduentu saluatoris·¶Hanc ꝓparacōez notat oīo que postcōmunionē hac die in missa sequitur·¶Suscipiamꝰ dñe misericordiā tuā in medio ac·Et ex eo quod in fine illiꝰ oracōis dicit̄ ogruis honoribꝰ p̄cedamꝰ·¶Viam ergo parare est penitenciam agere ⁊ p̄dicare·¶Semitas rectas facere est post mādata ocilia obseruare ¶Hanc huiꝰ dñice totum matutinale officium pertinet

ad primum aduẽtum · vt premissum est · Legitẽ
em̃ ysa · qui de aduentu loquitur apcio9 q̃ aliqs
alius ꝓpheta · Vnde in secundo capitulo ipi9 ha
betur · Ecce mõs nẽ · In pmo vero habeẽ de ne
quicia iudeoꝝ · Primum responsoriũ est · Aspi
ciens a longe · quod est de pmo aduentu · et non
sumitur de aliquo libro theologie · nec compila
tus est a greg · ordinatore matutini officij · sed
a quodam eius monacho quod inde apparet · qz
illud infra ebdomadã non repetitur · Sed oĩa
alia rsponsoria · sic que ab ipo greg · edita fũt
Et si obiciatur q̃ illo dempto non remanẽt nisi
octo respõsoria isti domini ce · Respondeẽ nouẽ
fiunt computato illo · Ecce dies veniunt quod se
cundum ordinem greg · nonum est · ꝛ cantatur
in vesperis sabbati pcedentis · Cantatur autez
hoc respõsoriũ in psona iohãnis bap · vel spõ
se dicentis · Aspiciens a longe a terra · videlicz
ad celum · Video dei potenciam venientem · ꝛ li
cet ꝓprie patri potencia assigneẽ · hic tamẽ po
tenciam accipe filium dei · cui data est potestas
in celo et in terra qui est potens domin9 in p̃
lio · Cui ꝓpheta accingẽ gladio tu · fu · fe · t · po ·
Hic venit dum se visibilem monstrauit ꝛ nebu
lam totam terram tegentem · Hec nebula ẽ dei
misericordia que p̃stat refrigerium contra estũ
viciorum · Hanc moyses intrauit cum ad suscipiẽ
dum legem ascendit · Hanc petrus intellexit cũ
in nube lucida videns dominũ moysen ꝛ heliam
dixit · Faciam9 hic tria tabernacula · Hec popu
lum indesertum deduxit · ꝛ ab igne ꝓtexit · Hec
est virt9 altissimi que virgini obumbrauit que
totam terram tegit · quia misericordia dñi ple
na est terra · Hec eciam nebula est humanitas
filij dei · que totum mundũ saluat · medicina eñ
omnium in festinacione nebule · Nebula eciã po
test dici infidelitas seu ignorancia · Ignorabat
eñ homo deum seipsum · natale solum et cõcu
piscenciam esse peccatum · Hec nebula totã ter
ram tegebat · quia omnes declinaueẽt · s · m · f ·
s · Ite obuiã ei ꝛ dicite nuncia · n · s · t · e · qui reg ·
es in po · israhel Similia dixit iohes discipulis
parate viam domino · et per discipulos ad xp̃m
Tu es qui venturus es an alium expectamus ob
uiam sponso · scilicet per viaz caritatis ꝛ dicite
nũcia nobis quasi dicat Reuela nobis p tuã p̃
senciam · si tu es messias in lege promissus · et si
regnatur9 es in populo israhel · ¶ Postea in so
lito modo p̃mum responsoriũ habet in quibus
dam ecclesijs tres versus sicut et responsoriuz
p̃mum natalis domini · pmo ad significanduz q̃
iste aduent9 domini saluat homines trium tem
porum · scilicet illos qui fuerunt ante legẽ · sub
lege · et sub tempore gracie · Et ꝓpter hoc eciã
fit triplex repeticõ · p̃ma a remocione quo ad fi
nem · et postea a min9 remoto · ꝛ postea a ꝓpin
quiori · ad ostendendũ q̃ patres p̃mi temporis
remociores fuerũt ab aduentu xp̃i q̃ patres se
cundi et tercij · et patres secundi temporis ma
gis remoti q̃ patres tercij · Deinde reincipit
responsorium · ad notandũ desiderium et ad sig
nandum q̃ debem9 attribuere finem ꝛ p̃cipiũ
bom operis ei qui est alpha et o · ¶ Vltimo dic
tis versib9 subiũgitẽ gloria patri · quia oñe de
siderium et seruiciũ ad deũ trinuz est referendũ
et ibi non fit reiteracõ partis · sed toci9 respõ
sorij · quia post vitam p̃sentem omnia opera cõ
summantur · et tunc erit deus omnia in omnib9
et cõsummacio ꝛ sufficiencia omnium · Secundo
ideo p̃missum responsorium tres habet versus
et vnum gloria · ad signandum quatuor aduen
tus de quibus in · c · p̃cedenti p̃missum est · ꝛ ad
signandum quatuor tempora · s · temp9 ante le
gem · temp9 legis · ꝓphecie et gracie · Alloqñs
enim ecclesia omnes homines qui fuerũt añ le
gem · quoꝝ pauci secuti fũt · vnũ deum dicit in
p̃mo versu Ruiqz terrigene nẽ · i · O vos omnes
mali · hom · diuites ꝛ pauperes · ite obuiã ei ꝛ di
cite · Indica nob̃ si tu es ipe qui regnatur9 es
in populo israhel · In secundo versu · qui in pso
na hominũ que fuerũt sub lege · in q̃ aliqd fuit
imperfectõis · qz data fuit infirmis alloquitur
ipm legislatorẽ · Rui regis israhel intẽde q̃si di
ceret · qui ꝓpin israhel in lege tua regis · et siẽ
pastor ouẽ deducis · Indica nobis si tu es ipe q̃
regnater9 es in ꝓpl̃o israhel · In tercio iam ex
dictis ꝓphetaꝝ certificati de aduentu saluato
ris ex desiderio clamant · Excita potenciã tuam
et veni qui regnatur9 es in ꝓpl̃o israhel · In alijs
vero ecclesijs est tercio ẏ sus · Tollite portas
In quarto gracias agens saluatori de aduẽtu
suo qui dignatus est venire ymo toti trinitati
dicit · Gloria patri · ¶ Tercio ideo responsoriũ
tres habet versus · quoniã lex et psalmodia et
ꝓphecia hunc saluatoris aduentum p̃nũciaue
runt · ¶ Quarto tres versus patres trium tem
porum significãt · patres quidem ante legẽ hũc
aduentum p̃uiderunt · patres sub lege deside
rauerunt · patres gracie p̃dicaueẽrt · Dicit ergo
baptista vel ecclesia · vos patres ante legẽ qui
qz terrigene si · h · s · v · d · et pau · ite obuiam ei ·
Terrigenas vocat malos qui terrena sequunt̃
filios hominum dicit bonos · diuites subdit q̃s
terrigenas appellauerat ꝓpter pauperes quos
filios hominũ · Vos ergo quiqz · i · q̃libet terri
gene malicia diuites ꝛ filij hominũ spiritu pau
peres · qui estis simul in vnũ in vno ouili agni
et edi · Ite obuiam ei · vt vos mali per ingressuz
incipiatis · vos boni p ꝓgressuz ꝓficiatis · vos
eciam patres sub lege dicite · Rui regis israhel
intende · qui deducis velut ouem ioseph nuncia
nobis nẽ · Rui regis israhel iudaicum populũ
per doctrinam legis domini videntẽ qui dedu
cis · i · de virtute ducis velud ouem · i · innocentẽ
ioseph · idest populum gentilem augmentatũ
per frumentuz mortificatum · intende sup nos
idest lumen pietatis infunde et nũcia nobis nẽ
vos q̃z patres sub gracia dicite · Tollite por
tas pñ · ve · ꝛ ele · porta eterna nẽ · qui regnatu
rus nẽ · O p̃cipes et ptestates aeris huius et

gemmia viperarum tollite·idest auferte· portas mortis·idest vicia per que dyabolꝰ intrat ad corda· et o porte eternales · idest virtutes ad eternitatem ducentes eleuamini contra vicia et per vos introibit et habitabit in nobis rex glorie qui regnaturꝰ est in populo israhel Et nota· q̄ ad tercium versum non respondetur nuncia nobis ·quia patres testamenti noui certificati sunt de aduentu cristi patres gracie certi fūt de introitu regis glorie·Verum quia nunc̄ꝫ suffecit nec sufficiet fides incarnacōis sine fide trinitatis·Ideo subeimē· Gloria patri et quia venit in humanitate venturus est eciam in maiestate·Ideo responsorium denuo repetitur In repeticione vero nebulam accipias ad litteram·Juxta illud veniet in nubibus celi· et sicut nubes suscepit eum·et alibi nubes ⁊ caligo in circuitu eius · Secundum responsorium est·Aspiciebam in visū noctis ·sumptū p̄ gregē de daniele·c·vij·cristum venturum prophetāte·qui his verbis misterium incarnacōis verbi· quod in principio erat apud deum aperuit dicens· Aspiciebam in visu aut visione noctis · Triplex quidem est visio ·scilicet noctis ante graciam dei·sub gracia·et lucis in gloria·In nocturna viderunt patriarche et prophete qui sub nube fuerunt et hoc daniel aspiciebat in visu noctis · In diurna viderunt apostoli quibus cristi humanitas apparuit ·In lucida videbunt filij dei facie ad faciem·Hanc distinctionē veritas in euangelio innuit dicens·Abraham exultauit vt videret deum meum ·vidit et gauisus est·Itez̄ multi reges ⁊ ꝓphete voluerunt videre que vos videtis ⁊ non viderūt·Sequit̄ Et ecce in nubibꝰ celi filiꝰ hominis veniebat·nubes celi caro verbi·de qua ysayas·Ascendit dominus super nubem leuem·⁊ datum est ei regnum et honor·scz nomen quod est super omne nomē quod est ab eterno datum·sed in tempe manifestatum·⁊ omnis populꝰ trib⁹ et lingue seruient ei·Nam vt ysayas ait· ei curuabunt̄ oīa genua ⁊ iurabit oīs lingua in domino ¶ Tercium responsorium·Missus est gabriel·quibus verbis lucas texuit ordinem annunciacionis·

¶ Quartum est·Aue maria gracia plena· q̄bus verbis lucas idem modum cōcepcōis annexit· d·Spiritussanctꝰ superue·in te·et vir·al·ob· ti·Supuenie⁹ imꝯ in te ꝓtegendo te ⁊ ab oīni sorde purgando te·⁊ deinde virtꝰ altissimi·s· verbum dei obumbrabit tibi ex te carnē sumēdo quod enim ex te nascetur sanctum vocabitur filius dei ·Cristum enim qui non est conceptus ex virile semine· merito sanctus nascitur et dei filius appellatur·Sequitur versus·Duo mō in me fiet istud interrogatiue·et sc quo mō sunt due dictiones·vel admiratiue ·⁊ sic vna dictio· ¶ Quintum responsoriū est·Saluatorē in quo incarnacio per apostolum confirmatur·¶ Sextum est·Ecce virgo concipiet·¶ Septimum·Ecce dies veniunt·in quibus hec idem per ꝓphetas roboratur ¶ Octauum ·Obsecro domine·in quo idem per legem cōprobatur·Nonū est·Audite verbum·in quo idem per ꝓphetas cōprobatur ¶ Laudes matutine vtrūq̄ sonant aduētum·Non enim ita agitur aliquando de vno aduētu quin et de alio admisceat̄·sed pauca de secūdo habent̄·⁊ hoc ꝓpter repsentacōz gaudij ne spes luxuriet in p̄sumpcōez·Siquidem prima antiphona que de fine ioelis sumitur est apte de p̄mo aduentu·Vnde ibi dicitur·in illa die scilicet quando messias veniet mōtes·idest apostoli seu magni p̄dicatores stillabunt dulcedinem·scilicet verbi dei et colles· scz minores p̄dicatores fluent lac· scz simplicis doctrine minoribus et maioribꝰ·Secunda·scilicet iocūdare partim est de isaya·partim est de zacharia· Tunc enim iocundata est secundum zachariam syon·i·ecclesia de iudeis·⁊ exultauit hierusalē idest ecclesia de gentib⁹·Tercia· scz ecce dñs veniet·est de secundo aduentu· scz in maiestate·Quarta est oīes sicientes tunc enim omnes idest de omni genere sicientes·scilicz salutis et sciencie doctrinam venerunt secundū ysayā ad aquas baptismatis ⁊ doctrine Quinta est·ecce veniet ꝓpheta magnus·⁊ ipe renouabit hierusalē·scz dando legem ⁊ noua condendo p̄cepta·Hoc tempore dicit̄ p̄ horas capitulū illud· Egredie⁹ virga·ysa·xj·c·Et illud ·In dieb⁹ illis hiero·xxx·c·Et illud·Erit in nouissimis·ysa·ij·c Et illud.Ecce virgo·ysa·vij·c·Et illud·Venite ostendamus ysa·ij· Ad missam vero introit⁹ ē Ad te leuaui aī̄·quia per aduentum domini in carnem spes maxime eleuatur·Sic enim deꝰ dixit mundum ·vt filium suum vnigenitum daret·Et iterū Proprio filio suo non pepercit aī̄ Et nota quia et si quidam excitentur alij tamen somno torpent ·Ideo cantor incipiens ·Ad te leuaui animam meam·exaltando vocem ab inferiori ad superiꝰ procedit quod proprium est excitantis quod etiam notatur in epistola·vbi dicit̄·Hora est iam nos de somno surgere·Sequit̄ versiculꝰ·Vias tuas dñe demōstra mihi quia cristus veniens nobis vias suas indicauit Vnde ysa·Erit mons domus domini aī̄·Venite ascendam⁹ ad montem domini·et ad domum dei iacob·et docebit nos vias · Que autem sint vie ille ostendit epistola que est ad romanos · xiij·c·Scientes· quia hora est iam nos de somno surgere· In eo enim q̄ ibi dicitur · Nox precessit ·dies autem appropinquauit assignatur effectus· quia factus est dies quando natus est sol· Et ideo sequitur·Sic vt in die honeste ambulem⁹·scilicet in omnibus operib⁹ bonis ·et induamus nos in similitudinez cristi ·vt sic filij dei simus·quia ꝓpter hoc filius dei factꝰ est homo vt homo fieret filius dei·Orationes primū aduentum respiciūt ·et possunt etiam adap̄tari congrue ad secundum· Postea sequitur respōsorium · in quo ostenditur spes · que facta est in ortu solis vniuersi qui te expectāt et cetera·

Sequitur alleluia·Ostende nr̃·quia tunc ostendit domin9 faciem suam·quam qui videt saluatur·Vnde cum dixisset domin9 ceco·Quid vis vt faciem tibi·Respondit·Rabom vt videam quam faciem non poterant homines antea videre·quia erant in regione vmbre mortis·Ꝟz lux orta est eis q̄ possint videre·Nō aūt dicit̃·Ostende nobis domine f·t·est sensus·da nobis domine cognicionem tuā·facies em̄ dei in scripturis sanctis nō carofi diuina cognicō intelligitur·quia per faciem cōspectā quisq; cognoscit̃ Sequit̃ in quibusdā ecclesijs euangeliū matḥ·xxj·c·Cum appropinquassz nr̃·quod ad passionem ptinet quo ad litterā·Ad diem vero hāc quo ad allegoriam ⁊ spiritualem intelligenciā Venit enim tunc domin9 iherusalem per bethfage que interp̄tatur dom9 bucce·i·ad ecclesiā que pua erat·in qua xp̄s apparuit per confessionem·⁊ per montem oliueti·per quā designat̃ eminencia misericordie·per quā venit fili9 dei in mūdum et misit discipulos suos·d·ite in castellum·idest in mundum·et inuenietis asinam et pullum·i·iudaicum populum·qui dure cervicis est et gentilem sine iugo legis·Item per huiusmodi animalia ostēdit vias suas·humilia em̄ sunt·Vñ in matḥ Discite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde·Legitur eciam ideo· quia ibi habetur· Benedict9 qui venit in nomine domini· quod ptinet ad p̄mum aduentum·et ꝑter alia verba legit̃ in alijs ecclesijs illud·Cum approp̄inquaret ihs nr̃·quod dicitur in domica palmarum·In alijs vero ecclesijs legitur euāgeliū Principiū euangelij Ihu xp̄i nr̃·qđ est Marc̃·i·c·ꝑter illa verba·Ecce ego mittā angelum meum ante faciez tuam·Et nota q̄ in textu euāgelij non continet̃ p̄ncipium sed inicium·Sed ecclesia ponit p̄ncipium ꝓ eo q̄ legens euāgelium statim p̄misit in·t·Inicium sancti euāgelij ne idem repeti videatur·In nōnullis ecclesijs eciam legitur·Erunt signa Sequit̃ offertoriū de spe·Ad te leuaui animam meam·Et postcōmunio de eodem ⁊ ꝑter idem legunt euangelium illud·Erunt signa·quod est luce xxj·c·qđ ptinet ad secundum aduentum·vbi dicit̃ ꝑpe ē regnum dei·Cui adaptatur epistola·vbi dicit̃ ꝑpior est nostra sal9·Et quia ꝑpe est regnum tuum domine·Ideo adte leuaui dicit in introitu cantor·i·vet9 homo vel iohannes baptista vt quidam dicunt·dicit Ad te leuaui aīmā meā deus me9·Et ideo vias tuas domine demōstra michi·Et hoc in responsorio·Et ostende nobis domine mi·tuaz·Et hoc in alleluia·Et quasi de misericordia certificat9 cōcludit in postcōmunione·Domin9 dabit benignitatem·i·effectuz bonum et terra nostra·scz caro dabit fructum idest bona opera·

¶ De dominica secunda aduent9 domini·

In hac secunda dominica aduentus vt p̄missum est·agitur de secundo aduentu·Verum q̄ gaudere melio9 est quam flere·⁊ dilectio melior est quam timor·Ideo in ea quedā dicunt̃ ptinencia ad secundū aduentū·⁊ quedaz ad vtrūq; Ecce enim in matutinis responsorijs p̄mū ē·Iherusalem cito venit et salus tua·tūc omnes plorabūt modo est tempus gaudij aliud est de p̄mo et secūdo aduētu·Preterea ibi fūt duo versus secunduz q̄sdā ecclesias·ad idem exp̄mendu sicut et in alleluia vt iam dicetur Primus est iherusalē si me audieris nr̃·⁊ vtitur domin9 verbis moysi vt intelligat̃ q̄ ipe est qui in moyse loquebatur·Aliquando eciam vtitur verbis salomonis vt sciamus q̄ ipe est sapiencia de quo locutus est salomon·istud responsorium sumptū est de michea ⁊ eciam illud quod sequit̃·scz bethleez Quedam tamē ecclesie illud dicunt in dominica sequenti ⁊ ē de p̄mo aduentu·⁊ loquitur de generacione temporali xp̄i et eterna de tempali·cum dicit bethleez ciuitas dei fūmi·quia i bethleem natus est·De eterna cum dicit· Et egressus ei9 sicut a p̄ncipio diez̄·De alijs·Re·patz

¶ In laudibus p̄ma antiphona est de secundo aduentu·Ecce in nubib9 celi nr̃·¶ In missa vero introitus ptinz ad vtrūq; hoc modo·Populus syon ecce dominus veniet ad saluandas gētes·ysa·xxx·c·In vtroq; enim aduentu saluat· Sequitur et auditam faciet domin9 vocem laudis sue·Ipse em̄ est turtur·cuius vox audita ē in terra nostra·quia attulit nouum temp9 vox eius in secundo aduentu erit· Venite benedicti patris mei nr̃·Versus autem ad secundū ptinz a duentum Qui regis israhel intende qui deducis ouem ioseph·idest de hoc mundo ducis Joseph·i·augmentum·in bono sicut ouem·i·simplicem Et quia in matutinis p̄mum responsū est· Iherusalem et in missa introitus est·ꝑtis syon·Ideo in hac dominica fit statio in ecclesia que dicitur iherusalem· Sequitur oracio Excita domine corda nostra ad ꝑparandas vnigeniti tui vias nr̃·que est de p̄mo aduentu tantū Epistola vero est de secundo·Huecūq; scripta sunt nr̃·ad romanos·xv·vt per pacienciā ⁊ cōsolacionem scripturarum spem habeam9·et sic inuitam̄ ad spem·vt que patim̄ leuia fiant·Responsorium ptinet ad vtrūq;·Ad primuz dicit Ex syon species decori ei9· Ad secundum cum dicitur· Deus noster manifeste veniet·Versus vero ad p̄mum tantum·d·Cōgregate·s·o vos angeli illi sanctos ei9·idest p̄dicatores bonos qui ordinant testamentū eius·s·nouum sup̄ facta·i·super vet9 testamentū· Prim9 em̄ est quod animale est sicut dicit apostolus·deinde qđ spirituale·Vel qđ dicit congregate hoc in p̄mitiua ecclesia maxime necessariū fuit·scilicet o vos bom p̄dicatores vt paul9 et alij·Deinde sequitur alla qđ insolito mō habz duos versus secundū quasdam ecclesias·⁊ hoc fit·quia ibi de duplici aduentu agit̃ ¶ Prim9 est de p̄mo· cum dicit̃ Letat9 sum nr̃·Ante primū em̄ aduētum xp̄i desperabant homines de salute·Tunc vero letati sūt· qū audier̃t q̄ filj9 dei hō fact9

erat · Secundꝰ versus est de secundo · Stantes erāt pedes nr̄i · i · affectꝰ nr̄i in atrijs aē · Ia em̄ in spe a desiderio ibi sumꝰ · euāgeliū ē Luē · xxj e · s · Erunt signa in sole aē · et est de scdo aduentu tantum ibi em̄ ostendunt̄ signa · que fiēt āte diem iudicij · quoniam totꝰ mūdus turbacione sua iudicium domini ostendet · Ibi eciam sequit̄ Vbis aūt fieri incipientibus respicite et leuate capita vestra · ecce approprinquabit redempcō vestra · Ecce spes · Quedam vero ecclesie legūt euangeliū Cum audisset iohes · qđ similiter ad secundū ptinet aduentū · ex eo qꝺ iohānes querit · Tu es qui venturꝰ es an aliū expectamus · Cui dominꝰ · Ecce ego vem̄ ad redimendum · Et rursus · Veniam ad saluandū qđ ex signis conijecturare potestis · qz et ceci vident aē · Offertoriū est de ꝑmo aduentu · Postcōmunio iheru salem aē · q̄ est baruth · iij · a v · c · est de vtroqz In tercia vero et q̄rta feria a sabbato leguntur̄ euangelia de testimonio xp̄i · scz Ꝺ iohe a de testimonio iohānis de xp̄o a eiꝰ aduētu · De quo eciam loquitur epistola Pacientes estote · que tunc dicitur ·

De dominica tercia aduentꝰ domini ·

Sequitur tercia dominica in qua simi liter agitur de secūdo aduentu Vnde in nocturnis · ꝑmum responsoriū est · Ecce apparebit dominꝰ sup nubē candidam · idest super carnem que erit candida p gloriam immortalitatis · vt mali timeant in secūdo aduētu · Iam in ꝑmo aduētu apparuit dominꝰ sup nubem leuem · idest immunem a peccato · a sumit̄ hoc responsoriū de apoc · vbi dicit̄ Vidi a ecce nubes cādida · versus est de secūdo vtroqz aduētu · In laudibꝰ ꝑma antiphona est de secūdo aduentu · Veniet dominꝰ a nō tardabit · a illuminabit abscondita tenebrarū · oīa enim manifesta erūt · qz libri cōsciencia ꝝ aperti erūt coram eo · In missa vero introitꝰ est de secūdo aduentu · Gaudete in domino semper · ad philipenses iij · c · apostolus em̄ non loquit̄ de ꝑmo aduentu cum dicit · dominꝰ ꝓpe est · sed de secundo aduentu · Vñ muitat ad gaudium spirituale per qꝺ firmiter exspectamꝰ gaudia secundi aduētus · Vñ dicit · Gaudete in · d · sp · scilicet expectādo scdm aduentū · Et repetit̄ gaudete · quia gaudium spirituale facit nos dulciter sustinere oīa aspera mūdi vt michil euellat nos a spe eternoꝝ · et ideo quia ita necessarium est gaudium spirituale ista repetit Vel ꝓpter gaudium de vtroqz aduentu · qꝺ habent sancti · Huius gaudij custos est modestia · a ideo sequitur modestia vestra aē · Hoc gaudium quod ē par ommibus sanctis optat ecclesia filijs suis in versu cum dicit · a pax dei que exupat omnez sensū scilicet hominis · quia nullꝰ homo habet totum vsum pacis huiꝰ · Collecta · scz · Aurem tuaz q̄s dñe · est de aduentu in mentē audita em̄ cōsolacione de aduētu dñi sacerdos orat vt tenebras quas patimur in eo qꝺ falso iudicam̄ sua visitacione illustret · Epistola · Sic nos existimet homo aē · que est ꝑma ad corinth · iij · c · est de secūdo · Alie ecclesie dicunt epistolam · Gaudete in dommo semper que est ad phil · iij · c · Ia · de primo · Qui sedes super cherubm manifestare coram effraim · idest fructificantē in bonis operibus beniamin · idest filium dextre · a manasse · q̄ oblitus est ꝛreno ꝝ · hoc fiet in iudicio · versus eciam Qui regis israhel · est de primo qui ducit ad secundum · Alleluia · Excita domine · ecia est de ꝑmo · euāgelium Cum audisset iohannes aē · quod est in matth · xj · c · similiter ē de ꝑmo · Qui dam em̄ de discipulis iohānis · nō credebāt xp̄z esse messiam ꝓmissuz in lege · vnde misit eos ad cristum vt interrogarent eum · Tu es qui venturus es an alium expectam̄ · vt per visa miracula xp̄m iamvenisse cognoscerēt quasi diceret Ipse multo melius scire deberet quam ego · et dixit eis ibus · ceci vidēt aē · quasi · d · vos estis magistri non ergo scitis hoc quod dicit̄ in ysa · xxxv · Tunc saliet sicut ceruꝰ claudꝰ et aper.ē tur lingue mutoꝝ a loquitur de tempe messie quasi · d · facta ꝓbant Offertorium eciā est de primo aduentu · Postcōmunio de secundo · Dicite · pusillanimes cōfortamini · Oportet em̄ qꝺ pusillanimes cōfortent̄ ad hoc vt sustineat tribulaciones · a sic expectent cum fiducia secundum aduentum ·

De quarta feria a ieuniis q̄tuor tempum

Hac septimana fiunt ieunia quatuor temporum · Vnde hic ꝑmo de illis · Secūdo de alijs ieuniis · Tercio de huiꝰ diei officio ꝓsequim̄ · In ꝑmitiua quidem ecclesia statutū fuit qꝺ ieunia quatuor tempum fierent ter in anno · Qđ calixtus papa cōstituit q̄ter in anno fieri Nam a iudei quater in anno ieunabant · scilicet ante pasca · et ante pentth · ante cenophegiam in septē bri · et ante eucennia · de quibus dicetur in phe mio vij · partis · Si em̄ tantū ter in āno in tres partes diuisio ieunarem̄ · forte remanerēt aliq̄ dies de quibus primicias non redderemus · In istis enim ieuniis ꝑmicias tempis exoluim̄ · vt iam dicetur · De quibꝰ zacharias ait · Ieunium quarti · quinti · sexti · a decimi domui iude a ihe rusalem dies festos vertē · in gaudiū Quater ergo ieunam̄ in anno · ꝑmo vt quatuor elemēta in nobis viciata · i · corpus nostrum ex eis cōstans in quatuor anni temporibus castigetur · Homo em̄ constat ex quatuor elementis quantum ad corpus · a ex tribus potencijs quantum ad aiam · s · racionali · ocupiscibili a irascibili · vt ergo illa moderētur in nobis quater in anno ieiunamus per tres dies · vt quaternarꝰ numerus ad corpus · a trinarꝰ ad ammā referatur · Siquidez annꝰ diuiditur in quatuor tempora que sūt ver · estas · autūpnus · et hiems que ꝓpter sua delectamēta a dei amore nos auertē solent · Ver calidum est a humidū · tūc ergo ieunamus · vt elementū humoris castigeē in nobis cōsenciat false pulcritudini veris · Ieunam̄

itaq; cõtra luxuriã ex humore et calore nascen
tem. Estas calida est et ficca. tunc ergo ieuna=
mus vt elementũ caloris in nobis castigetur.
ne cõsenciat incendio carnali. Vel tunc ieuna=
mus contra superbiam. quia tunc fructꝰ terraꝝ
qui florent et maturanẽ superbiendi materiã p=
stant. Autũpnus est frigidꝰ a siccꝰ. Tũc ergo
ieunemꝰ. ne aliquo lãguore animi arescamꝰ et
defluamus a fine piguedine olei in tabernaculo
eterno mueniamꝰ. Vel tunc ieunamꝰ cõtra aua
riciam. quia tunc messes colligimꝰ et habemus
Hiems frigida a humida est. Vñ tũc ieunamꝰ
ne mẽbra nostra fluxu atq; luxu soluanẽ in cõ=
messaciombꝰ et potaciombꝰ. ac per hoc amor
dei negligatur. Vel tunc ieunamꝰ contra pig
ciam. quia torpemꝰ frigore. Ieunamꝰ ergo in
dictis quatuor temporibꝰ anni. vt per ieunia
preseruemꝰ a vicijs. a que deliquamꝰ in ill'pur
gentur. ¶ Rursus quoniaq; quodlibet tempus
tres habet menses. ideo quater ieunamꝰ in an
no tres dies. vnum diem ieunantes pro mense.
vt sic satisfaciamus in die quod deliquimus in
mense. Secundo eciam ideo ieunamꝰ. Nam pri
mum ieuniũ fit in marcõ. s. in prima septimana
xl. vt in nobis virtutũ germina oriantẽ. a in no
bis marcescant vicia que nequeunt omnino ex
tingui. ¶ Secundum fit in estate in septimana
pentẽ. quia tũc venit spiritussanctꝰ et nos de
bemꝰ esse feruẽtes in spiritusancto. ¶ Terciuq
fit in septembri añ festũ sancti michael'. quãdo
fructꝰ colliguntẽ et nos debemus deo reddere
fructum bonorum operum. ¶ Quartũ fit in de=
cembri quando herbe moriuntur. quia et nos
mundo mortificari debemus. ¶ Tercio ideo qr
ver refertur ad puericiam. estas ad adolescen=
ciam. autũpnus ad maturitatem siue virilitatẽ
hiems ad senectutem. Ieunamꝰ ergo in veri vt
simus pueri per innocenciã. In estate vt effici
amur iuuenes per cõstanciã. In autũpno vt ma
turi per modestiam. In hieme vt senes p pru=
denciam a honestamvitam. ¶ Quarto ideo in q̃
tuor anni temporibus ieunamꝰ. vt deꝰ nobis
conseruet omnia que ad humanum vsum i illis
temporibus de terra nascuntẽ. ¶ Quinto ad sig
nificandum quatuor que fuerunt in illis quatu
or temporibus. scilicet accepcõ domini in vere
natiuitas in hieme. cõcepcõ iohãis baptiste
in autũpno. a natiuitas eius in estate. ¶ Sexto
secundum hiero. Ob diuersas plagas que in il
lis temporibus acciderunt. In quibꝰ autẽ die
bus et quare hec ieunia fiant in viij. pte sub.
ti. de anno solari dicetur. Hec ergo ieunia vo
cantur quatuor temporꝝ. quia in p̃missis qua=
tuor ãm temporibꝰ fiũt. ¶ Vocantur eciam ie
iunia triplicia pro eo. quia fiunt tribꝰ diebus
quibus homines ieunant in septimana. Antiq
em̃ ieunabãt eisdem feriis a postea supaddita
sunt ieunia ista. Vocantur eciam ieunia p̃mici
arum. quia cum in lege p̃ceptum sit vt p̃micie
et decime deo dentur. placuit sanctis patribꝰ
vt dicit Augustinꝰ in libro de doctrina xp̃iana
soluere decimas et p̃micias temporis. Vnde p
pimicijs instituerũt ieunia quatuor temporuꝫ
Et inde dicta sunt ieunia p̃miciarum. Pro de=
cimis vero instituerunt ieuniũ xl. Sciendũ au
tem est qr ieunia vernalia p̃mo instituta fuerẽt
in prima septimana marcij. Estiualia in secũda
ieunij. Autũpnalia in tercia septembris. Hie=
malia in quarta decẽbris. Propter multa q̃ in
de surgebãt incomoda statuit leo papa. vt hi
emale fiat in tercia septimana aduẽtꝰ vernale
in p̃ma septimana. xl. estiuale in septimana pꝰ
pentẽ. autũpnale vero fiat secundum veterẽ
institucionem. Quare ieunia instituta sunt in
dictis mensibꝰ. a quare in eis fiunt ordinacio=
nes. vide in sexta parte sub sabbato post domi
nicam xvij. a in prohemio secunde partis. Ca=
ue tibi in cõputacõne septimanaꝝ mensis sep=
tembris. quia si ipe mensis incepit in prima vl'
in secunda vel in tercia vel in quarta feria. illi
dies cõputanẽ pro prima septimana illiꝰ men=
sis. et in tercia ab illa ieuniũ fiet. Si vero mẽ=
sis ipe incepit in quinta vel in sexta vel in sep
tima feria. tunc in sequenti dominica incipias
cõputare primam septimanam. a in tercia pꝰ
illam ieunium fiet. et sic dies p̃cedẽtes michil
operantur quantum ad cõputacionẽ septima=
narum. Veruntamẽ secundum primariam eccle
sie institucionẽ ieunia veris dicuntur p̃ma. qr
fiebant in p̃mo mense. sez in ianuario qui apud
romanos primꝰ mensis fuit. Ieunia estatis di
cuntur. quarta. quia fiebant in quarto mẽse. s.
in ieunio. Ieunia autũpni septima. quia fiunt
in mense septimo. sez in septembri. Ieunia hie
mis decima. quia fiunt in decimo mense scilicet
in decembri. Vnde zacharie viij. c. ieuniũ p̃mi
et ieuniũm quarti. a ieuniũm septimi. et deci=
mi scilicet mensis erit dom̃ iude in gaudium.
Sed cum hec ieunia recolant q̃tuor anni tem
pora vt dictum est. quare agunt̃ in primo mẽ=
se. a in quarto. et in septimo. a in decimo. cum
principia temporꝝ non fiũt in his mensibꝰ. Re=
spondeo hoc ieuniũm tractum est de veteri le
ge. Vnde agitur in illis mensibꝰ nostris secun
dum numerum mensium illius temporis. Iudei
enim secundum lunaciones ieunabãt. scilicet in
prima. in quarta. in septima. a in decima et ꝺ
est quod legitur. ieuniũ primi. ieuniũ quarti
ieuniũm septimi. et ieuniũm decimi. quia sicut
in prima lunacione est p̃cipium anni illorum.
sic et marcij est p̃cipium anni nostri. Ista autẽ
ieunia nostra ortum habuerunt a veteri lege.
apparet ex hoc qr a ieuniũ veris vsq; ad estiua=
le fiũt. xiij. ebdomade. quia tot generacões fue
runt ab abraha vsq; ad dauid. Item ab estiuali
vsq; ad autũpnale. sunt similiter. xiij. septima
ne. quia tot generacõnes fuerunt a dauid vsq;
ad ieconiam. Item ab autũpnali. vsq; ad hiema
le alie xij. qr tot reges fuerẽt a ieconia vsq; ad
cristum computatis regibus illis quos matꝫ.

in suo euangelio pretermisit.

De ieuniis quatuor temporum.

in euangeliario Et in quibusdam ecclesijs dicit euangelium· Egressus quod dictum est in prima quinta feria· In alijs assumpsit ibus petrū Verum in precedenti dominica dictum est q in ipa dominica armauit dominus militem suu m quatuor cardinalibus virtutib9 et gladio verbi dei· Sed quia vt premissum est in secunda feria pugna non libenter suscipitur· misi premium ostendatur· Ideo agitur in hac secunda dominica de benedictione· que est quintupler· scz benedictio liberacionis· gracie augmenti gracie· contemplacionis et glorie· Quia vero benedictio illa impetratur per oracionē· ideo dominica ista consistit in oracione· Vnde dicit in introitu· Reminiscere miseracionum tuaz ac̄· petans cantu lugubri· liberacionem a vicijs et peccatis et spiritibus immundis· hec est p̄ma oracio et prima dei benedictio· scilicet liberacō nis· In epla vero que est Rogam9 vos ac̄· prima ad tessal'· iiij· capitulo petit sibi dari secundam benedictionem· scilicet gracie siue graciam ad bene ambulandum et bene agendum dicens· hec est enim voluntas dei· vt digne ambulemus· vt sciat vnusquisqz vas suum possidere im sanctificacionem· scilicet· vt sicut celeste corpus et celestia apetat et in honore· scilicz vt sit deo dignum templum· quia fides dei a tē plum spiritussancti sunt nostra corpora vt ait apostolus· Omnis qui casteq pie viuit templū dei est· et spiritussancti sedes· Et in hac sola dominica idē est graduale a tract9 eo q ipa tota consistit in oracione liberacionis Oracio exprimit laborem et planctum· que duo significantur in graduali et tractu· Est autem graduale· Tribulaciones ac̄· Tractus est· de necessitatibus ac̄· Alij autem dicunt tractū Dixit dominus mulieri· qui est math· xv· capitulo Tercia benedictio· est benedictio augmenti gracie· Quarta contemplacionis· Quinta benedictio glie· Quia vero bñdictiones hui9 nō habentur vel cōseruanē fine magna lucta ideo in nocturno officio de lucta iacob cum angelo· et in vtero agitur vt exemplo iacob supplantemus fratres nostros malos· scilicet siquid nobis inferunt iniurie dissimulātes· et sit pugna ista in vtero rebecce· idest ecclie Rebecca enim gracia interpretatur· In primo responsorio in nocturnis agitur de augmento gracie· dixit enim ysaac ad filium· tolle arma tua· pharetram et arcum ac̄· Arma predicatoris sunt sacre scripture· que dicuntur pharetra· quia de eis sumuntur sagitte ad percuciendum dyabolum· Jacob igitur· idest verus predicator venatur et interficit homines bona venacione et interfectione· scilicet per arcum sacre scripture a in se occidit bestias· idest vicia a peccata scilicet porcum luxurie ac̄· Et tunc cenat cū eo ysaac idest risus· scilicet dominus· qui delectatur in talibus· Sunt enim ei delicie cenare cuz talibus· Vnde secundum responsoriū est· Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni· idest padisi hoc etiam est id quod supra dicit apostol9· vt sciat vnusquisqz vas suum possidere in sanctificacione et honore· Sequitur versus· Qui maledixerit ei· sit ille maledictus· Omnes enim qui populo cristiano iuniori maledicunt maledicti sunt· vt iudei gentiles et alij· In tercio responsorio dicitur· Det tibi de9 de rore celi· a de pinguedine terre habundanciam· esto dominus fratrum tuoz· seruiant tibi tribus et populi· hec benedictio datur ecclesie· vt omnibus populis dominetur· Jsta vero tria responsoria sunt septimi thoni ad significandum q ipa ecclesia impetrat nobis graciam septiformē spiritussancti· In secundo nocturno in quibusdam ecclesijs est responsorium· Si dominus ac̄· In cuius versu dicitur· iacob erexit in titulum lapidem fundens oleum desuper· Quod nos facim9 cum imitacione cristi bona agimus· Vngimus enim eum per fidem cum ipm hominem plenum gracie esse credimus Et duo responsoria sūt de primo et vnū de sexto thono· quia de cristo agunt qui est principium et finis· et vi· etate vnctus fuit oleo leticie pre participibus suis· In septimo vero responsorio orat iacob· Erue me de manu fratris mei· quia valde eum timeo· valde enim debet timere sanctus· ne corrumpat̄ a malis· In octauo responsorio agit̄ de benedictione contemplacionis· vnde ibi habetur de lucta iacob cum angelo· quia per oracionem debemus luctari cum domino· donec habeamus statum contemplacionis et dixit ei angelus dimitte me aurora est· idest satis habes fidem vel caritatem vel graciam· Nec debemus dimittere· donec de luctacōe contra vicia faciat nos contemplatiuos· quia regnum celorum vim patiē et violenti rapiunt illud· tunc autem videtur sine nubilo peccati· Vnde in nono responsorio dicit iacob· vidi dominum facie ad faciem· idest sine nubilo peccati· non sine velamine creaturarum· Hac racione ecclesia parientis· dicitur legere hac die euangelium de transfiguracione que est benedictio glorie· et ita patet· q habita benedictione liberacionis gracie a augmenti gracie et contemplacionis· et considerato premio glorie libenter et fortiter pugnant milites cristi·

De secunda feria·

Secunda feria est de oracōe· Vnde in epistola q̄ incipit· Orauit daniel ac̄· danielis· ix· capō· ostenditur quantum valet oracio cum ieunio· daniel idest vir desideriozz orauit pro populo suo· et abstinuit a regalib9 cibis· a vsus est legumi nibus· et ideo exaudita est oracio eius· sicut ei dictum est ab angelo· Sed quia mi valet· misi que fit in cognicione dei· Ideo sequitur euangelium iohannis viij· Ego vado et queritis me· a non inuenietis dicit dominus iudeis· et iterum

ego sum de sursum aĉ·ego non sum de hoc mundo et non cognouerunt eum·et ideo adhuc manent in peccatis suis ibi itaq; diuidit dominus spirituales a carnalibus·i·aquas que sunt sub firmamento ab hijs que sunt super firmamentum et ita huic secunde ferie competit opus secunde diei·et ideo introitus est de secundo thono·Carnales enim non possunt orare deum·q; non cognoscunt eum·nam qui in carne sūt deo placere non possunt·sempe ea que in introitu·graduali·offerenda·et communione cantātur·sunt orationes consolaciones et laudes cōuerse gentilitatis cui dūs exhibuit intellectū

De tercia feria·

Tercia feria est de ope diei tercie·q̄s est congregentur aque omnes in locum vnum·a terra fructificet·hoc fit quando homo non curat de voluptatibus carnis et ieiunat per caritatem ieiumum laudabile est·vt homo non sit multum curiosus de cibo corporali·vt dicitur in euangelio·Nolite solliciti esse·sollicitudine·idest suffocāte·sed sollicitudine prouidencie possum⁹ et debemus·Ideo introitus est·Tibi dixit cor meū exquisiui te·tercij thom·propter opus tercie diei·In epistola vero·factus est sermo dūi aĉ ijj·Re·xvij·capl̄o·hortatur ecclesia vt non simus multum solliciti·et propter hoc helyam qui pastus est a vidua sareptena·et a coruo et ipse eciam pauit viduam dicens·Non deficiet farina ydrie·idest gracia de corde et oleum de lechito·idest gracia·seu vnctio spiritualis desuper·hoc idem hortatur per euangelium·sic p cathedram moysi aĉ·math̄·xxiij·capl̄o·vbi sequitur·vnus est magister vester·et vn⁹ est pater vester qui in celis est·qui habet curam de omnibus·Rursus sareptena mulier in introitu affectum ad cristum ostendit dicens·Tibi dixit cor meum·In graduali seipsam cōsolabatur et hortatur dicens·Jacta cu·tu·In offerenda misericordiam petit·In cōmunione quasi secura se mirabilia narraturam ꝓmittit·

De quarta feria

Quarta feria est de penitencia·que feria est dies pemtencie·In illa enim traditus est saluator a ostenditur in epistola Orauit hester aĉ·hester xiij capl̄o·quantum eam orationem faciat efficacē per orationem hester·que cum regina existens mutata fuit cilicio·et per orationem impetrauit suspensionem aman in patibulo·quod paraverat mardocheo·Quia vero pemitencia concipiē tumore indicij·ideo de psalmo penitenciali qui intitulatur per octauam resurrectionis·scilicet·Domine ne in furore·sumitur introitus·ne derelin quas me aĉ·quia vero non valet pemitencia·nisi imitetur cristum·ideo sequiē euāgelium·Ascendens ihesus aĉ·math̄·xx·capl̄o·de cruce cristi·vbi habetur·Ecce ascendimus hierosolimam·et sequitur ibidem de filijs zebedei·qui pecierunt vt vnus sederet a dextris et alius a sinistris·Et dixit eis dominus·potestis bibere calicem·quē ego bibiturus sum aĉ·qui non bibit de calice pemtencie·nō bibet de calice glorie·Et postpomit se cristus apostolis in exemplum·qui de hoc irascebātur·

De quinta feria·

Quinta feria est de piscibus et auibus idest de non cōfidentibus in domino et confidentibus in homine·de quibus habetur in epistola·Maledict⁹ homo·qui confidit in homine hiēr·xvij·capl̄o et ponit carnem brachium suū aĉ·Et post benedictus vir qui confidit in domino·Et hec ostenduntur per euangelium homo quidaq; aĉ Luce decimosexto quod est de diuite et lasaro·diues enim nō confidebat in dño a ideo in infermo positus est·pauper vero confidebat·a ideo in sinu abrahe requiescit·In offertorio vero precatus est moyses aĉ·ostenditur q̄ oratio iusti efficax est·Moyses enim erat ouis·q; mānsuetissimus hominum fuit·et est forma ieunij·et placacionem impetrauit super iram qua dominus iratus erat iudeis·propter vitulum conflatilem·Rursus quidam hodie legunt euangelium in quo dicet·dominus non in hominis sed solius dei testimonio confidēdum·de seipso enim loquens ait secundum carnis fragilitatē Si ego testimonium perhibeo de memetipso·testimonium meum non est verum·Et ita ab homine testimonium non accipio·Et ita habeo testimonium maius iohanne·huijs consonat premissa lectio de hier·Maledictus homo qui confidit in homine aĉ·et ita·Benedictus vir·qui confidit in domino·Confidens igitur orat in introitu et in graduali·et eciam in offerendis in persona moysi in qua fit verborum repeticio·quia sepe ad dominum pro populo intercessit·De hoc eciam dictum est sub secunda dominica post epiphaniam·Communio·Qui manducat·Johannis vj·capl̄o·ostēdit quid vtilitatis prouenat confidenti·scilicet·q̄ in xp̄o maneat a cristus in eo·Et hec communio bene congrueret sabbato ante dominicam palmarū·Notandum autem est q̄ sicut precedens dominica vacat ab officio·prout ibi dictum est ita et oñes quinte ferie in quadragesima quondā proprio carebant officio·excepta forte quinta feria cene domini·Illa tamen mutuat introitum a tercia feria illam precedenti·Nam sicut quelibet quinta feria autoritate melchiadis pape soluta erat a ieunio·ita et ab officio·Unde beatus gregorius·Nullum in quinta feria instituit officium·michilomin⁹ tamen hore et matutine ac vespertinum officium cātabantur·Vnde necessarium erat·vt super benedictus et

magnificat · antiphone de euangelijs aliorum dierum sumpte dicerentur · ¶ Sed gregorius · ij · instituit ieiunium q officium quinte ferie ea tamen que prius instituta erant de matutinis · et vespertinis officijs non mutauit · et inde est q antiphone que cantantur super benedictus et magnificat in quintis ferijs non consonant euangelijs illius diei de hoc in quinta feria p̄cedentis ebdomade dictum est ·

¶ De sexta feria ·

Sexta feria agit de opere sexte diei · in qua factus est homo · et hortatur nos ecclesia ad mansuetudinem et pacienciam · vt omnem iram de cordib9 nostris remoueamus et hoc exemplo ioseph q xp̄i et c̄ epistola · dixit ioseph · gen̄ · xxxvij · cap̄ · de ioseph qui multa passus est a fratribus suis · et tamen sublimat9 est velint nolint in euāgelio mathei · xxj · cap̄lo · ¶ Monemur a predicto exemplo cristi · homo erat paterfamilias · qui plantauit vineam · id est iudaicum populū per doctrinam legis · Ad vltimum misit filium suum ad cultores vinee · ad quos prius miserat seruos quem interfecerunt · per hoc autem · scilicet mansuetudinem et pacienciā saciabimur in futuro · ¶ Vnde introitus est · Ego autem cum iusticia apparebo in conspectu tuo saciabor dū manifestabitur gloria tua · Ad tollerandas eciam persecuciones propter iusticiam hortatur in graduali · Ad dominum cum tribularer · q in offertorio · Domine in auxilium · et cōmunione · Tu domine seruabis ·

¶ De sabbato ·

Sabbatum de conuersione vel confessione per que homo cessat ab ope seruili · et sic sabatizat et recipit benedictionem a domino · qui benedixit die septimo · Ad hoc autem instruimur per legē domini et graciam spiritussancti · Vnde introitus est de lege · Lex domini q̄ · et est p̄mi tom · quia conuersio ad deum est principium bonevite · Vnde sequitur conuertens animas test · Sequitur · iusticie domini recte letificant cor da · quia dant sabbatum spirituale · et hec principaliter habentur per graciam quod ostenditur per epistolam · Dixit rebecca q̄ · gen̄ · xxvij cap̄lo · in qua habetur · q rebecca monit iacob vt afferret patri suo ysaac duos hedos · per rebeccam gracia dei intelligitur · que nos monet et inspirat nobis offerre deo abhominacionē de peccato et confessionem per hedos designatur · Hedus enim animal fetidum est · et habet carnes sapidas · Cum enim homini fetet peccatum suum confitetur illud · quod valde placet deo et angelis eius · quia gaudiū ē angelis dei super vno peccatore pemtenciam agente · Sequitur autem in epistola de rore celi · id est de gracia celesti · et de pinguedine terre · i · abundancia temporalium fit benedictio tua · et p̄mittit de rore celi · quia hom̄ spiritualia preponunt temporalibus Et postea sequitur de pinguedine terre · quia primum querite regnum dei et hec omnia adicientur vobis · Hom̄ enim omnia habent · Vnde apostolus tanquam nichil habentes et omnia possidentes · ¶ Mali similiter petunt benedictionem qui per esau designant̄ Sed quia ipi p̄eponunt temporalia spiritualibus · dicitur eis · de pinguedine terre q de rore celi erit benedictio tua · q si enim habeāt aliqua spiritualia · tamen preponunt eis temporalia · Sequitur responsorium · Bonum est cōfiteri domino q̄ē · quasi diceret ecclesia ex quo per conuersionem et confessionem peccati q reprobationem habetur · benedictio et temporalia et spiritualia bonum est cofiteri domino ¶ Item habetur in euangelio Luce · xv · homo qui dam habuit duos filios et pecit vn9 dicēs da michi partem hereditatis que me cōtingit et diuisit illis substanciam suam · et post q̄ ille consumpsit omnia postea fuit tanta fames in terra ad quam venit · vt compelletur fame esse porcarius · id est subulcus · et dixit reuersus ad se quanti mercenarij q̄ē Quando enim homo omnia bona sua amisit per peccatum non habz quid cōmedat et permittit ita deus ipsum cadere · vt arguat eum malicia sua · vt legit̄ hie · ij · circa medium · et moriatur fame · et dicat · q̄t sunt · scilicet in ecclesia qui habēt iocunditatē · mentis · et ego fame pereo · Reuertar in domū patris mei Vnde in exo · ix · habetur q egipcij compellebāt filios israhel exire de egipto · tūc recipitur et datur ei prima stola · id est gracia · et ita in euangelio habetur de conuersione · Rursus tam in euangelio · vbi agitur de duobus filijs quam in epistola · vbi agitur de iacob q ioseph duorum populorum iudaici · videlicet · et gentilis figmificacio contimetur iudaic9 graciam spiritualem amittit · gentilis vero conuersus ad penitenciam de lege domini in introitu gloriat̄ et cantat · In graduali vero confitet̄ · et laudat · In offerenda oculos suos petit illuminari ne dormiat vt inimic9 non preualeat ei ¶ Et attende q rationabiliter in secunda quadragesime ebdomada legitur euangelium de filio prodigo reuertente ad patrem · quia gentilis populus per doctrinam legis et euangelij ad creatoris cultum reuertitur q quilis penitens per fidem q operacionem · vel per duo precepta caritatis domino reconciliatur · Cōmunio est oportet te Luce · quindecimo ·

¶ De dominica tercia quadragesime ·

Tercia dominica est confessionis · et quarta refectionis · sicut enim supra dictum est · dominus in prima dominica quadragesime · armauit militem suum · In secunda ostendit ei premium · ammodo ergo nō restat · nisi vt ostendatur via · quia

per confessionem et refectionem illuc venitur ¶ Est ergo dominca ista confessionis ¶ Est autem duplex confessio· scilicet peccati et laudis ·q̄s habere debet homo·per humilitatem enim confessionis expectat homo a deo omnia q̄ expectat scilicet liberacionez et donum gracie ⁊ omnia alia bona· Vnde in troit9 est· Oculi mei semper ad dominum ⁊c̄· et est septimi thoni ·qz p septiformem graciam spiritussancti euellitur homo de laqueo dyaboli· Per confessionē emẓ scrutantur mala· ¶ Et ideo fit statio ad sanctum laurencium qui per confessionem liberatus est ¶ Nec humilitas liberauit ioseph· de manibus fratrum suorum et de carcere· q ideo cantatur de ipso in officio nocturnali· ¶ Adhuc dominica ista sexta est a dominca· lxx· a sexta feria dominus crucifixus est· ⁊ ideo fit mencio de passione· que per ioseph significaē· et ita ecīā ipsi diei competunt que dicuntur· ¶ Nam cristus per humilitatem liberatus est ab insidijs fratrū suorum· idest iudeorum ·et exaltatus est in toto egipto· idest in mundo· ⁊ ita que literaliter acta sunt· circa ioseph spiritualiter sunt facta erga cristum et nocturnum officium· ordinem comitatur hystorie· cum emẓ in precedenti dominica cātatum fuerit de iacob in hac succeditur de ioseph qui vendit9 est a fratrib9 illos in fame ditauit· et crist9 a iudeis crucifix9 sua morte humanum genus redemit et redimendo a demonio liberauit · put in euangelio legitur hodierno· ¶ Ceterum qualis debeat esse cōfessio ostendit apostolus in epistola· Fratres imitatores m·e· ⁊c̄· ad eph̄· v·c· Primo enim esse debet in humilitate· scilicẓ vt humiliem9 nos deo et ita in nouitate vite ambulemus· Secundo in perseuerancia· scilicet vt homo non redeat ad vomitū et vt infamia peccati remoueatur· Vnde dicit· Fornicacio autem et immundicia nō nominentur in vobis ⁊c̄· hoc fit per pseuerancīā in bono vita· Ad hoc idem hortamur in euāgelio i fine in quo ostendit q̄ gracia expellit peccatum· ¶ Erat inquit ihesus eiciens demoniū ⁊c̄ Luc̄· xj· et math̄· xuij· ihesus idest gracia· Iste idem demoniacus cecus dicitur a matheo et beda· cecus inquit beda videt· mutus loquit̄ possessus a demonio liberatur · ¶ Et cum eiecisset demonium locutus est mutus· quia quando data est homini gracia ·confitetur ⁊ loquit̄ in cōfessione· Postmodum ostendit dominus stabilitatem regni sui per mdiuiduam caritatem ⁊ instabilitatē regni dyaboli· Omne inquit regnum in seipsum diuisum desolabitur· et sic regnū dyaboli et suorum qui diuisi sūt a deo destruetur· Sed regnum dei manet imeternum ·et ita inuitat omnes homines ad regnum suū· quod manet· propter hoc debet homo perseuerāter agere opera confessionis· quia per ea habebit̄ regnum celorum· ¶ Et ideo responsorium est· Exurge domine non preualeat homo· idest dyabolus qui nobis intendit auferre regnum celorum

Hoc igitur intendit ecclesia vt simꝰ perfecti in confessione et similiter perfecte moriamur peccatis· vt per bonam vitam eciam infamia peccati deleatur· sicut dicit dominus per hiēr· Perdam babilonis nomē· hoc dicit quia gracia expellit peccatum et infamiam· sequitur et reliq̄as et germen babilonis ciuitatis idest memoriam delectabilem· vt scilicet homo doleat quando ad memoriam reducet ¶ Rursus· quia sicut in euangelio dicitur· Surdus audiuit· ⁊ mutꝰ verba dei narrauit · ideo dicit in introitu· Oculi mei semper ad dominum· et ne iterum deficiat· misericordiam implorans subdeus· respice in me et in ḡduali· ¶ Exurge domine· deinde· vox quōdam multi facunda facundia cuius os aperuit sapiencia· preces suas ingemmat et decenti similitudine in tractu perorat dicens· Ad te domine· ¶ In offerenda iam loquens predicat iusticias domini rectas eo quod a se humiliato demonium exierat· Sed ad iudaicum populum superbientem spiritus immundꝰ redierat· In cōmunione de muto factus orator gratulatur q̄ sicut passer inuenit sibi domū ⁊ turtur nidum·

De secunda feria·

In dominica precedenti dictum est· q̄ dominus saluat per confessionem· ¶ In hac vero secunda feria ostenditur quod dominus saluat eciā per baptismum· sed quia baptismus· dat̄ p trinitatem· ideo de trinitate est introitus· In deo laudabo verbum· et ponitur ibi ter hoc nomē deus· et est de tercio thono ·quod totum contingit propter hoc q̄ loquitur de trinitate· ¶ Epistola vero· Naaman princeps ⁊c̄· que est iiij· Re· v· capō est de naaman quam misit rex syrie dominus suus ad heliseum vt sanaret eum et precepit ei vt in iordano se lauaret sepcies et fieret eius caro sicut caro pueri· ⁊ ita factū est· iordanus interp̄tatur descensus humilitatis in qua ecclesia mūdari petit et hoc facit ad preceptum domini querens per humilitatē salutem in aqua est inferior creatura ¶ Postmodum sequitur responsorium Deus laudem meā ne tacueris· in quo ecclesia humiliat se per confessionē· ⁊ est tercij thoni racione p̄dicta· In euangelio vero· dixerunt pharisei ad ihesū Luquarto capō· ostendit dominus q̄ non fūt missi prophete· nisi ad humiles sicut heliseus ad naaman· et helyas ad viduam· et ostendit superbiam iudeorum postea dicit· ihesus autem trāsiens per medium illorum ibat ad significandū q̄ humil' q̄quid sibi fiat viā suā nō deliquat

De tercia feria·

Tercia feria est de oracione et misericordia per que eciam saluat dominꝰ Vnde introitus est· Cum clamarem ad dominū ¶ Epistola vero mulier quedam ⁊c̄· et est quarto li· Re· quarto capitulo

de vidua cuius filios creditor in seruitutē redi gere contendebat · et eius vasa oleo repleuit he liseus dicens ei · q de parte olei redderet debi tum qđ debebat et de reliquo ipa et filij tuivi uerēt vidua ē eccla cui⁹ sp̄osus xp̄s nō ē p̄sens coporaliter siue visibiliter que venit ad cristū creditores sunt demones · Vnde dyabolus exac tor dicitur · quia peccuniam suam · idest immun diciam a nobis exigit cum vsuris · Vñ ysa · xliij · capitulo · quomodo cessauit exactor · quieuit tri butum · sed cristus per opera misericordie libe rauit nos ab huius creditore Et petit̄ huius li turacio in responsorio · Ab occultis meis mun da me domine · Euangelium vero quod est ma thei · xviij · capl̄o · est de misericordia · scilicet · si peccauerit in te frater tuus corripe eum · si ig norat doce · si penitet · dimitte · non dico sep ties · sed etiam septuagesiessepties · idest quoci ens peccauerit dimitte ¶ Iterus vidua pro fi lijs ad heliseum orans dicit in introitu ego cla maui · et in graduali · ab occultis · demum preci bus exaudita gracias agit in offerenda · dexte ra domini Et docet in cōmunione · dñe quis nē quales se debeant exhibere · qui volunt oleum misericordie · scilicz · qui volunt requiescere m mōte ingrediant̄ sine macla nq operient̄ iusticiā

De quarta feria ·

In quarta feria agitur de impleccione mandato rum per quam dominus eciam saluat · Sed q per graciam est implecio mandatorū · ideo est introitus · ¶ Ego autem in domino sperabo · q est primi thom · ad ostendendum · q spem debe mus ponere in solo deo · Epistola vero · Dona ra patrem nē · est de exo · xx · capl̄o · in qua sunt instituta vel distincta precepta domini · hono ra patrem et matrem nē · ¶ In respnsorio ve ro petitur gracia in quo ostendit homo infir mitatem suam dicens · Miserere mei deus · quo niam infirmus sum · quasi diceret · non possum per me adimplere mandata · ¶ In euangelio · Accesserunt ad ihesum nē · matb̄ · xv · capitulo redarguit dominus iactanciam iudeorum qui magis imitabant̄ tradicionibus hominū quam dei · et reprehendebant discipulos domini de tradicionibus legis · vel seniorum · Quibus do minus dixit ypocrite · nē · non lotis manibus manducare · non coinquinat hominem et ostē dit per que saluamur et iustificamur · In hac quarta feria fit primo scrutinium · prout in quarta feria dicetur ·

De quinta feria ·

In quinta feria ostēdit ecclesia non esse salutez nisi a domino q maxime per virtutes · Vnde in troitus est · Salus populi ego sum nē · et est quarti thom · propter quatuor cardinales vir tutes · ¶ Epistola vero · Factum est verbū nē · est de hiere · vij · capl̄o · vbi dicitur · dominas facite vias vestras et studia vestra · et hoc propter bona opera virtutum · et reprehenduntur iudei qui credebant se non posse damnari quia habebant domini templū · et omnes alios damnatos esse dicebant · Vnde sequitur responsorium · Oculi omniū · ostendens · q in solo deo sperandum est · Euangelium vero · Surgens ihūs Luce iiij · capl̄o · est de sanacione socrus petri · per quod ostenditur q in solo deo sperandum est · quia ab ipso et per ipsum · salus mentis et corporis est · In alijs vero ecclesijs legit̄ euangelium sequentis dominice · Abijt ihesus nē · q aliter incipit · operamini in quo improperat domin⁹ turbe q magis curabant de salute corporis quam mentis · quoniam voluerunt eum facere regem post miraculum factum de saturacione quinquemilium hominum de duob⁹ piscibus et quinq panibus et hortatur eos dicens · Operamini non cibum qui perit · sed qui permanet in vitam eternam · Cui congrue premittitur premissa lectio hier̄ · vbi dominus promittit se habitaturū cum eis et sic quasi regem futurum eorum qui talem cibum fuerunt operati · vt calumniam non faciant innocentem nē sanguinem non effundant nē · ¶ Iterus introitus · scilicet · Salus populi · vox est domini populum consolantis · Graduale · offertorium et communio · voces sunt populi de regis gracia confidentis · ¶ In hac autē quinta feria in qua agitur de salute fit statō ad sanctos cosmam et damianum · qui medici fuerunt et homines corporaliter et spiritualiter sanabant · ideo de ipsis fit mencio in collecta ·

De sexta feria ·

In sexta feria que est dies crucis ostenditur · q per crucem est salus · Vnde introitus est · Facmecum signum in bonum · idest crucem · maiorē caritatē nemo habet · i · maius signum caritatis quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis · Epistola vero · Quenerunt nē · que est numeri · xx · capl̄o · est de moyse · qui bis percussit petram et fluxerūt aque · vt biberent homines et iumenta · per bimam percussionem duo ligna crucis intellige · petra cristus est · et fluxerunt aque doctrinarum et graciarum · vt possit bibere totum genus humanum · Responsorium est · In deo sperauit cor meum et adiu · sum · q in sola cruce perfecta est humani generis salvacio · ¶ In euangelio vero · venit ihesus in ciuitatem nē · Johannis quarto capl̄o · Ostendit dominus · q non solum pro nobis crucem sustinuit · sed et multos alios labores · Vnde sequitur ibi · Ihesus ergo fatigatus ab itinere nē · dicuntur ibi octo in quibus instruxit dominus samaritanam · que patent in euangelio · et ideo respōnsorium est octaui thom · Cōmunio est · qui bibit · iohannis iiij · capitulo ·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De sabbato.

In sabbato vero ostenditur q dñs saluat per iu sticiam a misericordiā. Vnde epistola. Erat vir danielis. xiij. c. Loquiē de susanna que saluata est p iusticiam. Euāgeliū est de muliere deprehensa in adulterio quam dominꝰ liberauit p misericordiam. Ecce quomō euangeliū et epistola accordant. quia ergo adultera in euangelio saluata est per misericordiam. ideo videns ecclesia infirmitatem filiorꝫ suorꝫ petit se liberari per misericordiam in introitu dicēs. Verba mea auribus percipe. et est quinti tonipter quinqꝫ q ponuntur in collecta que est talis. Protesta que sumus omnipotēs deus vt qui se affligendo carnem ab alimentis abstinent. sectando iusticiam a culpa ieiunent. i. a delectacione quinqꝫ sensuum sic daniel. susanna a ioachim. misericordiam dei nō osequentur qui sic non ieiunant. Deqē versus. introitus semiplenꝰ scilicꝫ. rex meus et deus meus. Et ideo notandum est q in introitibus aliquando duplex versus ponitur aliquando dimidiꝰ. frequencius vnus. duplex vt in introitu defunctorū. Requiem versus. Te decet ymnus. et alius exaudi oracionē mā. Quia oramꝰ p defunctis. propter. stolam corpis et anime qs rogamus eis dari. Dicitē eciam tūc secundus vꝰ quia succedit in locū illius versus gloria patri qui in officio defunctorum tacetē. p eo q mortui trinitatem vlteriꝰ laudare nequeunt ad cuius laudē ptinet ipse versus. Sepius vero vnꝰ dicatur quia ad vnum tantum scilicꝫ ad deū vertere nos debemus. Dimidius autē hic ponitē q qui misericordiam dei impetrat. suam debet imperfectionem in operibus ostiteri. psalmus em opus significat. Post epistolam sequitē respō sorū. Si ambulem mā. q sic ei respondet quem dominus liberat nullus ei nocere potest. igitur si ambulem in medio vmbre mortis non timebo mala mā. vmbra mortis est mors temporalis q si diceret. et si transeant p mortem temporalem non est timendum ex quo deus adiuuat. Et sequitur versus. virga tua et baculus tuꝰ ipsa me cōsolata sūt. quia tribulaciones domini cōsolanē hominē homū. Est aūt pmi toni. quia in solo deo ponenda est spes. In euangelio vero perrexit ihesus. iohꝫ. viij. Ostendit se dominꝰ auctorē misericordie. cum dixit. mulieri adultere. Vade et amplius noli peccare. Item misericordia fuit cum dixit. qui sine peccato est vestrum primus mittat in eam lapidem. In offertorio petit similiter p misericordiam liberari cum dicit. gressus meos dirige. et ptinet ad octauam resurrectionis. Postcommunio vero ad beatitudinē. que est nemo te. iohꝫ. viij. ca. Illud autem notandū ē q in huius sabbati opletorio antiphona. Mediavita cantatē. eo q nunc mediana quadragesime incipiat ebdomada qui vero eam in precedenti viferia cantant. numerū dierū ieuniis afflictorum attendunt hanc itaqꝫ sub breuiloquio duximus exponendam. Media vita cristus est ipse enim mediator ē dei et hoim. Ipse ē via veritatis et vita. Ipse quidem sanctus. ipe deus. ipe fortis ipe misericors saluator ad cristum g sermo dirigitur. O media vita. i. o. criste vel media vita sācta trinitas ē. q ē in se vita et nobis vita media. i. sufficiens et communis ad quā sermo dirigitur. O media vita. i. o sancta trinitas. ideoqꝫ subdistinguitur sancte deus sancte fortis. sancte im. i. pater. et fili. sancte spiritus. a quo et p quem et in quo saluamur et ideo saluator etiam trinitas appellatur. ad quemcumqꝫ tamē sermonem dirigimꝰ adiutoriū querimus quia in morte sumus in miseriis pītis vite petimusqꝫ ne ē dat nos amaritudini mortis eterne. vel suple. o domine nos existentes in vita media sumꝰ in morte. Prima fuit vita iusticie et innocencie in qua creatus est homo. Secunda est vita peccati et miserie in qua lapsus ē homo. Tercia erit vita immortalitatis et glorie ad quā repabitur homo. Nos igitur dum sumꝰ in media vita sumꝰ in morte. quia vita peccati media mors est vite iusticie et ideo querimus adiutorem. Alie eccle dicunt. medio vite. quia em nunc est mediū quadragesime quevitam psentē q sine peccatis nō ducitur repsentat. merito dicitē antiphona ipsa in morte. i. in peccatis que ducunt ad mortem. Et quia in epla fit mēcio de susanna. ideo ppter equiuocacōēz vocabuli fit hodie statio apud sācta susannam.

De dominica quarta quadragesime.

Sequitur quarta dominica in qua agitur de superna hierusalē et qr in terraz illā veniturus eo duce quo filij israhel venerūt in terram promissionis. prout sub. lxx. dictuz ē Ideo nunc legitur exodus. vbi dicit dominus. videns vidi afflictionem populi mei qui est in egipto. et descendi vt liberarē eos de manu pharaonis. Sicut autez dominus liberauit populū per plagas missas p pharaonem similiter et p plagas liberat de manu diaboli. qui nō vult dimittere nos nisi i manu fortis sicut ibi habetē.

Prima plaga est auersio aquarū in sanguinē p quam peccatum infidelitatis significatē p alias plagas significatur q homo per multas tribulaciones et penas qs habet dum moratur in peccato. cogitur redire ad dominum sicut de filio pdigo legitē. Legitur ergo exodus quia p fidem est exitus a seruitute diaboli. et p baptismū qui significatur per mare rubruz et p impleciones mandatorum. quando vero. homo talis est facit seipsum tabernaculum domino. qui vero non faciet ei hoc tabernaculuz nec ipse faciet sibi in futuro. Post exodum sequitur liber leuitici. qui est tercius in penthateuco qui ptinet ad leuitas qui debebant domino offerre sacrificia. Vnde liber est oblacionum. Ex quo enim hō implet mādata. et facit se tabernaculum non domino restat nisi oblaciones deo offerre. Debet tamen sal apponere in omni sacrificio suo quia cuz discrecione debet omia facere. quia ergo tales

debent esse mūdi ab omni pcō et offerre domi
no hostiam mūdam sanctam et immaculataz·jō
sequitur in leuitico de mundacione lepre·¶Et di=
citur ibi multociens·sancti estote· quomā ego
sanctus sum et quia hoc fit in solemnitate cor=
dis et debent omnia fieri cum gaudio· ¶Ideo po
stea in eodez li·agit̄ de sollemnitatibus·¶Ursū
quia nullus ita perfectus est quin peccet aliqñ
saltem venialiter ideo ibi habetur de dubitacio
ne moysi ad aquas contradictionis qui nec ꝓpt̄
hoc dimisit opus spirituale facere·vt ad vocem
suam fluerent aque cum dixit· Ascendat putei
·i·doctrina sacra ¶Ceterum sicut mulier ostendit
ex vna parte pomuz filio suo et ex alia inimicuz
vt venat ad se similiter et dominus·iuxta illud
Osee·xi·c·¶In funiculis adam trahām eos in vin=
culis caritatis·¶Unde in officio nocturnali osten
dit inimicum qui non vult dimittere populū ni
si in manu forti et in manu diuina scilicet per p̄=
dicatores·¶Et ideo primum resp̄sorium est·¶Lo
cutus est dominus ad moysen q̄t̄·¶Siquidem mo
yses ex aquis assumptus est cristus p quem libe
ramur ab huius mimico vel quilibet predicator
qui ex aquis scripture debet assumi·et est quar
ti toni·quia quatuor modis nos affligit dyabo=
lus·scilicet interficiendo mares·i·bona opa vl̄
virtuosos quos submergit in flumine Sliciaz·
huius mundi et cogit seruire in luto luxurie· et
latere auaricie·et palea inanis glorie·¶Porro q̄
dem quia populus in illa septuagenaria capti
uitate fleuit super flumina babilonis·et in fine
tyro permittente letabundus exiuit·et gratu=
lans hierusalē introiuit ideo cum in prima do=
minica populus captiuat⁹ fleuerit dicens·¶Cir
cumdederunt me·¶Et in secunda orauerit dicens
Exurge·¶In tercia q̄z orauerit dicēs·¶Esto mi
hi·¶In quarta consolacionem accepit dicente
domino·Invocauit me et ego exau·euz·¶In qñ
ta etiam rursus oracionē instituerit dicens Remi
sisce·¶In sexta vero dario licenciam tribuē
te consolacionez de reuersione percepit ideoq̄
dixit·Oculi mei·¶In hac septimana tanq̄ in fi
ne septuagesime ingrediens hierusalem gratu
labundus exultat dicens·Letare hierusalem·S
hoc etiam dictum est sub prima dominica·¶Sep
tenarum quoq̄ presentis vite que septem die
rum curriculo voluiē·vel potius septē etatibz
quibus mundus ipse distinguiē·sicut per dies·
lxx·sic per septem dominicas·sancta repreſētat
ecclesia·¶Prima etas est ab adam vsq̄ ad noe
¶Secunda vero a noe vsq̄ ad abraham·vel se=
cundum quosdam ad moysen·Tercia a moysevs
q̄ ad dauid·¶Quarta a dauid vsq̄ ad transmi
gracionem babilonis·¶Quinta a transmigra=
cione babilonis vsq̄ ada duētum domini·¶Sex=
ta ab aduentu domini vsq̄ ad finem seculi·¶Sep
tima similiter vsq̄ ad eundem finem simul enim
occurrunt sed illa in vigilantibus q̄ laborātibz
ista in dormientibus q̄ quiescētibus· vbi requi
escunt electorū aie inter vbera lactātis matris
sue superne hierusalem·¶In prima dominica
velut in infanciam mundi homo a felici delecta
cione deiectus clamat·¶Circumdederunt me·
¶In secunda velut in puericia mundi concipi=
ens homo spem sue reconciliacionis voce nec q̄
si precentoris implorat acceptilacionem recon=
ciliacionis dicēs·Exurge quare obdormis domi
ne·¶In tercia velut in mundi adolescencia·con
cipiens homo suam liberacionē de egipciaca ser
uitute sue ꝓtectionis a liberacionis accelera=
cionem voce moysi orat dicens·¶Esto michi in d̄
um ꝓtectorem·¶Quarta designat iuuentutem
ecclesie in qua regum dyademate coronatur· et
sapiencia ꝓphetarum ornatur·¶Unde illud offi=
cium· voce dauid·quasi precentoris in cantibus
celebratur·¶Quinta senectutem ecclesie· in qua
calor naturalis incipit deficere·¶Nam populo in
babilone captiuato ecclesia raptiua nec altare
habuit nec templum ymo organa sua suspendit
ideoq̄z quinta dominica vacat officio·¶Sexta
senium ecclesie scz fines seculorum·cum filius di
venit in mundum·et diaboli potestate liberauit
genus humanum·ne igitur sit immemor accepti
beneficij et in gratum gratulatur et ait·¶Oculi
mei semper ad dō·¶Hec autem septima et vlti=
ma significat sabbatum mundi·in quo sanctorū
anime requiescunt·illic hierusalem que sursum
est·que libera est que mater nostra est letatur·
¶Unde dicitur dominica leticia·est enim septima
a·lxx·et per septenarium significatur septima e
tas eorum qui sunt in requie·¶Representat enim
hec dominica libertatem concessam filijs israhel
redeundi a babilone·anno septagesimo q̄ habue
runt plenariaz in anno septuagesimo·¶In totū
huius diei officium de leticia est ad representā
dum illorum leticiam·et etiam nostram·quoni=
am finitis sex etatibus erimus in septima a mun
di exilio liberati·cum celestem paradisū que est
patria nostra intrabim⁹·¶Cantatur ergo introi
tus·Letare hierusalem· ad ostendendum q̄ fic̄
illi cum ingenti leticia a babilone venerunt in
hierusalem ita et nos ab hoc mundo letantes in
celestem hierusalem venimus·¶Babilon enim
interpretatur confusio·vnde significat mundū
vel infernum quia in hoc mundo est confusio vi
ciorum et in inferno tormentorum·¶Dicitur eti
am hec dominica refectionis·quia in ea dom⁹
refecit et saciauit quinq̄z milia hominuz·vel q̄
in ea ostenditur celestis hierusalem ex qua omis
refectio est·q̄ ergo ecclesia letatur pro hac re
fectione ideo cantat·Letare hierusalem·i·eccle
sia·tibi enim eterna requies promittitur·¶In
nocturnali enim officio cantatur responsorium·
Audi israhel precepta domini·et ea in corde tuo
quasi in libro scriby·et dabo tibi terram fluen=
tem lac et mel·¶Postea sequitur in introitu
ab vberibus consolacionis eius·hec verba sunt
duo testamenta·de quibus sumuntur ꝓmissio=
nes dulces in quibus est consolacio nostra· et sūt
in ea tria verba leticie scilicz·letare gaudete·et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

exultate·racio quare posita sunt dictum est sub ca·de·lxx·in principio·Et sumitur iste introit9 de ysa·vltimo·c· sed de antiqua translacõe qr in ysa·sic non iacent verba hec·Versus vero de ps·qui loquitur de hierusalem supernasc9 letatus sũ et est qumti toni·ꝓter quinq9 milia hominum ques refecit·vel ideo quia illi qui cohibent et refrenant et bene ordinant quinq9 sens9 corporis illi habebunt huius refectionem et cõsolacionem de qua in introitu et que petitur in collecta·Concede quesumus omnipotens deus vt qui ex merito nostre actionis affligimur tue gracie consolacione respiremus·Scripserũt tñ quidam q9 quia a liberius papa qui tamẽ incronica non inuenitẽ celebrauit tali die rome in dca ecclesia que vocatur hierusalem ideo cantatur·Letare hierusalem·Et nota q9 in quibusdam ecclesijs hac die·i·in festo annunciacionis domini due collecte dicuntur vt quasi duplex festum exsoluere videantur·quod non fit in alijs ꝑcipuis festiuitatibus·vt natiuitatis domini & similibus·quia ille per octauas ꝓducuntur nec vni9 diei dumtaxat obseruancia sicut ista coangustãtur·Sequitur epistola·Scriptuz est enim quoniaz abraham duos filios habuit nc̃·ad gal'·iiij c·Vbi sequitur·que sursum est hierusalem·libera est que est mater nostra hoc autem dicit·vt non timore seruili seruiamus domino sed amore Responsorium est de eodem·letatus sum nc̃·et est septimi toni ꝓpter septimam etatem in qua erimus in quiete·ſ quia adhuc sumus in labore ideo sequit̃ tractus sed suauissimus·Qui confidunt in domino etcetera in quo ostenditur q9 qui in domino solo sperant habebũt illam refectionem·Sequitur euangelium·Abiit ihesus transmare gallilee nc̃·ioh'·vj·c·Quinq9 autem panes quibus dominus refecit nos prout ibi legitur·sunt quinq9 libri moysi·duo vero pisces sũt psalmus et ꝓphecia·vel libri iosue·& iudicũ quia de illis·vij· libris simul ntur orationes in hac dominica·et ita refecit omnes·Offertorium est·laudate & est secundi toni·ad ostendendum q9 deũ laudare debemus & ꝓ corporali refectione et ꝓ spirituali·Postcommunio vero est·Hierusalem que edificatur vt ciuitas nc̃·Et loquitur de illa hierusalez que libera est·et est ãr ti toni propter quatuor que ibi dicunt̃·Primuz est quia omnia sunt communia·ibi enim deus est omnia in omnibus·Secundum est q9 eternaliter participantur ea que ibi sunt·vnde dicit·Cuius participacio eius in idipsũ·Certum est q9 null9 de filijs dyaboli potest ibi ascẽdere·vnde dicit·Illuc enim ascenderũt tribus tribus domini·Quartuz quia ibi est optima laus dei vnde sequitur·Ad confitendum nomini tuo domine·Et inde est illud beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabũt te·In hac dominica roman9 pontifex celebratur9 ad ecclesiã ꝑgens· & rediens ab eadem aream in manu sub aspectu populi fert rosam·

Circa qs duplex insurgit racio· vna secundum literam·altera·secundum spiritum·Sane secundum literam·ne fidelis populus ꝓpter quadragesimalis obseruancie asperitatem sub cõtinuo labore deficiat·quia quod caret alterna requie durabile non est·ideo in hac mediana dominica quadragesime quoddam recreacionis solacium interponitur vt anxietas temperata leuius sufferatur·iuxta illud·Interpone tuis·interdum gaudia curis·Hodie enim officium totum leticia plena est·et in omni verborum clausula iocunditas exuberat·gaudium resonat·hilaritas inculcatur·Tria itaq9 representat·dies ista sc̃z caritatem post odium·vnde dicitur·Letare hierusalem·et conuentum facite omnes qui diligitis eam·gaudium post tristiciam·vnde·Gaudete in leticia·quia in tristicia fuistis·& sacietatem post famem·vnde vt sacieni ab vberibus cõsolacionis vestre·Hec tria pariter designantẽ in tribus ꝓprietatibus huius floris·caritas in colore·iocunditas in odore et sacietas in sapore·Rosa quippe pre ceteris floribus colore delectat odore recreat·et sapore confortat·delectat in visu recreat in olfactu·et cõfortat in gustu·Nempe rosa in manu romani põtificis·gaudium israelitici populi designat·quando per graciam cristi·data est illi de babilonica captiuitate licenciam redeundi·Inde illam donat nobiliori et potenciori·qui tunc in curia reperitur·in quo nobilitas et excellencia illius peculiaris populi domini designatur·demum ille cũ multo equitatu & leticia ingenti·ciuitatem cum rosa circuit figurans gaudium illius populi in ciuitatem hierusalem reuersi atq9 omnionẽ totius fidelis populi et ecclesie leticiaz de premissis·Spiritualiter autem flos iste florez illũ significat·qui de se dicit in canticis·Ego flos campi et lilium conuallium·et de quo ꝓphet̃a Egredietur virga de radice yesse·et·f·d·i·c·a·Qui est vere flos florum·i·sanctus sanctorum·quia pre ceteris floribus·i·sanctis colore delectat in visu·Nam speciosus forma pre filijs hominum in quem desiderant angeli ꝓspicere·Qui odore recreat in olfactu quia sicut legitur in cãticis·i·c Meliora sunt vbera tua vino flagrancia vngentis optimis·Qui sapore confortat in gustu·q9 panis quem ipse dat caro sua est ꝓ mundi vita omne delectamentum habens·& omnis saporis suauitatem·Hic est enim qui de quinq9 panibz & duobus piscibus quinq9 milia hominum saturauit·Triplex autem est in hoc flore materia aurum videlicet·mustus et balsamum quia triplex in cristo substancia·deitas corpus·et anima·Sed balsamo mediante mustus auro coniũgitur· quia anima mediante corpus coniungitẽ deitati·Diuina enim natura tante subtilitatis ẽ vt corpori de limo terre formato non ꝺgruerz vniri nisi racionali spiritu mediãte·Rursus flos ipse aureus est quia rex regum·et dominus dominãciũ·cuius rubor apparuit in signis passiõis

et odor in gloria resurrectionis. ¶ Huius flo
ris baiulus est vicarius saluatoris · romanus ve
ro pontifex successor vtiqz petri et vicarius ihe
su cristi · qui hunc florem fidelibus populis de
monstrat · non omni tempore sed in hac domini=
ca tantum que septima est ab illa que · lxx · nūcu
patur · quia xp̄s non in qualibet hora sed in sep
tima tantū etate videt̄ ab illis qui beata requie
solantur · Rursus in vrbe ostenditur non alibi
q̄ apud basilicaz que sancte crucis in hierusalē
appellatur · que superne hierusalem tipum opti
net · et spem representat · de qua dicitur in epi=
stola hodierna · Illa que sursuz est hierl'm libera
est que est mater nostra · in qua xp̄m angeli san
cti et beate anime otemplantur ad quam merito
dicitur · Letare hierusalem · et conuentuz facite
omnes qui diligitis eam · q · d · vos catholici non
heretici ¶ Offert autem hodierna statio ab illa
que fit ibidem in secunda dominica aduētus · qr
illa future beatitudinis est annunciacio · hec qua
si presentis otemplacio · vnde et festiuius agit̄
quia spei nostre festiuitas est · Hac eciaz die cri
stianus coronatur imperator · vt semper coro=
na superne hierusalem meditetur · Dauid ter in
regem vnctus est vt dicetur sub dominica post
ascensionem · ¶ Hec ergo dominica priuilegia=
ta est quia representat licenciam redeundi de v
uitute ad libertatem populo israelitico concel
sam et leticiam ex hoc habitam ·

¶ De secunda feria ·

Secunda feria est de iudicio · vnde in epi
stola · Venerunt due aē · iij · ſe · iij · c · agi
tur de iudicio salomonis duabus mulie=
ribus de puero otendentibus · Mulier vna que ·
dixit q̄ diuidatur puer · est synagoga que diui=
di conata est puerū ihesū · Alia mulier que dixit
detur ei infans viuus est ecclesia · vnde in respō
sorio petit hec mulier puerum · Esto michi in de
um protectorem · i · petit sibi dari cristum · Euan
gelium · qpe erat io · ij · c · similiter est de electio=
ne vendencium · et de iudicio ibi habet̄ q̄ nō cre
debat se ihesus eis · quia visi fūt eum interficere
postea sequitur de passione filia · Soluite · i · solue
tis templum hoc et in triduo excitabo illud · scie
bant em̄ quod facturi erant · Quia vero ex pas
sione domini omne gaudiū ideo in offertorio cā
tat ecclesia · Jubilate · Jn introitu autem petit iu=
dicari · sed prius petit misericordiam · Deus in
nomine tuo saluū me fac · scz per misericordiam
et in virtute tua iudica me · et est quarti tom ·
quia ibi habetur · ab insurgentibus in me libera
me · i · ab inimicis · qui quatuor modis sicut dictū
est sub dominica · insurgunt contra nos · et ideo
sicut dominica fuit de misericordia · ita secunda
feria est de iusticia ·

¶ De Tercia feria ·

Tercia feria est de oracione · i · de efficacia
oracionis que scz fit salua iusticia · quod
ostenditur in epistola · Locutus est aē ·
que est exod · xxxij · c · vbi sequitur dimitte mevt
deleaz eum · et moyses orauit pro populo · et do
minus dimisit peccatum · salua tamē iusticia · qr
reseruauit sibi vindictam · vnde et si qpter illud
peccatum qd̄ omiserunt in cristum precipue pu
niantur · tamen et qpter illud quod omiserunt
tunc scz adorando vitulum vnde dicit dominus
in euangelio implete mensuram patrum vestro
rum · ¶ Quia vero tam efficax est oracio · ideo in
introitu dicit ecclesia · Exaudi oracionem meam
aē · versus otristatus sum in exercitacione mea
contristatus enim fuit p dilacione patrie a m
colatu miserie · ¶ Quia vero exercitacio xp̄iam
est in cohercione a petulancia et lasciuia quinq̄
sensuuz ideirco quinto tono resonat hūc intro
itum ecclesia · Et sequitur epistola · Locutus est
aē · in qua sicut dictum est impetrauit moyses
dimissionem peccati · salua iusticia · a vt filij eo=
rum mererentur intrare terram promissionis ·
ideo in responsorio orat ecclesia · vt mereatur
ipsam impetrare filijs suis vt intrent in terraz
pmissionis licet adorauerunt vitulum oflatilē
· i · venerati sunt lasciuam et pompam mundi di
cens · Exurge domine fer opem nobis · et ver sus
Deus auribus nostris audiuimus quoniam tu li
berasti eos · et cōdonasti eis · similiter et fac nob
spiritualiter · ¶ Postmodum sequitur euangeli
um · Jam die festo · iob · vij · c · de obstinacione iu
deorum qui dicebant · Quomodo hic literas scit
cum non didicit · Et dixit dominus · moyses dedit
vobis legem a vos vultis me interficere · q · d ·
contra legem vestram vultis facere et facitis ·
Et direrunt demonium habes ecce quomodo ob
stinati fuerunt · et hoc est qd̄ in epistola habet̄
Recesserunt cito a via quam ostendisti eis · Ec=
clesia vero ostendens se non offendere peccatis ·
dicit in offertorio Expectans expectaui dominū
ostendens se expectare xp̄m vsqz infinem a quia
bene expectat qui a lasciuia quinqz sensuum ab
stinet · ideo quinti tom est · ¶ Per hanc autem
spem reducitur nouus populus in terram pmis
sionis · vnde sequitur postcōmunio · Letabimur
in salutari tuo · et est primi tom · quia omnis le
ticia a deo est ·

¶ De quarta feria ·

Sequitur quarta feria · que est cathecu=
zandorum · quia ea die ducūtur ad eccl̄az
cathecumim · et cathecizātur idest instru
untur et hoc est tercium scrutinium vt iam dice=
tur · vt autem seruiamus consuetudini ecclesie
ytalie que scrutiniū solemnitatem obseruat et iu
ribus de illo loquentibus · et quia eciam quedaz
de his que in illo fiunt vbique in baptizando fr
uantur ideo aliqua de illo dicamus viz · quit̄d
sit scrutinium et vnde dicatur et vnde originez
traxit · quando et quotiens et quare in tempori
bus statutis fiat · quid in eo fiat vsqz ad exorcis
mum · Et quid ab exorcismo vsque ad ecclesie in
gressum · Et quid ab ipso ingressu vsqz in finez
Et quare hec omnia fiant · Subsequenter vero
de officio misse huiꝰ diei dicemꝰ · ¶ Scrutiniū

nichil aliud est quam fidei et religionis cristia ne inquisicio. ¶ Est enim quasi quoddam iter seu preparacio ad baptismum q dicitur a scrutādo id est inquirendo quia fidei religionis inquisicō fit in eo vnde originem traxerit iam dicetur.

¶ Incipit autem fieri scrutinium in quarta fe ria tercie ebdomade. xl. sed in hac quarta fit so lemne. fiebant enim in primatiua ecclesia. vij. scrutinia duo. s. in quarta feria. et sabbato ter cie ebdomade. et duo in hac quarta feria. et sab bato huius quarte et domade. et duo in hac ḡr ta feria. et sabbato quinte ebdomade et vnū in quarta feria vltime ebdomade. in quibus. adul ti qui venturi erant ad baptismū docebantur o racionem dominicam et q simbolum. vt in sequē ti tunc sabbato in quo baptisandi erant vtrum q ante baptismum scirent. et adhuc hodie inq busdam ecclesijs. vij. fiunt scrutinia ꝓpter sep tiformem graciam spiritussancti. ¶ Sed tercium videlicet hac die solemnissimum. et in omnibus ecclesijs ordinem romanum sequentibus in quo libet scrutinio dicitur missa scrutinij videlicet. ¶ Cum sanctificatus fuero. de qua iam dicetur. dicuntur eciam ꝓprie collecte pro cathecuminis vt. Omnipotens sempiterne deus ecclesiam tu am. Item remidij aē. ¶ Sed queritu quare ter ciumscrutinium fit solemne q non primum nec se cundum. Respondetur ad notandū q nec pria etas. i. infancia nec secunda. i. puericia ita apta est seruicio dei sicut illa in qua maxime discrecio boni et mali haberi incipit et in qua contra car nem pugnatur. Inde est eciam q non prima tri bus. i. tribus iude. nec secūda est. i. tribus sime on. sed tercia. i. leuitica sacrificijs domini est de putata. ¶ Sed nec in primo libro pentateuci nec in secūdo agitur de sacrificijs sed in tercio ꝓut dictum est in precedenti dominica. Fit aūt scru tinium in hac octaua ebdomada a. lxx. quia dum iudei fuerūt in babilonica captiuitate miscuerūt inter eos quidam de gentibus vnde post eorū reditum ignorabatur de pluribus vtrum es sent iudei vel non. Quidam eciam dicebant se fo re de leuitica tribu. qui non erant et se sacerdo tes. qui non erant. Ideoq esdras q alij sapiētes geneologias diligenter scrutati sunt. et iude os a gentilibus. et leuitas a nō leuitis segrega uerunt. ita q nos in hac septima ebdomada que finem illius. lxx. babilonice captiuitatis signifi cat scrutinium facimus vt credentes ab incredu lis segregemus. quos in sacrosancta solemnita te redempcionis nostre ex aqua q spiritu sanc to renouemus. nō em in primitiua ecclesia alio tempore baptisma celebrabaē. nisi forte mor tis periculo imminente. Omnes igitur ecclesie proles q̄ per anni circulum verbi papulo gene rabat hac die nomia sua dabant. in quibus per scrutandum erat. ne qua radix amaritudinis in esset. vt in hereticis ne prius illis sancta daren tur q̄ xp̄iana fides radices in eorum mentibus fixisset. vnde nominibus datis quilibet eorum ꝓ dies sequentes vsq ad pasca fidei regulam audi ebat. et sic lactatus et grandescens in plenitu nio. i. in baptismo plena fide fiat volum reddens xp̄o in baptismo cōmoriebatur et resurgebat.

¶ Porro in hac quarta feria fit scrutinium ꝓpt multa. Primo quia ipsa prefigurata est a quar ta seculi etate. que fuit a dauid vsq ad transmi gracionem babilonis. In qua non solum iudee gentis inchoatum est imperium. verum eciam cristi et xp̄ianorum regnum exp̄ remissione sūp sit exordium. Jurante domino dauid. De fructu ventris tui ponam super se. t. ideoq merito in hac feria catḣecumini ad cristi nomē accedunt. et cristiana religio in ea inicium capit. ¶ Secūdo quia sicut in quarta feria stelle create sūt et in celo soli et lune iunctē. ita et fideles hodie concipiuntur qui cristo soli et ecclesie lune con iungunt̄ et in celo. i. in patris regno iā spiēdēt in spe et in futuro splendebunt in re. ¶ Tercō quia sicut in quarta etate edificatus est templū domini per salomonez. sic et in hac quarta feria p̄paramus baptizandos vt sint templum do mino. Quarto quia in quarta feria cepit nostra redempcio. in qua ꝓditus est dominus a iuda vt pro redimenda ecclesia moreretur ideo et in ḡr ta feria isti p̄parantur. vt effectum percipi ant redempcionis. ¶ Quinto quia agnus. xxiiij diebus obseruabatur et p̄parabatur et luna xv. immolabatur. decet vt ecclesie noua soboles que. ad comoriendum xp̄o in baptismo p̄para tur diebus. xv. anteriori ieiunio spiritualiter sa gnata etati lune que illam significat exequet̄. Sexto quia quarta hominis etas scz iuuētus p quartam feriam significata apta est prelijs et gubernaculo imperij et ideo cathecumini p̄para rantur in quarta feria ad prelium contra dyabo lum. et ad regnuz et imperium regni dei hoc au tem ordine scrutinia celebrantur quoniaz a pn cipio vsq ad exorcismum hec fiunt. Primo qui dem fit nominum baptizandorum per acoli tuz descripcio. et eorum per nomina in ecclesia vocacio. Secundo masculorum ad dexteram fe minarum ad sinistram ad ianuam ecclesie. vbi fi dem petunt deductio. Tercio per exorcistaz ge mina interrogacio. vna de renunciacione diabo li. alia de fide xp̄i. Quarto demonis exsufflacio Quinto crucis in fronte expressio.

¶ Sexto dicitur oracio. ¶ Septimo fit in ore sa lis impositio. ¶ Quod igitur nomina per acoli tum scribuntur. ex quo eciam ipse notarius di ctus est significat q nomina fideliuz in libro vi te scripta sunt. Quod nominatim vocantur sig nificat vocacionem fidelium ad vitam eternam. Cet erum ianua xp̄s est ducuntur igitur creditu ri ad ianuaz. i. ad cristuz qui de seipso dicit ego sum ostium. per me siquis introierit saluabitur Quod vero masculi ponuntur a dextra et femine [illegible]tra. designat q viriliter agentes a dextris [illegible]inati a sinistris in iudicio statuuntur. [illegible]ciāt dyabolo per [illegible] se a iugo [illegible]

cui ex originali sunt obnoxij subtrahunt · ℣ Per hoc enim q̄ fidem cristi confitentur · iugo cristi se subiciunt ¶ ℣ Demonis exsufflacio est potestatis eius debilitacio · ℣ Crux que imprimitur frontj est vexillum nostrum · quo · dyabolum vincim⁹ non fit aliud signum nisi crux · ℣ Et in hoc solo signo dyabolus sciens se esse victum otremescat et fugiat · ℣ Fit autem in sede pudoris idest in fronte ne erubescat fidelis confiteri dominum suum esse crucifixum · ℣ Oracio otra dyabolum est iniunccio · ℣ Sal in ore posicio est sapiencie condimētum hec plenius dicta sunt in parte prima sub titulo de vnctionibus · et dicetur sub sabbato sancto · ¶ Nunc dicenda sunt que ab exorcismo vsq̄ ad ingressum ecclesie fiunt · ℣ Primo dyabolus exorcizatur et ter repetuntur verba illa · Audi maledicte dyabole et cē ¶ ℣ Secūdo masculi seorsū ponuntur · ℣ Tercio · ad monicionez dyacon capita inclinant catheczumini · et super eos oracio dominica et simbolum dicitur ¶ ℣ Quarto a sacerdote aures et nares illorum saliua tanguntur ·
¶ Tumto ab acolito illuminātur · ℣ Sexto a dyacono euangelium super eos dicitur ¶ ℣ Septimo per hostiarium in ecclesiam introducuntur ℣ Primo ergo exorcisatur diabolus idest adiuratur · vt a fidelibz recedat · ter repetūt verba illa · audi maledicte dyabole et cetera · quia in confessione trinitatis dyabolo resistitur · ℣ Deorsum masculis · et deorsum femims fit exorcismus · quia maioribus maiora · minoribus minora sunt proponenda · ℣ Quod ad ammonicionē dyacon capita inclinant significat q̄ cuz deo cōmunicuri ac clamante dyacono capita inclinabāt · et hec oracio pro omunione habetur · ℣ Nō simbolum nō oracionem dominicam sacerdos super capita eorum dicit · notat q̄ templum domini cōtra dyabolū munit · aures et nares saliua tangit vt doctrinā de ore predicatoris procedentem fideles libenē audiant · nō ipsa eis bene redoleat quo adusq̄ spiritum habent in naribus quamdiu viuunt · ipsorum illuminacio est tenebrarū ignorancie et peccati per lumen intelligencie effugacio · ℣ Euangelium quod super eos dicitur · est doctrina saluatoris qua instruuntur · ℣ Deinde per ostiarium introducuntur · quia post implecionem euangelij · per ostiarium idest · per spiritūsanctum in celestem patriam introducuntur · ¶ Post hec dicēda sūt ea que ab ingressu ecclesie vsq̄ ad missam fiunt ℣ Primo masculi ad austrum statuūtur · femine ad aquilonem · ℣ Inde quatuor lectiones super eos leguntur · et quatuor inicia euangeliorum · ℣ Deinde duo vnus masculus · et vna femina · et in sactuarium ab acolitis portantur · ℣ Post simbolum grece super masculos · latine super feminas dicitur · his peractis ecclesiam ingrediuntur et sic missa cantatur ¶ ℣ Quod autem masculi ad austrum et femine ad aquilonem statuūtur significat q̄ fortiores hostibus tēptacionem obiecturi sunt et debiliores humiliter sint erud[itur]
¶ Quod quatuor lectiones super eos l[eguntur]

significat doctrinam quatuor euangeliorum · q̄ instruūtur · vnde statim quatuor inicia euangeliorum super eos quasi congreget eos a quatuor partibus orbis · ℣ Quod vnus masculus et vna femina portantur in sacrarium significat · q̄ de vtroq̄ sexu fideles ascendunt in celum · ℣ Sed nō ascendunt nisi vnus id est in vnitate ecclesie cōstitut⁹ · sicut et in probatica piscina · in qua sanabat̄ nisi vnus · ℣ Quod simbolum legitur super masculos grece · et super feminas latine · per duas linguas q̄bz simbolum legitur omnem linguaz intelligimus · ℣ Nam in grecis viguit sapiencia · in latinis scilicet romanis potencia et ita per has duas tanquam excellenciores omnem linguam intelligimus · quasi cum apostolo ad phil' · ij · c · dicamus omnis lingua confiteatur quia dominus noster ihesus cristus in gloria est dei patris ·
℣ Expositionem oracionis dominice et simboli · in quarta parte in suis locis exposuimus · ¶ Et attende q̄ ante hanc quartam feriam in dominica vel in secunda feria est huius ferie scrutiniuz populis anunciandum his verbis · ℣ Scrutinij diem dilectissimi fratres quo electi nostri diuinitus instruātur intime cognoscite · ideoq̄ sollicita deuocione sequenti quarta feria · circa horaz nonam conuenire dignemini · vt celeste ministerium quo dyabolus cum sua pompa destruitur et ianua celestis regni aperitur ineulpabili misterio peragere valeamus · In hac vero feria quarta fumtis missarum solemnijs prespiter annunciat · vt sabbato proximo ad scrutinium reuertantur · nō sic iterum atq̄ iterum anūciat donec septez scrutinia celebrentur · ¶ Bene expleto scrutinio dicitur missa vt premissum est · in q̄ legitur lectio et epistola · quia baptizandus in duobus est catheczizandus idest instruendus · scilicet in nouo et in veteri tes · maxime in illis que pertinēt ad baptismū · ℣ Rursus quia instruendus est in fide et moribus · ideo due lectiones leguntur · de quibus in eis cum suis respōsorijs disputatur · ℣ Legitur enī de philippo q̄ de eunucho euangelizauit ihesū · et secundum aug · euāgelizare ihesum est non tantum do cere ei edēda sed eciam que sūt p⁹ baptismū seruanda · ¶ In prima ergo lectione scilicet sanctificabo et cetera · que sūpta est de ezechi · xxxvj · de fide agitur vbi dicitur · ℣ Tollam quippe vos de gentibus · nō congregabo vos de vniuersis terris · et effundā super vos aquam mundā et mundabimini ab omnibus inquinamētis vrīs · et dabo vob cor nouū · fideles enī de varijs terris congregati sunt in ecclesia nō aqua salutaris baptismi super eos effusa est qua ab vniuersis peccatis et erroribus sūt mundati · et datum est ei cor nouum vt credant in cristū · De hac lectione sumitur introit⁹ Dum sanctificatus fuero nē · vel baptisat⁹ dicitur cor nouū · ℣ In versu autem · ℣ Benedicam dominum · nē · sūt graciarum actiones de hac sanctificacione · et est tercij toni · quia sanctificacio pertinet ad trinitatem · ¶ Verum quia per talem

ſanctificacionem fiunt homines filij dei · ideo ſequitur ℊduale Venite filij audite me timorē domini docebo vos qđ eſt ſeptimi tom· ꝓpt̄ ſeptē dona ſpiritusſancti que dantur in baptiſmo· vt quia ad hoc qȝsvere credat in cristum neceſſe eſt vt timeat deum· ideo ſequitur ipſum graduale· vbi ſequitur de timore· Initium ſapiencie timor domini eſt Qui ergo radicez impoīt crudelitatis eum a timore mehoare oportet· iuxta illud· A timore tuo domine concepimus a pepe rimus ſpiritum ſalutis· In ſecunda lectione ſcilicet in epiſtola· Lauamini et cetera· que ſimilē de ysa· i· c· agitur abundanter de moribus· vbi dicitur quieſcite agere peruerſe· diſcite benefacere etcetera· a poſtea concluditur· a venite et arguite me dicit dominus· quaſi diceret· ſi hoc feceritis et vos non remunerauero iure me tanquam iniuſtum redarguere poteſtis· Item dicitur ibi· Lauamini ſcilicet per baptiſmū· a eſtote ideſt manete mundi ſcz per penitenciā· a ꝙ poſſint oſtendit dicēs· Auferte malum cogitacionum veſtrarum· et ſi fuerint peccata veſtra vt coccinum quaſi nix dealbabunt̄ a cetera· verum quia illi qui fidem veram et bonos mores ſe ruāt· ad hereditatē domini pertinere ꝓbant̄ Idcirco ſequitur ℊduale· Beata gens cuius eſt populus deus eius· populus quem elegit in hereditatem ſibi· hi efficiunt̄ celi qui verbo ideſt filio dei firmant̄· Vñ ſequitur verſus· verbo domini celi firmati ſūt a cē· Item quia in talibus locum habet beatitudo· ideo graduale illud ē primi tom qz beatitudo a ſolo deo eſt· Ab his qȝ nō diſcrepat euangelium precedens ſcz Pretriēs ihs· Joh· ix· c· quod eſt de illuminacōe ceci· quia ceci illuminātur in baptiſmo· vñ dicit̄ ibi Lutum fecit dominus exſputo· a precepit ceco vt lauaret ſe in natatorio ſiloee ideſt xpi q̄ miſſus fuit a patre id eſt in baptiſmo vel in doctrina criſti de quo dicitur gen· vlti· c· Non auferetur ceptrum de iuda a dux de femore eius· donec veniat qui mittendus eſt· hebreus habet donec veniet filo· ideſt miſſus· poſtmodum in gracia rum actione ſequitur offertorium ſecundi tom· propter illuminacionem a confirmacionem· Dicto autem offertorio archidyaconus aſcendit pulpitum clamans alta voce· Si quis eſt catheccuminus exeat foras· put dictum eſt in ꝓhemio quarte partis· a tūc omnes catheccumini exeunt foras a ſic fit ſepcies prius quam baptiſent̄· videlicet in q̄libet ſcrutinio· q̄ regnaturi ſūt nec inter dei filios computari nec criſti miſteriis cōuenit intereſſe· Quidam tamē catheccuminos ante euangelium de eccleſia eiciunt· quod non laudamus· cum eis ſit euangelium predicandum ſic et apli primicijs gencium euangelium predicauerunt· ſed ſacrificio intereſſe non debent· tum qz ſacerdos orat pro circumſtātibus q̄z fides deo cognita· eſt et nota deuocio· ac iſti nonduz fideles vocantur· tum quia quod conficitur· fidelibus porrigitur· ¶ In poſtcommunione vero agit gracias cecus de illuminacione ſua dicens Lutum fecit ex ſputo ioh· ix· et eſt primi tom tom quia ad locum vnde exeūt flumina reuertūtur vt iterum fluant· ſic autem recognoſcēdo bona· debemus agere deo gracias· Hec quarta feria in hoc priuilegiata eſt· quia in ea leguntur due lectiones· pro eo qđ in ſequenti ſabbato ordines celebrantur· Item quia hac die ordinandi examinantur· Item quia hac die fit ſcrutiniū baptiſandorum in ſabbato paſcali vt premiſſum eſt·

De quinta feria·

Quinta feria oſtendit qđ non eſt ſanctificacio niſi a deo· vnde introit eſt· Letet cor querencium dominum· et poſt· querite faciem eius ſemper· et eſt ſecundi tom· quia queritur vt habeatur et poſtea vt amplius habeatur· quanto enim magis habetur· tanto magis queritur· Epiſtola vero· venit mulier et cetera· iiij· Re· iiij· c· eſt de reſuſcitacione filij mulieris ſunamitis quem reſuſcitauit heliſeus· et incubuauit ſe ſuper puerum· et pueri qualitati ſe conformauit· puer vero vij· excitaciones emiſit et ſic eſt reſuſcitatus· Nempe ſunamitis interpretatur captiua· filius eius genus humanū quod dicitur puer propter paruitatez ſenſus baculus de quo ibi dicitur eſt lex que percutit dicens oculum pro oculo et cetera· que neminem ad perfectionem ducit· heliſeus vero ideſt criſtus inclinauit ſe ſuper hūc puerū ideſt exinaniēs ſe fact̄ ē ei ſimilis et reſuſcitat eſt· Sed oportet vt· vij excitaciones emittat· ¶ Prima eſt fidei quia ſine fide non eſt introit· Primo enim veritati ſit quis credere et oia poſſibilia ſūt credenti· domine mi quit leprioſus· ſi vis potes me mundare· et dixit volo mundare· ¶ Secūda excitacio ē timor· ¶ Tercia eſt doloris de peccatis· quia miſericordia non fit ſine iuſticia· ¶ Quarta propoſitum confitendi· ¶ Quinta eſt propoſitum ſatiſfaciendi· ¶ Sexta propoſitum de cetero nō peccandi· qđ ſcilicet non offendat deum creatorem ſuum· et omnia iſta debent fieri in ſpe vite eterne glorie· Vnde ſpes eſt ſeptima excitacio· Reſponſorium eſt· Reſpice in teſtamentum tuum· et poſt exurge· i· fac nos exurgere· a eſt qñti tom· propter quinq̄ ſenſuū reparacionem ſiue innouacionem· ¶ Euangeliū vero· ¶ Abiit ihesus et cetera· luc· vij· c· eſt de reſuſcitacione filij vidue· cui dominus dixit· Adoleſcens tibi dico ſurge· ¶ In quibuſdam tamen eccleſijs dicitur illud euangeliuz· Sicut pater ſuſcitat mortuos et viuificat et cetera· ¶ Sequitur offertorium Domine ad adiuuandum et cetera· vij· tom ꝓpt̄ ſeptem excitaciones in graciarum actiones·

¶ Poſtcommunio vero eſt de eterna beatitudine ſcilicet· Domine memorabor iuſticie tue· cui competit dare eternam beatitudinez que erit octaua reſurrectionis·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De sexta feria.

Sexta feria prorsus idem dicat q̄ quinta Et est introitus. Meditabor nc̄. versus celi enarrāt. ideſt ſancti. et eſt primi toni quia. in ſolo deo ponit ſpem. In epiſtola. Egrotauit nc̄ cetera. in. Re. xvij. c. pomtur reſuſcitacio filij vidue ab helia. Reſponſorium eſt. Bonum eſt ſperare in dñoſemp quia reſuſcitat et eſt quinti toni cuius racio in precedēti feria eciam dicta eſt. Sequitur euangelium. Erat quidam. ioh. xi. c. de reſuſcitacione lazari q̄ hac die reſuſcitatus eſt. Et offertorium in gracia rum exhibicionem populum humilem ſaluū fa cies domine et cetera. primi toni. eadem racione. quia ſcilicet in ſolo deo ſperandum eſt. In poſtcommunione vero habetur q̄ ad preces ea rum. ſcilicet marie et marthe ſuſcitatus fuit la zarus videns dominus flentes ſorores lazari nc̄ cetera. ioh. xi. c. per quod ſignificatur. q̄ ad p̄ ces ſanctorum ſuſcitat deus mortuos. ſpiritua liter dans eis primam graciaz. et eſt primi tom ꝓpter primam reſurrectionem ſcilicet anime. et attende q̄ ſemper hac die que eſt. xv. a passiōe domini legitur predictum euangelium. quia cō ſtat hac die lazarum ſuſcitatum eſſe de quo euā gelio ſumitur reſponſorium. Occurrerunt iudi et cetera. quod hodie in quibuſdaz eccleſijs cantatur. cui. hodie congrue in euangelio pre mittitur dicta lectio de filio sareptene mortuo quem ſuſcitauit helias. ponens eum ſuper lectū et expandes ſe tribz vicibus ſuper euz. Sempe hec mulier eſt eccleſia que fide ſuſcipit criſtuz in hoſpicio cordis. filius eius eſt quilibet fidelis. qui moritur cum morte dignum. peccatum cō mittit. lectus helie catholicam deſignat eccleſiā in quam ſole anime reuiuiſcunt. dum per fidem trinitatis a morte reſurgunt. Cetera laudes confeſſiones et cōſolaciones ſūt cuiꝰ libet a pec catis reſuſcitati.

De ſabbato.

Sabbatum vero de largitate. ſaluatoris eſt. vnde introitus eſt Sicientes venite ad aquas doctrine. ſcilicet et baptiſmi. Sequitur et bibite cum leticia hec ad ſabbatuz mentis pertinēt. et oſtenditur largitas dei qui paratus eſt large dare cuilibet. et benignitas eius. Vnde dicit venite bibere aquas ſcilicet q̄ mundificāt et ſanctificāt gratis. Sequitur ver ſus. Attendite populе meus. in quo oſtenditur q̄ eciam hec de aquis doctrine intelligitur. ſe cundi toni propter mundacionem anime et cor poris. et ſumitur de pſa. Epiſtola eſt. In tem pore placito exau. te. pſa. xlix. c. et pꝰ nunquit poteſt mulier obliuiſci infantez ſuum. ecce oſtē ditur largitas vel caritas dei erga nos poſtea ſequitur reſponſorium. Tibi derelictꝰ eſt paup in graciaruz actiones quarti toni. propter qua tuor virtutes. p quas ſanctificat. In euāgelio vero. quod eſt ioh. viij. ca. de eadem largitate agitur. Ego inquit luz lux mundi. Non dicit hu ius hominis vel illius ſicut flos campi qui ſequi tur me non ambulat in tenebris. Oſtendit ergo q̄ paratus eſt illuminare omnem hominem qui ſequitur ipſum. Ceterum qui videt currit. qui currit peruenit. exceptis ſuperbis. Vnde ſequi tur. Tu de teipſo teſtimoniuz perhibes teſtimo nium tuum non eſt verum. Reſpondit eis ſcilicz iudeis ihesus. Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra q̄ duorum hominum teſtimonium verum eſt. vi debant enim miracula. et ita pater erat teſtis e ius et reliquit eos dominus. quaſi ſuperbos di ſputatores. non curantes illuminari. Soli enim humiles illuminantur. Vnde ſequitur offertori um. Factus eſt dominus. primi toni. quia ſolus deus poteſt illuminare. Huia igitur. in hoc ſab bato oſtendit eccleſia largitatem domini dātis graciam in baptiſmo. et in doctrina quibus ex largitate dei abundanter datur gracia. Ideo fiunt ordines in illo die. et eciam quia imminet tempus paſſionis domini. in qua arcius ſe tenet eccleſia ad ſignificandum. q̄ ordinati arcius ſe tenere debent. vt qui prius ebrij erant animo do ſobrij ſint. et iterum debent ſe immolare deo hoſtiam ſanctam deo placentez. Hoc eciā ſabba to fit ſcrutinium baptizandorum. quia catheu mini ad requiem eternam. que per ſabbatum in telligitur veniunt per baptiſmum. vnde in qui buſdam eccleſijs hodie due lectiones leguntur in miſſa. ex eadem cauſa qua in quarta feria pre cedenti.

De dominica quinta in paſſione domini.

Sequitur dominica de paſſione domini ſci licet de cruce. Incipit autem huius cele britas paſſionis a fine ſabbati id eſt ave ſpera lucem huius dominice precedēte quia la zaro in precedenti ſexta feria ſuſcitato quidam de bethania abierunt ad phariſeos narrantes eis miraculum. et cum in illa ſexta feria fuerit neomenia ideſt prima dies menſis ad ſanctifica onem multi iudei. pontifices phariſei conuene rant ibi qui audientes ſignum mox vt ait io. ibi in ſabbato. collegerūt conſilium aduerſus ihe ſum. et ex illa die cogitauerunt vt interficerēt eum Ac deinceps ihe ſus non palam ambulabat apud eos quia nondum venerat hora eius ideo q̄ in veſpera ſabbati quaſi poſt horam euſdez conſilij. publicum luctum incipit eccleſia ſuo cō patiens domino vt capiti membra. et ex tunc lu gendo recitat vexillum regis. miſterium cruci acetum. fel et arundinem. clauos et lanceam p forati corporis. diem paſſionis. rationes pacī tis. illuſiones inimicorum. et inſidias eoruz. hec et his ſimilia in veſperis et nocturnis plangit officijs. que de autenticis veteris et noui teſta mentorum ſūt congeſta ſcripturis. Preterea poſt precedencium. vij. dominicarum ordinatiſ ſimam diſpoſicionem quibus vt premiſſum eſt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt; mundi etates figurantur· que omnes sunt dominj passione redempte· merito ipsius dominice passionis celebracio mchoatur· et quasi lõga funeris pompa premissa· demuz sequitur ipsa salutis nostre victima ingerens oculis ea que pro nobis pertulit vulnera· et mortis insignia ¶ Rursus ideo ecclesia cantat· ¶ Vexilla regis et cetera· vt si forte aliqui sint lapsi veniant ad vexillum quod omnes amaritudines facit esse dulces· quod significatum est per lignum proiectum in aquas marath ¶ Semper enim et maxime isto tempore debem⁹ habere in memoria dominicam passionem· ¶ Vnde in canticis· Fasciculus mirre dilect⁹ meus mihi· inter vbera mea omorabitur quia memoria passionis dominice secuz non patitur amaritudinez peccati· ideo aũt specialiter duab⁹ septimanis ante pasca passio domini recolitur· ¶ Primo quia ipse a duobus in pro ducbus populis passus est ¶ Secũda quia duo testamenta per duas et duadas exprimimus vetus· quod predixit dominum passurum et nouum quod ostendit ipsum passum· ¶ Tercia quia in duobus huius seculi temporibus· scilicet ante legem· et sub lege eadez passio vationata est· ¶ Quarto vt hee due septimane reducant nobis ad memoriam murmuracionem eorum qui ante legem· et sub lege in inferno fuerunt vsqz ad tempus gracie· quod in tercia ebdomada scilicet pascali significatur· ¶ Ab hac namqz die qua gloria patri dimittitur· due sũt ebdomade vsqz ad pasca· tunc vero tercia est in qua restauratur omnis dimissa glorificacio· ¶ In tercio enim tempore quod fuit sub gracia· omnia beneficia que patres nostri expectauerit in ecclesia reddduntur· ¶ Ideo autem gloria patri dimittitur· quia ille versus ad laudem pertinet trinitatis· que fuit in passione domini quaz ab hac die representat de honestata· ¶ Constat enz quod cristus qui est tercia in trinitate persona fuit deho nestatus· ¶ Sed in resurrectione gloria patri resumitur· quia per resurrectionem fuit gloria immortalitatis glorificatus· ¶ Sed certe hec detestacio fuit specialiter in crucifixione· ¶ Vnde potest dici q⁹ gloria patri pro nunc tacetur· propter humilitatem per quã ad cristi passionem perueniendũ est a qz dominus se abscondit· ¶ Et est aduertendum· q⁹ tacetur in introitibus et responsorijs· quia illa sunt de passione et in venite exultemus· in psalmis vero et ymnis non· quia ps̃ significat operacionem· ¶ Ipsum enim non persequebatur nisi inguis tractando de nece ipsius· nec ipse homum desijt operari· ¶ Non ergo tacetur in totum quia remissor debet esse luctus· eo q⁹ non statim post habituz consilium de nece eius traditus est agnus in manbus delatorum· ¶ Sed in triduo ante pascha omnino tacetur quoniam tunc maxime sancta trinitas dehonestata est· licz enim ante dies illos de nece domini ageretur tunc tamen vapulat· spuitur alapatur et crucifigatur vnde psa· Et vidimus eum non habentem speciem neqz decorem· vel quia tunc sepulturaz domini celebramus· que maxime fuit eius humiliacio· ¶ Ab hac eciam dominica in quibusdam ecclesijs tacetur ad primam· criste fili dei· tum quia ex tũc ecclesia eius mortem et passionem representat· tum quia secundum iudeorum reputacionez nõ poterat alijs misereri qui se ipsum saluum facere non poterat· de hoc dictuz est in quinta parte sub ti· de prima· ¶ Non fiunt eciam speciales commemoraciones de sanctis· neqz de pace· ab hac dominica vsqz ad sabbatum penth· quamuis post laudes dicatur· preciosa in conspectu domini et cetera· et ad primam oracio· domine deus omnipotens et cetera· in quibus commemoracio generalis fit de sanctis· Circa q⁹ sciendum q⁹ commemoracio sanctorum duplici ex causa fieri constituit videlicet ad recolendum eorũ sanctitatis meritum et impetrandum patrocinium nobis salutare· Hue duo excellentissime in cristo· nostro capite passionis et resurrectionis fine tempore nobis attendenda monstratur quia passionis sue tempore prebuit eximiuz humilitatis et sanctitatis exemplum· post resurrectionem vero suam apud patrem sicut testat̃ iohannes· noster aduocatus factus est singularis· vt igitur nostra intencio illo precipue tempore feratur in sue sanctitatis exemplũ et spes nostra eleuetur ad vnicum eius singulare refugium· conuenienter tunc aliorum sanctorum specialia suffragia omittuntur· Hinc eciam est q⁹ quidam ecclesie omittunt post primam dicere· preciosa est in cõ· domini et cetera· Incipiẽtes ibi deus in adiutorium meum nr̃· et in illa eciaz oracione· domine sancte pater omnipotens nr̃· que dicitur ad primam pretermittuntur verba illa per interessionem beatissime virginis marie a omnium sanctorum· Hui vero dicunt preciosa· asserunt illud quod non est hora· nec pars canonice hore· put dictuz est in quinta parte sub ti de prima· Fit tamen aliqualis a generalis sanctorum commemoracione in ecclesia· quia p eorum multitudinem et nostram imbecilitatem de ipsorũ quolibet ficut debitũ essz solemnizari nõ potest· Et ex hoc eciaz apparet quare omittitur omemoracio de pace· qz sicut ait apostolus ad colocen̄· i· xp̃s pacificauit per sanguinez crucis ei⁹· siue q̄ in terris· siue q̄ in celis sunt a post resurrectionem suam pacem discipulis suis nũciauit· et cum eis ipse qui pax nostra est otimue vsqz ad ascensionem si am conuersari· et tũc eis pacem suam dedit dicens· pacem meaz do vobis a in penth· consolatorem mittere dignatus est in cassum ergo fieret commemoracio de pace· ¶ Introitus autez incipit ab oracione domini in passione· ¶ Iudica me deus et discerne causã meã nr̃ in hoc enim instruxit nos in orando· ¶ Sequitur emitte lucem tuam nr̃· qz qui videt p̃mia fortis efficiẽ in pugna et veritatẽ tuã nr̃· q̄ eñ videt vera bona de facili ducitur in eẽna tabernacula

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et est quarti toni ꝓpter formaz crucis vel ꝓpter quatuor que petunt̄ scz iudicium. discrecio. liberacio. et fortitudo. Epistola vero scz. Cristus existens pontifex futurorum bonorum pamplius et pfectio nō. que est hebreorum. ix. c. ostēdit efficaciaz passionis xp̄i. per passionem enim eius in eterna tabernacula ducimur cuius memores esse debemus. sed quia non omnes intrabūt nisi qui faciunt eius voluntatem. ideo sequitur responsorium. Eripe me de inimicis meis deus me nō. Aliter enim non intratur in sancta sanctorum. et est iij. toni. ꝓpter liberacionē a triplici inimico p virtutē trinitatis. Postea seq̄t tractus in quo conqueritur dominus de inimicis suis dicens. Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea in abel et in alijs et verissime dicit̄ tractus. qui huius cogūt nos ducere vitam miseraz scz allophili et philistei. et ē octaui toni. ad significandum q̄ huius tribulaciones venūt sup nos vt simus memores alterius vite que erit in octaua etate quia. ad dominum cum tribularer cla. et cetera. Et iob operuit confusio faciē eius. Postea sequitur euangelium. Quis ex vobis et cetera. io. viij. c. in quo habetur contumelia iudeorum dicencium domino demonium habes. et dominus abscondet se vt exspectaret tēpus immolacionis agni. et. x. luna ostendit se. sicut dicebat ꝙ agno fierent habet̄ i exo. xxvij. c. Eccia vero ostendit se esse contrariam eis in offertorio. quasi diceret. Ipsi dicūt demonium habes. sed ego confitebor tibi domine. et est primi toni. quia soli deo cōfitendum est. Postcōmunio autem est ꝙ corpus nō. luc. xxij. et matth. xxvi. et mar. xiiij. et i. corinth. xi. c. Et incipit eam sacerdos ad ostendendum q̄ magnus sacerdos sacrificium vetus mutauit in nouum sacrificium et est. viij. toni quia illud sacrificium ē verum. qđ perficietur. in paradiso quādo resurgemus. et illud apostoli. vere implebit̄ omnia vāa sūt.

De secunda feria.

Secūda feria est de crucifixione nostra et maxime de ieunio. quia debemus crucifigere membra nostra cum vicijs et ocupiscencijs. sic̄ precedens dominica est de cruce. Qz q̄ nō potest homo ieunare nisi libenter ab inimicis visibilibus et inuisibilibus dyabolo scz et mundo et malis hominibus. ideo ecclesia petit in introitu liberari ab inimicis. et ē tercij toni. ꝓpter liberacionem a triplici inimico. Epistola vero est. Factū est verbum. io. iij. c. in qua inuitamur ad ieunīū p exemplum ninuitarum qui solius ione et vnica ꝓdicacionē ieunium indixerūt eciā iumētis vt liberarent̄ a temporali subuersione q̄ntomagis nos debemus penitenciam suscipere ad vocem veri ionē. scz xp̄i et apostolorum vt a subuersione spirituali liberemur. In respōsorio petit similiter liberari ab inimicis. Et est versus. Deus in nomine tuo saluum me fac tercij toni. ꝓpter virtutē trinitatis. et liberacionē a triplici inimico. Postmodum sequitur euangelium. Miserunt principes. io. vij. c. in quo dicit dominus scribis et phariseis. Quid vultis me interficere et loquit̄ de resurrectione sua et ascensione. et spiritussancti missione. propter hoc vt illi qui sunt in cruce qui sustinent multa a malis sicut ipse dominus semper habeant respectū ad fructum caritatis. Vnde ascendam in palmam et apprehendam fructum eius. In offertorio. domine conuerte et eripe. animam meam et cetera petit liberari ab inimicis in anima q̄ est. vi. tonorum. quia liberacio anime perfecta liberacio est. senarius enim numerus perfectus est. In postcommunione. Dominus virtutum ipse est rex glorie. attribuit deo liberacionem suam et cetera et est tercij toni. quia ille est deus trinitas q̄ liberat. Dicatur autem ad horas capitulū illud attē de domine hier̄. xviij. c. et illud. domine omnes qui te derelinquunt. ibidem. xvij. c. et illud confundantur qui me. quod est ibidem. q̄ illud tu autem domine. xx. c. et illud. dominus deus aperuit. ysa. l. ca.

De tercia feria.

Tercia vero feria ad pacienciam inuitat vnde introitus est. Expectabo dominus et cetera. versus dns illuminacio mea. deus enim dat pacienciam. et qui illuminatus est pacienciam habet. et est septimi toni. quia paciencia concipitur respectu quietis eterne. postea sequitur epistola. congregati sunt danielis. vltio in qua ostendit effectus pacientie quia ibi habetur quomodo babiloni miserunt danielem in lacum leonum nec tetigerunt eū q̄ missus est ei cibus a domino per abacuc. et significat q̄ per pacienciam liberat nos dominus a spiritualibus babilonis. q̄ quandoq̄ eciam liberat corporaliter et dat vitā eternā. iuxta illud apocalipsis. Qui vicerit dabo ei manna absc̄ditum. In responsorio discerne causam meam et cetera. petit liberari ne succumbat. Deinde sequitur emitte lucem tuam et veritatem tuam. Ecce semper petit lucem quam qui videt pacienciam habet et sic liberatur. et est quinti toni. quia petit liberari a tēptacione quinq̄ sensuum vel. ab inimicis qui nocuerunt per quinq̄ sens̄. Intrat enim mors per fenestras corporis. In euangelio vero. Ambulabat ihesus in galileaz et cetera. ostenditur discrecio bonorum et malorum. tempus vero bonorum erit in futuro. Vnde debet dicere patiens sicut dixit dominus tempus meum nondum est. et debet sperare in domino. Vnde sequitur offertorium. Sperent in te qui te nouerunt et cetera. et quia semper sustinent malos ideo in postcommunione. Redime me domine et cetera. petit liberari. que est septimi toni. ꝓpter requiem que speratur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De quarta feria.

Quarta feria ostēdit q̄ a solo deo est libe racio quia fidelis est deus qui ñ ꝑmittit nos tēptari supra illud quod possum9 su stinere. vnde in troitus est. Liberator meus. et versus. Diligam te dñe fortitudo mea nr̄ē. Ecce ponit deum fortitudinem suam. et est tercij toni pro pter donum trinitatis et propter triplicē inimicum. In epistola vero. locutus est leuitici xix. c. enumerantur precepta. vbi ostenditur iu deos non obseruare illa. in hoc q̄ persequeban tur innocentem. et omnes eciam qui persecunt bonos. non sunt timendi quia sūt inimici dñi. vn de ibi habetur nō in iuste iudicabis et ideo in re sponsorio. Exultabo te nr̄ē. petit liberari. quod est septimi toni. propter septiformem graciaz In euangelio vero. Facta sunt. io. x. c. ostendi tur quid fecerit dom9 in exemplis. q̄ iudei tu lerunt lapides vt iacerent in eum et dñs dixit. Multa bona opera feci vobis propt̄ quid vul tis me lapidare. exemnium festum erat dedica cionis tēpli. hoc est de reperacōe ipsius a mach abeis & equitur a hyems erat. hoc erat in die in dicij quando reparabitur verum templū quan tum ad bonos. a hyems malorum erit. bonj vo cognoscent dominum sicut in euangelio dicitur vos autem cognouistis me. quia pater in me ē et ego in patre. et tunc plene liberabitur eccle siā. sicut petit in offertorio. Exurge quare nr̄ē. quod est septimi toni. quia tunc erit vera quies. vel propter graciam septiformem quia vero beat9 erit qui erit in illa quiete quod non erit sine in nocencia ideo est postcommunio lauabo inter innocētes nr̄ē. et introibo ad altare dei. i. ad alta re quiete mētis et ad altare supernū qd̄ ē. viij toni. quia hoc erit in octaua etate sicut dictum est. Quarta ergo feria est de encēniis. i. de dedicacione que plene fiet in futuro quādo eccle sia pfecte dedicabitur deo.

De quinta feria.

In quinta feria immolat ecclesia hostias spiritu ales per quas possit consequi illud gaudium. sed quia non impetratur misericordia nisi confi tendo iusticiam. ideo dicit in introitu confitēdo iusticiam dei erga nos omnia que fecisti nob̄ do mine. in vero iudicio fecisti daniel. iij. c. Quia in misisti tribulaciones benefactum est. quia pec cauimus tibi. et postea petit misericordiam. da in quit gloriaz nomini tuo et fac nobiscum secū dum multitudinē misericordie tue. versus est. Magnus dominus et laudabilis nimis et est ter cij toni. quia qui confitetur debet confiteri tri plr̄ peccatū suum in alijs tamē ecclesijs est ver sus. Beati immaculati. Idem habetur in episto la que sumpta est de daniele. iij. c. dixit daniel domine deus ne despicias nr̄ē. quia peccauimus et non est nobis sacrificium nr̄ē. ita enim dicebāt filij israhel. quando erant in babilone. sic et nos possumus dicere quando sumus in peccato. nō est sacrificium. sed in spiritu humilitatis et in animo contrito suscipiantur domine a te. In re sponsorio tollite hostias nr̄ē. monet nos offerre hostias spirituales. versus est. Reuelabit deus condensa. Aliter enim non potest offerre spiri tualiter. nisi deus remoueat tenebras a corde. et est quinti toni. quia talem oportet in quinq; sensibus mactari. Vnde sequitur euangeliuz lu ce. vij. rogabat ihesum nr̄ē. in quo habetur quo modo maria magdalena. impetrauit veniam la crimis quia quot habuit in se oblectamēta. tot mactando se hostias spirituales obtulit deo in corpore suo. In offertorio. super flumina nr̄ē ostenditur quomodo flendum sit. et quomodo oportet lugere. duo enim sunt que hoc faciunt scilicet memoria peccati preteriti. et recordacō celestis hierusalem. quoniam quando homo su as miserias mundicie comparat angelorum. flet super flumina babilonis. et est primi toni. q̄ hoc debet esse primum in memoria. scilicet finis propter quem sumus. In postcommunione orat. vt dominus sit memor promissionū memē to verbi tui seruo tuo. in quo michi spem dedi sti. et est octaui toni. quia in octaua etate fiet il la dedicacio. In quibusdam tamen ecclesijs le gitur euangelium. vbi dicitur q̄ cum quidā vel lent apprehendere ihesum et tamen nemo misis set manum in eum. dixerunt pontifices ad minis stros. quare non adduxistis eum Responderunt ministri. nunquam. sic locutus est hō sicut hic loquitur. Hac eciā die cōuenienter legit̄ illud euangelium. vbi dicitur q̄ reuersi sunt vnusq̄s q̄ in domum suam. et in offertorio dicitur. in sa licibus in medio ei9 suspendim9. or. n. q̄ post hanc diem nullum euangelium legitur. in quo dominus iudeis publice predicasse narretur Ec ce ergo illud diuinitatis organum in illis salici bus a fluctuosis hominibus babilonis suspen spensum est.

De sexta feria.

Sexta feria ē de passione. et orat cristus dans nobis in introitu formam orandi. miserere nr̄ē. et est quinti toni. quia non potest fieri liberacio sine quinq; sensuuz cohibi cione. In epistla domine omnes nr̄ē. hie. c. xvij. petit suam liberacionem et inimicorum confusi onem. In responsorio vero conqueritur simi liter de inimicis. et maxime de ypocritis. pacifi ce loquebatur nr̄ē. scz cum dicebant. magister scimus quia verax es a tamen dolus erat in cor de. Vnde vide domine nr̄ē. In euangelio. Col legerunt pontifices et pharisei nr̄ē. iohis. xi. c. similiter dolus exprimitur et dicitur. igitur ve ment romani et tollent locum nostrum et gen tem. quia iam ablatum erat ceptrum de iuda. et dux de femore eius. et pilatum presidem ro mane potestatis habebant Quia vbi ē dol9 et crudelitas. ibi maxime indiget homo sapien cia vt sapienter respondeat. ideo in offertorio petit intellectum vt possit respondere sine pec cato. benedictus es dñe. doce me iustificiones

tuas aē·et respondebo sicut dicit dauid tercio
R·dimitte eum vt maledicat michi sicut precepit dñs·tales enim sunt virga dñi vñ aug· vnd superbiunt impij quia eos facit pater meus virgam suam·et in ꝓuerbijs·Fili mi stude sapiencia vt possis respondere sermoni·et est septimi toni propter spiritussancti graciam septiformem·Postcommunio quoqꝫ· Se tradideris me·aē· eadem racione est·septimi toni·in qua petit liberari·

De sabbato·

Sequitur sabbatum quod dicitur sabbatum vacans·sicut et secunda dominica q̄ dragesime·In hoc enim sabbato intendere consueuit dominus papa pauperibus cristi dando elemosinam et mandatum celebrando· tuꝫ quia in cena domini propter officij magnitudinez ꝑ facere non poterit tum quia sicut dicit iohes· ante sex dies pasche venit ihesus in bethaniam et factum est conuiuium in domo marie et marthe vbi fuit lazarus·quem dominꝰ postea suscitauit·et tūc maria vngento nardo pistito vnxit pedes ihesu·apostolicus ergo in memoriaꝫ eiꝰ quod illa deuotissime egit·facit membris cristi quod ipsa capiti fecit·vt pedes ihesu vngendo id est domini vestigia sectando· et capillis tergendo id est superflua pauperibꝫ erogando impleatur domus·odore vnguenti id est mundus impleatur bona fama· Quia ergo hac die circa premissa caritatis opera exercenda occupatus est·ideo vacat hoc sabbatum a proprio officō et mutuo accipit a quinta feria antecedenti vl in quibusdam ecclesijs a sabbato· antecedenti· Sicientes venite ad aquas· Legitur epistola de hieremia·xviij·capitulo· Dixerūt impij et cetera· in qua sunt male cogitaciones que precesserunt passionez venite cogitemꝰ contra iustū cogitaciones et postea percuciamꝰ eum lingua tales autez non habent sabbatum quia non est pax impijs dicit dominus· In euangelio vero subleuat aē·iohis·xvij·c·rogat pro se·et pro discipulis·et pro omnibus fidelibus vt habeāt sabbatum·quod erit per vnitatem et caritatē in futuro·quando vnum erimꝰ sicut pater et filius sunt vnum idest in maiori approximacione· que possit esse illi vnitati q̄ pater et filius vnū sunt· In alijs vero ecclesijs legitur euangeliuꝫ Cogitauerunt autem·iohis·xij·capitulo· In quibusdam eciam ecclesijs legitur euangeliuꝫ de ꝑdicione iude·amen amen dico vobis·nisi manducaueritis cui recte premittitur lectio hieremie vbi dicitur·Venite cogitemꝰ contra iustum cogitaciones·Hoc sabbatum priuilegiatum est quia vt premissum est dominus papa tunc elemosinas dat· et mandatum· facit · et quia hac die vt quidam dicunt· cristus discubuit in domo symonis leprosi·et martha ministrabat ei · et maria lacrimis suis pedes eius lauit· et propriis capillis tersit·

De dominica sexta in ramis palmarum·

In dominica in ramis palmarum· et in passione domini legitur hieremias duplici racione·Prima quia ipse manifestus de passione domini ꝑplxtizauit quam alius· Secunda quia per eius passionem prefigurata est passio domini· quia deplorando captiuitatem iudeorum per babilonios facta prefigurauit· et romanā quam incurrunt propter cristi passionem· In nocturnali autem officio dicitur muitatorium·Ipsi vero non cognouerunt vias meas· quod dicitur iuitatorium per contrariuꝫ quia inuitat nos ad cognoscendum vias domini per contrarium actum iudeorum·qui non cognoscentes vias domini·non introierunt in requiem ipsius· In ꝑmo vero responsorio ostenditur securitas paciencium tribulaciones· et causa quare non est timenda tribulacio·quia deus est adiutor in die qua inuocaui te aē·versus est·In die tribulacionis mee et cetera·quia si deus adiuuat nō est timendum·Vnde iob·pone me iuxta te et cuiꝰ vis manus pūgnet contra me·et est primi tom· qa solo deo spandū ē liberacio et auxilium·Segē rīsoriū Ingrediēte dño secūdi toni quia laudabant pueri dominum scilicet vtramqꝫ naturam in cristo deitatem cum dicebant· Osanna id est salua obsecro humanitatem·cum dicebant· Fili dauid·vel deum corde et ore pueri laudabant· sicut iudei corde et ore conuiciebant·

Circa diurnum vero officium dicendum est q̄ post sabbatuꝫ in quo ostenditur deuocio marie sequitur dominica in qua ostendiē deuocio puerorum·vngimus enim dominum cum maria q̄ cū pueris veneramur q̄ ideo facit ecclesia hac die processionem corporaliter q̄ spiritualiter ·exierunt enim pueri extra castra obuiam domino veniēti de bethania in hierusalem·quos similiē debemus extra castra id est exē delicias carnis exire obuiam ei sicut dicit apostolus ·Exeamus extra castra improperiū eius portantes·q̄sicut illi ·sic q̄ nos in processione nostra cantamus· osanna ·Vnde in egressu de ecclesia cantaē antiphona ·pueri hebreorū ·q̄ nos debemus esse pueri id est innocentes et debemꝰ esse pueri hebreorum id est transilientium omia terre na sique peccata· Postmodū facit ecclesia statonem in aliquo loco competenti ·vt ibi cū deuocione q̄ leticia suscipiatur verbum dei sicut xps qui est verbū patris·susceptus est cum leticia a pueris in hierusalem ·In scripturis enim siue sermonibus est cristus·Vnde ipse in euangelio scrutamini scripturas· ille enim loquuntur de me q̄ est dulcedo scripture· Legiē autem euangelium de matheo·xxi·capitulo· Cum appropinquasset ihesus hierusalem aē·misit duos de discipulis suis dicens· Ite in castellum quod ecōtra vos est ·Vnde alibi legitur misit discipulos suos ·lxxij binos q̄ binos id est habentes geminam caritatem dei et proximi·misit mquā

querere asinam et pullu3 id est iudaicū populū et gentilem· vt eos duceret in celestem hierusalem· ℭ Et legitur ideo hac die· quia ibi de fructu passionis habetur ℙ Postea cantatur· occurrunt turbe cum floribus et palmis· nos similiter debemus ei occurrere cum floribus virtutū et palmis victoriarum· palma enim victoria3 sig'ficat Vnde iustus vt palma florebit· secundum gregorium· ex qualitate palmarum designatur proficiens vita iustorum· et est octaui toni· propt' victoriā cristi in capite et in membris· per quā peruenitur ad octauam resurrectionis· ℙ Deinde redeunte processione· cantatur canticum puerorum scilicet· ℭ Gloria laus· per aliquos ecclesiam ingredientes· presertim per pueros· quia ingrediente domino in sanctam ciuitatem hebreoru3 pueri et cetera· ℣ Innocentes enim laudant eum ℭ Et nō q3 theodolphus aurelianē· episcop9 apud lodouicum imperatorem karoli magni filiū falso a quibusdam suis emulis accusatus ab eode3 est andegauis carcerali custodie mancipatus· ℭ Cumq3 in hac dominica iuxta domum in qua custodiebatur processio transiret· ille fenestra aperta· factoq3 silencio hos pulcerrimos versus a se editos scilicet· glia laus et honor et cetera presente imperatore cantauit· cui in tantū placuerunt· q3 mox illum a vinculis absoluit· ⁊ episcopatum sibi restituit· atq3 eos hac die in fine processionis cantari instituit· ℣ In ingressu ecclesie post canticum puerorum cantatur responsorium· ℣ Ingrediente domino· quod est primi toni propter primam etatem· quia soli deo cātādum est· ℭ Rursus canticus puerorum qui fit ianuis clausis· figmficat illud quod cant9 ⁊ occursus puerorum figmficabat· prefigurabat enim occursum et leticiam angelorum recipiendum cristum in celum post resurrectionem quem sibi et sequentibus se per suam sanctissimā passiō3 meruit aperiri· cuius quide3 claustio angelos nō extra miserat· sed aditum hominibus non prebebat· et ideo pueri quia sua puritate angelos figmficant intra ianuas clausas q̄si domino vementi occurrens ad aperiendum celū vt eoꝝ reparetur ruina versis vultibus cum leticia et clamore proferūt ymnum laudis· qui eis qui sunt extra cum gaudeo respondentibus ipos intrantes cum cristo in suum consortium receperunt· ℣ Hinc est q3 in ingressu ecclesie cantaē responsorium· ℣ Ingrediente nē· declarans hec que dicta sunt figurari per ea que fiunt· cum enim ibi fiat mencio de resurrectione· ℭ Nam ibi fit mencio de palmis· que victoriam cristi de morte et diabolo figmficant accipit ecclesia factum illorum puerorum in signum precedens eius quod iam dictum est· et factum istorum in recordacionem illius· ℣ Spane ante crucem et in cruce rami viridef'm figuntur· ad notandum q3 omnem virtutū virorem a crucifixo habemus· cristus enim ramis viridib3 fuit· habens i se· et nos ab ipso omne3 virorem virtutum· Vnde ipse dicit· si in viridi hoc faciunt ni arido quid fiet· ℣ In sūma ergo dum processionem facimus cristum venientem ad nos suscipimus cu3 pueris obuiam imus si innocenciam seruamus· oliuas gerim9· si pacis et misericordie operibus indulgemus· palmas portamus· ℭ Si de vicijs et diabolo victoriam obtinemus· virentes flores et frondes gestamus· si virtutibus exornamur· vestimenta sterminus· carnem mortificantes ramos carpimus· sanctorum vestigia imitantes· ℭ Quod processio ciuitatem vel castrum egreditur ornāter ad crucem et ad loca promociora siue eminencia vadēs recolit pueros hebreos misse versus montem oliueti· iuuenes eciam q3 absit nobis gloriari nisi in cruce domini nostri ihesu cristi· qui autez pō tifices extra vrbem iuxta crucem cum suis cōstituto occurrunt· et cum ipso ciuitatem ingrediuntur accuracius agunt· imitantur enim populum israhel· et pueros eorum qui extra ciuitatē domino occurrerunt· et cum eo illaz ingressi sūt Hec ergo magna ꝓcessio representat illaz que tali die facta est a turbis et pueris iudeorum cū venit et ihesus hierusalem super asinam sedens significat eciam q3 dominus ad nos venet· ⁊ ad eterna tabernacula nos ducet· vel forte recolit ꝓcessionem filiorum israhel· qui hac die iordanem siccis pedibus transierunt· et cum triumpho terram ꝓmissionis intrauerūt· nec est hec ꝓcessio inter alias dominicales computanda· hec enim est preconium passionis· ille vero sūt significatiue et rememoratiue dominice resurrectionis vel ascensionis· Vnde rectius faciunt q̄ anteq3 tercia dicatur illas premittunt· hanc vero processionem post terciam huius diei cu3 palmis celebrant· de hoc sub ascensione dicetur·

ℭ Et quidem huic ꝓcessioni lectio zach· ⁊ euangelium iohannis recte premittuntur· quoniam ibi dominica processio ꝓplxetatur· hic historiace declaratur· in tractu infantes ad preconia inuitātur· passio vero in missa legitur ℙ Benedicuntur autem et distribuuntur rami p sacerdotem· licz xp̄s eos nec bñdixisse nec distribuisse legatur q3 cristus non honorauit eos sed fuit honoratus ab eis et ex eis· tum quia populus ille iudeorum fecit hoc corporaliter et temporaliter· sed nos agimus hoc sacramentalit et spūalit ad effectū q̄ in eorum benedictione exprimitur· ℣ Illi namq3 ferentes ramos triumphum cristi nondum cōpletum· sed tempore passionis complendum p̄figurabant· ℣ Vnde non oportuit ramos distribui vel benedici a cristo quia nondum figura fuerat impleta· eciamvero per talia representat triumphum cristi iam completum secundum illud coloceñ· ij· ℭ Expolians principatus et potestates transduxit confidenter palam triūphās illos in semetipso· quia ergo non solum ipe triumphator est· sed eciam per ipsius graciam et sanctificacionem triumphabunt omnes electi· conuenienter et benedicto ramorum· et distributo [illegible] per sacerdotē qm cristum ꝓfessuri·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

debet expleri ¶ Quare aũ non fit festum de decẽ
asina· sicut fit de cruce· dicetur in ·vij· pte sub
festo crucis· ¶ Post ꝓcessionem sequitur statim
missa de passione· quia debem⁹ gaudere de fru
ctu passionis et opati· quia pro nobis passus ẽ
ibi enim est vnde letemur scilicet de amore quẽ
ostendit nobis in cruce· a vnde tristem· scz de
peccatis nostris quia tot sunt quot propterea
oportuit filium dei pati· venit autem decima
luna siue die primi mensis· i· ante sex dies paschę
ad ciuitatem in qua pateretur· vt esset in domi
bus iudeorum sicut preceptum erat in· exodo·
xxvij·c·et in deut· decima luna accipietis agnũ
immolabatur autez agnus· xiiij· luna· i· xiiij· die
primi mensis ad vesperam· a domin⁹ eadem ho
ra agnum cum discipulis manducans vbi legal'
paschę decreta opleuit· egressus est cuz eis sta
tim ad locum oracionis et circumspectis omni-
bus cum iam vespere essent exiuit in bethaniaz
cum duodecim ¶ Sempe mistice decima luna ve
nit· quia popul⁹ israelitic⁹ decima luna egres-
sus est de egipto similiter per istum verum ag
num est data libera potestas populo israelitico·
i· videnti deum per fidem exeundi de pecca-
to q̃ non fuit datum per moysen et virgam ei⁹
·i· per disciplinam a sacerdocium legale· ¶ In pn̄
cipio ergo misse reducens ecclesia ad memoriaz
dn̄icam passionem incipit ab oracione dicens·
¶ Domine ne longe facias aĉ· et est octaui toni·
significans q̃ per passionem venitur ad resur-
rectionem· ¶ Sequitur epistola· ¶ Hoc sentite· ad
phil' ij·c·in qua ostenditur passio et passionis
fructus· ¶ Dicit ergo hoc sentite in vobis· quod a
in cristo ihesu· i· imitamini ipsuz vt sicut habuit
caritatem quia voluit pati· ita a vos habeatis
caritatem qua paciamini omnia tormenta tem-
poralia vt habeatis humilitatem q̃ in xp̃o maxi
me fuit· mansuetudinem et pacienciam et intelle
ctum realem vt senciatis· cito enim sentiẽ dul-
cedo spiritussancti in corde quando ibi est· hij q̃
dem sunt fructus passionis scilicet· dulcedo in
corde et gloria· quedam tamen ecclesie legunt
lectionem· venerunt autem in helim· exo· xv·c·
viso autem hoc fructu· fit homo paciens· q̃ ge
nerat pacienciam ꝯsideracio fructus· et ideo se
quitur responsorium qđ respondet eple in quo
ostenditur quomodo per passiones venitur ad
gloriam· et dicuntur ibi tria· quare est tercij to
ni· ¶ Primum est tenuisti manum dexteram tuã
et confirmasti me in bono· ¶ Secundum est· et
in voluntate tua deduxisti me· tal' facit quicq̃d
deus vult ¶ Tercium est cuz gloria suscepisti me
¶ Primum est cã crucis· ¶ Secũdum ipsa crux· ¶ Ter
cium fructus ipsius· versus est· quam bonus isra
hel deus· quando scilicet deducit suos ad passio
nem· Vnde de beato stephano legitur lapides
torrentes illi dulces fuerunt· ¶ Postea sequit̃
tractus ¶ Deus deus respice in me aĉ· et ẽ secũdi
toni· q̃ ibi ostenditur passio et fructus ipsius·
vnde et titulus illius psalmi est· ꝑ sumpcione
matutina· ¶ Euangelium de passione est scilicz
¶ Scitis quia post biduum· mathẽ· xxvj·c·et eciaz
offertorium scilicet· ¶ Improperium expectauit
cor meum et miseriam quod sumptũ est de psal
mo· lxviij· q̃ tot⁹ ex p̃sona saluatoris orantis in
passionis agone ꝺscribitur· q̃si· d· ecclesia· ex
quo cristus tot passus est libenter paciat· Vn-
de dicit· expectaui· supple quasi rem dulcem·
¶ Postcommunio de passione ẽ scilicet ¶ Pater et si
fieri potest· mathẽ· xxvi· marci· xviij· et luce· xxij
c·et est octaui toni· ꝓpter racionem premissam
¶ In quibusdam ecclesijs dicitur in hac dominica
et m diebus sequentibz prefacio de passione ꝑ
ut dictum est sub quarta feria cinerum· ¶ Dicitur
autem hec dominica in ramis palmarũ· eoq̃ tũc
rami palmarum si haberi possunt in processiõe
portantur· ¶ Dicitur eciam alibi dominica oliua-
rum· quia eciam rami olive portantur· quod fit
ad representandum filios israhel· qui cuz ramis
palmarum a oliuarum venienti domino obuiaz
exiuerũt· ¶ Sequens quoq̃ septimana maior vo-
catur· eo q̃ maius et prolixius habet officium·
¶ Dicitur eciam penosa· quia tunc precipue debe
mus vicia nostra punire· vel quia domin⁹ in ea
laborauit et penas sustinuit recreando· sicut et
in prima mũdi ebdomada creando· ¶ Dicitur quo
q̃ indulgencie quia penitentes in ea absoluunt̃
¶ Dicitur eciam sancta quoniam in ea impij iusti-
ficãtur· ¶ Hec autẽ dominica in tribus priuilegia
ta est· primo quia illa die filij israhel intrauerũt
terram promissionis et iordanem sico vestigio
transierunt· sic enim ꝺtingit q̃ eo anno tot dies
fuerunt vsq̃ ad paschа· quot sunt ab hac domi
nica· secundo quia hac die veniens domin⁹ de be
thania cum honore maximo in hierusalem est su
scept⁹· Tercio quia eadem die domin⁹ a tẽplo
ementes et vendentes eiecit·

¶ De secunda feria·

Secunda feria ostendit causam passionis
scilicet in cristo humilitatem et pacienci
am· et in iudeis crudelitatem et inuidiaz
¶ In iuda cupiditatem et auariciam· et est introi
tus quarti toni· propter formam crucis· ¶ Epi-
stola vero sumitur de ysaia· l·c· ¶ In qua ostẽdit̃
principalis causa passionis domini dominus de
us aperuit michi aurem scilicet ad intelligẽdũ
et propter hoc dedi genas meas vellentibus a
cetera· ¶ In quibusdam ecclesijs in hac et in ter-
cia feriis dicuntur due lectiones in missa pro eo
q̃ cristi passio a lege ꝓphetis prenunciata fuit·
¶ In responsorio petit liberacionem suam· Exur-
ge domine et intende aĉ· versus· Effunde fra-
meam tercij toni· quia virtute trinitatis libera
mur ab inimicis· framea est spata quasi fremea
vel quasi ferrea ¶ In euangelio vero· Ante sex
dies iohannis· xij·c· ostendit̃ triplex causa pas
sionis et dicit ante sex dies paschę· non ideo q̃
ibi tres futuri essent añ paschа· sed quia ibi cau
sa passionis ostenditur· ¶ In iuda ostendit̃ causa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cupiditatis·eo q̄ dixit·vt quid perdicio hec e=
rat eñ habens loculos·et ideo sic dicebat vt nū
mos furaretur·Vnde habetur in iob·In iudeis
causa est inuidia quia moti sunt in eum ꝓpter
laudem puerorum dicentes·Si dimittimus eum
sic omnes credent in eum et ideo querebant inꝯ
ficere eum·In ipso vero cristo est fructificacio
tocius generis humani·Vñ in euangelio dicit
Nisi granum frumenti nāc̄·¶In quibusdam tñ
ecclesijs in secunda feria legitur passio secundū
marcum scilicet·Erat pascha ⁊ azima p9 biduū
nāc̄·et in tercia feria dictum euangelium secun=
dum iohannem scilicet·ante sex dies paschꝫ·sed
primi videntur magis historiam sequi·q: p9
biduum id est post terciam et quartam ferias·
in quinta feria pascha id est agn9 paschalis im
molatus fuit·Preterea secunda dies creacionis
mundane minus ē ceteris ornata diebus·Nā cū
dixisset dominus fiat firmamentum in medio aq̄
rum nō est additum·Et vidit de9 q̄ esset bonū
in quo numerus binarius infamatur· quia pri=
mus ab vnitate degenerat·et diuisionem signi=
ficat·Vnde in eo facta est aquarum diuisio·Nō
est ergo mirum·si hec dies secunda que illam re
spicit minus ceteris in officio dominice mortis
purpuretur insignijs·Sed nō est multum attē
dendum· vtrū in secūda vl̄ in tercia feria legat̄
passio·quia enim quatuor euangeliste passionez
domini descripserunt idcirco secundum quemli=
bet eorum passio legitur ex institucione alexan
dri pape eo ordine quo scripserunt·Nam die do
minico legitur passio secundum matheum qui p̄
us scripsit·secunda vel tercia feria secundū mar
cum·qui secundus scripsit·quarta secundum lu
cam qui tercius scripsit·sexta feria secundum io
hannem qui vltimo·Mediolanen·nō legūt pas
sionem nisi secundum iohannem·et in sexta feria
Pane passionem lecturus benedictionem nō pe
tit·quia in illa describitur esse sublatus qui au
tor est benedictionis·vnde nō est a quo petat̄·
Legitur quoq; sine lūaribus·quia ille morte ex
tinctus nunciatur·qui secundum iohannem lux
est mundi et vt representetur·quia ei9 discipu
li tunc quasi extincti fūt·quibus ipse viuēs erat
dixerat·Vos estis lux mundi·Nō fertur eciaz in
censum ad notandum q̄ tūc feruor deuocionis
vel oracionis qui per incensū designatur signi
ficari in aplis tepuit vel potius quasi extinctus
fuit·Legitur eciam sine salutacione·siue sine do
minus vobiscum·in detestacionem salutacionis
iude et sine responsione·Non enim respondetur
gloria tibi domine·quia in ipsa exprimit̄ q̄ xp̄s
fuit a suis separat9 ꝑ mortem corporaliter et
spiritualiter qui metu mortis eo derelicto fuge
rāt et nulla glā sibi erat·Non legitur eciaz tota
sub tono euangelij·sed cantus verborū xp̄i dul
cius modulantur ad notandum quanto dulcius
verba cristi in ipsius ore resonabant q̄m in ore
cui9libet euangeliste referentis cuius verba in
tono euangelij ꝓferunt̄·verba vero ipissimoꝝ
iudeorum clamosi et cum asperitate vocis ad ꝺ
signandum·q̄ ipsi xp̄o aspere loquebantur·In
fine tamen in quibusdam ecclesijs benedictio pe
titur incensum portatur·et sub euangelij tono
legitur quia finita est iaz narracio passionis·et
ex tunc omnia verba sunt euangeliste narrantis
que post cristi mortem vsq; ad resurrectionem
otigerunt·In alijs tamen ecclesijs finis passio
nis·qui ad sepulturaz pertinet in tono legitur
dolorosо·vt planctus mulierum de passione xp̄i
lamentancium designetur de quo planctu dicit
dominus in euangelio·Filij ihrusalez nolite fle
re super me nāc̄·et ad maiorem deuocionem et a
maritudinem· ꝓpter cristi passionem in animis
audiencium excitandam·Et legitur super nu=
dum pulpitum·prout sub feria sexta dicetur·
In offertorio·Eripe me·petit liberari·sic̄ ⁊ in
responsorio·et est quarti toni ꝓpter formā cru
cis·¶In postcommunione·Erubescat petit p
secutores suos confundi·et est primi toni vt sic in
regione quiescencium gaudeat·

¶De tercia feria·

Tercia feria est similiter de passione·quia
manifeste querebant eum interficere vt
habetur in euangelio·Erat autem pa=
scha et azima post biduum nāc̄·et quia ecclesia
considerat salutem suam in cruce tripliciter·sci
licet in amore quem dominus nr̄ nobis ostēdit
in cruce·et in imitacione crucis et in salute nob̄
data per crucem·ideo dicit in introitu·Nos au
tem gloriari oportet i cruce domini nāc̄·ad gal̄
vltimo·c·Epistola vero est dicit iheremias que
est ihēr̄·xi·c·In ea verba iudeorum de crucifixi
one cristi mittamus lignum in panem eius·i·ip
sum qui se dicit panem in ligno crucis·Audie=
rant enim quod ipse dixerat·Ego sū panis vi=
uus qui de celo descendi et hoc erat dictum per
lignum crucis destruamus ipsum vel doctrinaz
eius·¶Sequitur responsorium·Ego autem nāc̄
tercij toni propter triplex meritū quod ibi no
tatur·primum cum dicit·Induebar cilicio·i·nō
ostendebam eis deitatem·sed asperitatem hu=
manitatis· et hec fuit humilitas·et sapiencia
Aliud notatur ibi·Humiliabam in ieiunio aīam
meam scilicet nō reddendo malum pro malo sed
eciam pro eis orabam et hoc est terciū·Vnde
dicit·Et oracio mea in sinu meo conuertet̄ supple
ex quo eis nō prodest·quia non sunt digni·Euā
gelium vero·Erat pascha·marci·xiiij·c·ē de pas
sione vbi dicitur q̄ dominus crucifixus fuit ho=
ra tercia·et hoc dicit vt ostendat eorum impe=
tuositatem·quia ab hora tercia linguis euz cru
cifixerunt dicentes·crucifige crucifige non ces=
santes·In offertorio petit se custodiri a dyabo
lo et a membris eius·Vnde dicit·custodi me de
manu peccatoris·i·dyaboli· et ab hominibz mi
quis erue me et est secundi toni·¶In postcom
munione·aduersum me ostendit maliciam perse
quencium·et meritum pacienciam sequitur ibi·

et in me psallebant qui bibebant vinū etcetera id est filij dyaboli qui inebriebantur de calice babilonis.

De quarta feria.

QVarta feria est illa in qua dominus venditus fuit a iuda. quia non solum voluit pati pro nobis. sed etiam vendi vt liberaret nos a vendicione quia primus parens vēdidit nos dyabolo per esum pomi vetiti. Vnde ysa. gratis venūdati estis et sine argento redimemini. Similiter multi vendunt se dyabolo per momentaneam delectacionem. sicut vēdidit se pro esu pomi vetiti. Quarta ergo feria vēditus est sol iusticie. ad nostram salutem. et quarta feria formatus est solvisibilis. ad mundi lucē. Orauit autem dominus sicut habetur in euāgelio huius diei flexu genu. et idcirco in introitu. qui est ad phil'. ij. c. inuitat. ecclesia vt in nomine domini omne genu flectatur. celestium. quia eorum ruinam repauit. terrestrium. quia eos liberauit inferno. quia eos eduxit de lacu in q̄ non erat aqua. vt dicit zach'. et est tercij tom. propter tria que inuitant ad flectenduz genua. Sequitur et omnis lingua confiteatur quia dominus noster ihesus cristus in gloria est dei patris et sumitur de apostolo. verumtamen ordinator officij intercepit verba illa. et omnis lingua confiteatur. eo q̄ iudaica filet. Deinde seq̄tur lectio. Dicite filie syon ecce saluator tuus venit. ysa. lxij. c. vbi habetur de merce de. dicitur eciam ibi. Ecce merces eius cū eo n̄c. Et dixerūt angeli. quosdam enim latuit incarnacio quis ē iste qui venit de edon. id est de terra tinctis vestibus id est membris corporis. que sunt vestimenta diuinitatis sanguinis purpura sumpta de bosra. Bosra est ciuitas in moab et interpretatur firma siue munita. hoc est de inferno id ē de terrena habitacione. translatiue enim bosra est iherusalem quam dominus quondam sito firmauit auxilio. sed facti moabite. id est ex patre dyabolo. vestes reges tinxerunt. purpura sanguinis respondit Ego qui loquor iusticiaz et fū propugnator ad saluandum et dixerunt. Quare ergo rubrum est indumentum tuum. quasi diceret. quare cruentat⁹ es prefixura crucis. si tu iusticiaz loqueris at ille respondit. torcular calcaui solus scilicet pro omnibus. vt omnes liberarentur. et de gentibus nō est vir mecum. Post lectionem vero cantatur responsoriuz. Ne auertas faciem tuam n̄c. in quo orat ipse. vt p passionez veniat ad gloriā quia vero in agonia prolixius orauit vt habetur in euangelio ideo sumitur offertorium. et postcommunio de psalmo q̄ intitulatur oracio pauperis cum anxiaretur. excepto versu responsorij qui est. Saluum me fac deus quoniam in. a. v. ad. a. meam. Epistola est similiter de ysa. liij. c. Domine quis credidit n̄c. in qua eciam describitur in eodez stemate in quo ab euangelista representat̄ in passione vbi dicitur. sō est ei species neq̄ decor. et ita sicut ouis ad occisionem ducetur. Post epistolam sequitur tractus. et in solito modo scz immediate et hoc ideo quia ecclesia arcius luget quam soleat et plangit se vt dictum est in quarta parte sub ti. de tractu. Tractus enim significat prelatum et ideo in tota sexta feria nō dicunt̄ nisi tractus. Responsorium vero est penitencium. quia dominus non est ista die crucifixus. sed tātum venditus ideo non solum dicitur tract⁹ verum eciam et responsoriuz. Passio que sequitur appropinquabatur n̄c. luc. xxij. c. conuenit cum precedentibus. in qua exprimitur consilium iudeorum iude prodicio et domini passio. Post communio est. potum meum cum fletu miscebaz. potum scilicet passionis quando videlicet sudor ei⁹ erat sicut gutte sanguinis de currentis in terram potest eciam dici. q̄ duo sunt nobis necessaria. scilicet oracio. et paciencia secundum quod dicit dominus. Orate pro persequentibus et calūniantibus vos. Ad hec quidem duo inuitamur in introitu ad oracionem cum dicitur. In nomine ihesu omne genu flectatur. ad pacienciam exemplo saluatoris. de quo subūngitur. cristus factus est obediens n̄c. Non enim est obediens i tribulacione. nisi qui libenter tollerat. Due lectiones ideo leguntur. quia hac die dominus traditus est pro duobus. et a duobus populis. In quibusdam ecclesijs ad vtramq̄ genua flectunt quia ab vtroq̄ populo adorat̄. Preterea hac die sicut dicit aug'. consilium inierunt iudei quo ihesum dolo tenerent et occiderent. et iudas venit ad eos. et pacti sunt sibi pecuniam se daturos. Sicut ergo ecclesia representat in sexta feria actus iudeorum. ita et in quarta consiliuz eorum. Quidam autem legunt primo lectionem illā. Dicite filie syon n postea illā. Dñe q̄s credidit. Alij vero econuerso. primi quidem attendunt solum illud quod diximus. et quod vendicio iude que facta fuit quarta feria passionē domini precessit. de qua vendicione fieri videtur sermo in illa lectiōe. Dicite filij syon. in illo verbo. Ecce merces eius cum eo. Alij autem attendūt q̄ prim⁹ hō duas mortes incurrit. scilicet carnis et anime. et crist⁹ nos ab vtraq̄ liberauit. et quia mors anime mortem corporis precessit. ideo prim⁹ legūt lectionem illam. in qua agitur de morte anime. et de liberacione ab ipsa. De morte agitur in illa. Domine quis credidit n̄c. ibi omnes quasi oues errauim⁹. et vn⁹ quisq̄ in viam suam declinauit. De liberacione vero statim sequitur ibi. Domin⁹ posuit in eo iniquitates eorū omniū nostrū. et iterū. Si posuit p peccato animam suam videbit semen longeuum. Ad animam eciam pertinet graduale. vnicū habens versum scilicet. Ne auertas faciem tuam a puero tuo id est ab eo qui paru⁹ et humilis apparet in experiencia tribulacionis. Sequit̄ versus. Saluū me fac n̄c. vsq̄ non est substancia. Agne enim seducionis iudeorum vsq̄ ad animā

saluatoris tollendam peruenerunt·et illi qui erant ꝓfundi limus infirmati eius ꝑualuerunt· ℣icut autem saluator animam suam posuit pro anmaꝝ nostraꝝ redempcione ita et corpꝰ subiecit ꝓ corporum redempcione vnde in secunda lectione de ipsiꝰ corpore agitur sanguine proꝓrio rubricato vbi dicit̃ quis est iste qui venit de edon aĉ·et ibi quare rubrum est festimentum tuum aĉ·ipse respondit torcular aĉ·℟t qꝝ solamiseracione passus est dominus pro nobis ideo ꝓphæta·in psonam ecclesie lectionem illam concludit dicens miseracionum dñi recordabor laudem annũciaui super omnibus que reddidit nobis dominus deꝰ noster·quia vero qñq; sensibꝫ corporis peccauimus ideo sequitur tractꝰ dñe exaudi oracionem meam aĉ·habens qñq; sensꝰ vl̃ habet qñq; versus ꝓpter quinq; vulnera cristi· ℣eu qr quinquies exiuit sãguis ab eo ꝑmo in circũcisione·secõ in oracione·tercio in flagellacione·quarto in crucifixione· quinto in lancea cione·et in ipso tractu genus humanum petit auxilium et confitetur defectum quem ex peccato primi parentis incurrit· cum dicit quia defecerũt dies mei sicut fumꝰ·℣ies em̃ est vita hominis cuius nox est mors·sed hec vita est abreuiata· et deficit ꝓpter superbiam primi parentis que per fumum intelligitur et sequitur ossa mea sicut in frixorio confrixa sũt· ossa mea sũt vires interiores vel fortes qui sũt in ecclesia qui carnes id est carnales sustentat frixorium em̃ triplex est scilicet peccatorum recordacio· ꝑrimorum compassio futuri iudicij meditacio· ℣n his frigitur bonus homo· clauditur autem tractus sic̃ lectio aĉ in misericordia dñi vñ vltimus versꝰ ẽ·tu exurgens dñe miserebris ℔ec igit̃ quarta feria priuilegiata est· quoniam leguntur in ea due lectiones·propter ordinandos in sabbato sequenti·℣tem quia in ea die xp̃s venditus fuit triginta denarijs sicut et ioseph triginta argẽgenteis·quia seruus non est super dominũ·nec discipulus super magistrum·℟t ab hac quarta feria sumptum est·qꝝ semper in quarta feria ieiunare·et abstinere a carnalibus desiderijs debemus et in memoriaꝝ vendicionis cristi·hec feria secũdum locum optinet post sextam feriaꝝ ꝑ totum annũ in ieuunijs pœnitencialibus

De quinta feria·

℣n hoc tractatu quinte ferie cene dominj hoc ordine ꝓcedemus·ꝓ̃a primo generaliter dicemus aliqua de officio sequencium trium dierum·postea specialiter de officio huius diei·℣t ꝑmo de introductione publice pœnitencium in ecclesiaꝝ·et de sacramentis quibus hec habet quinta feria specialiter insigniẽ·℣ecundo de triplicis olei consecracione·℣ercio de huius diei misse officio· vbi eciam agitur de pedum locione· et de officio vespertino·℣ quarto de altarium denudacõe·et de officio vespertino·aĉ tã de ipoꝝ quam de pauimenti ecclesie locione·et de corporis dñi reseruacione et de quibusdam alijs·

De officio trium dierum·

℟enotandũ autẽ est qꝝ ecclesia luget tribus diebus· quia totꝰ diebꝰ fuit dominꝰ in sepulcro·℣icut enim ionas fuit in vẽtre cete tribꝰ diebꝰ aĉ tribꝰ noctibꝰ·ita et filius hominis fuit in medio terre aĉ·quod sinodochice esse asserit augꝰ·℔am pars illa sexte ferie·q̃ fuit in sepulcro accipitur ꝓ nocte et die sexte ferie·aĉ nox diei dominice similiter ꝓ nocte et die ipsiꝰ diei accipitur·dies vero sabbati integra est·s·nox cum die suo id est spacium vndecim viginti quatuor horarum·℟st ergo sensus fuit dominus in sepulcro tribus diebꝰ et tribus noctibus id est tribus temporibus quoꝝ quotlibet constat ex die et nocte· ℣ic enim loqui cõsueuimus·quia si aliquis eciaꝫ minima parte alicuius diei fuerit in aliquo loco dicimus eum ea die ibi fuisse·fuit itaq; secundum ip̃m·xl·horis in sepulcro·videlicꝫ quatuor horis sexte ferie·et·xxiiij·sabbati·et·xij· noctis diei dominice quia q̃drificum orbeꝫ morte ẽm̃ gressionis decẽ mandatorum mortuũ viuificauit·℔ed secundum premissa videtur qꝝ triduana dñi sepultura debeat celebrari sexta feria sabbato aĉ die dominica·℣ed respondetur qꝝ quia dominꝰ in nocte diei dominice resurrexit·noctem illaꝫ ad horam resurrectionis solemniter celebramus· ℣nde necesse est qꝝ in quinta feria ꝑueniamꝰ et ita triduo·s·quinta et sexta feriis aĉ sabbato humiliacionem domini in merore celebremus· qr et in quinta feria iam interuenerat nephandum commercium iudaice ꝓditionis·℔uidam tamen cuilibet premissorum trium dierum viginti quatuor attribuũt horas volentes xp̃i defuncti exequias septuagintaduabꝰ horis celebrare aĉ tristiciam·lxxij·discipulorum merito per hoc exprimere·℔ane ecclesia hijs diebus tenebras colit·et matutinas finit primo quia in luctu et in merore est ꝓpter domini passionem et ꝓpter eiꝰ triduanaꝫ mortem exequias celebrat triduanas·℣ecundo officium tenebrarum significat· nõ tã tenebras materiales q̃ fuerunt super faciẽ terre dum pendebat sol iusticie in cruce·℔uit enim tunc eclipsis miraculosa· non naturalis ꝑ tres horas·videlicet a sexta vsq; ad nonam inclusiue· quaꝫ eciaꝫ spirituales q̃ in illo triduo in cordibus fidelium extiterunt per hoc quod tenebras colit tenebraruꝫ ꝑmatus insinuatur q̃ his diebus inceperunt p̃cedere dies ꝓut sub sabbato sancto dicetur·℣n hijs vero tribus diebus silent cãpane·quia tunc siluerũt apostoli·et predicatores·et alij qui per campanas intelliguntur·℣onus autem campanarum significat sonũ predicacionis de quo dicitur in omnem terram exiuit sonus eorum·℟on enim iam circuibant iã euãgelizando vicos et vrbes· ℣ed ymmo dicto exierunt cum ihesu in montem oliueti·qui cũ dñs

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dixisset·ecce appropinquat qui me tradet· pre
tristicia dominitauerunt·et a laudibus cōticuerit
Vnde et a cōpletorio siue a vespera q̄ dñs tra-
dit9 fuit cāpanarū silencium inchoat̄ a vespera
autem qua dominus traditus est q̄n videlicz di
scipuli fugierunt campanis silencium indicitur
Alij videlicet ad primam huius quinte ferie·n
non vlterius pulsant campanas·fit tū signum
cum tabula·primo ad significandum xp̄i huma
nitatez·qui se abscondit·et vsqz ad mortem et
sepulturam se humiliauit·ligm quidez vsus hu
milior eris sono·hoc ostendit n inde ecclesia ori
entalis vsum adhuc tenet lignorū et vt popul9
humilior reddatur·Secundo per signum tabu
le terrorez accipimus·¶ Tabula ergo percuti
tur quia magnus timor apostolis a iudeis incu
iebatur·Tercio per lignum in ligno malleum
scz in tabula suspensū intelligim9 xp̄m· qui est
lignum plantatum secus decursus aquaruz qui
in crucis ligno pependit·n pendens orabat·et
predicabat dicens· pater dimitte illis·quia ne
sciunt quid faciunt·Cum ligno autez tantū pul
satur·quia tunc solus cristus predicator habe-
batur et solus torcular calcauit·Quarto per ta
bulam ipsam lignum fructiferum scz cristus·p
malleum quo tabula pcutitur ligni preuarica
cionis significatur·Quinto ideo campane et nō
signum tabule vel alterius huiusmodi filēt· qr
licet maiora signa mta videlicet apostoli a lau-
de dei m cristi passione siluerunt·Minora tamē
signa·vt mulieres non siluerunt·pmo secute fūt
ipsum vsqz ad crucem·¶ Principia q̄z horarum
scz·deus m adiutorium et fines scilicz per domi
num·et benedicamus et huiusmodi dimittunt·
quia recessit et nobis ablatus est sacerdos n pa
stor bonus·qui est alpha et o id est principium
et finis· qui eciam est fūmus sacerdos et caput
nostrum·et traditus impijs·nec est a quo pe-
tamus q̄ intendat in adiutorium nostrum· per
cusso namqz pastore nostro discipuli ei9 dispers
si fūt· Sic ergo istud officium caret p̄cipio et
fine·quasi mortuum et viduatum videtur quia
et patres nostri viduati post mortem xp̄i fuerūt
Non dicitur eciam gloria patri·qr in cristi pas-
sione absc̄dita fuit fortitudo glorie ipsius xp̄i
et in ei9 morte trinitas visa est extincta·¶ In
cuius laude dicitur ille versus·De hoc eciaz sub
dominica de passione dictum est·hoc eciam no-
tatur in quibusdam ecclesijs i quib9dis diebus
duo tantū cerei ante altare ardent·tercio extin
cto·put sub ti·de pascha dicet̄·¶ In his q̄z tri
bus diebus salutacio non fit·quia dñs vobiscuz
non dicit̄·vt vitetur pestifera salutacio p quaz
iudas tradidit cristum dicēs·aue rabi Pax eciā
non datur·p eo q̄ iudas osculo tradidit cristū
et qr in duobus sequētibus diebus in altari nō
osecratur·nec dicitur pax domini sit semp vobi
scum·nec dona nobis pacē·¶ In quibusdaz tamē
ecclesijs dat̄ hodie pax p eo q̄ hac die sacrā
tum sacramentorū·s·eucaristie instituti ē·His

quoq̄z diebus fit officium humilius solito p̄
dnim humiliacionem·et triduanam eius sepul
turam quam celebram9·Verumtamē nocturna
le officium per quod significantur p̄phecie pro
phetarum alta voce et manifeste cantat̄· qr p
phete et alij sancti patres veteris testamenti al
ta et apta voce q̄ de xp̄o erāt ventura predixe
runt·et quod spiritus sanctus sibi dictabat· re
mota formidine nūciarūt·diurnum vero offic iū
per quod apostolorū p̄dicacio figurat̄ voce di
missa et quasi sub silencio cantat̄ quia tunc apo
stoli oio tacuerunt·aut saltem occulte predica
uerunt·¶ Incipit autem tenebrarum officium·
zelus domus tue commedit me id est amor ve-
hemens ecclesie fuit causa quare passus fū·Non
dicitur muitatorium·ne muitemur· sed potius
per silencium detestemur pestiferū iudeorūz cō
silium et comentum factum vt ihesum caperent
in sermone·et eum morti traderent· Preterea
tunc apostoli dispersi erant qui alios ad cōui-
uium muitare et conuocare consueuerāt·¶ Im
mus eciam laudis non dicitur· quia tunc factus
est ob probrium et abiectio plebis·¶ Finis do-
minice orationis q̄ drante lectiones dicitur in si
lencio·p eo q̄ de euangelio sumitur·Nam tunc
euangelica enunciacio fugientibz apostolis cess
sauit·Et est notandum q̄ cristus cuius est ipsa
oracio auulsus a ceteris et quasi in silencio ora-
uit·Sed fit tunc sonitus per tactū ligni cū ma
nu quia et cristus in ligno crucis pendens vo-
ce magna clamauit·¶ Non dicitur eciā in lectio
nibus iube domine benedicere·nec tu autem do-
mine·quia recessit pastor n sacerdos qui gregi
bñdicē n miserari debz· Oz quia illū p̄pter pec
cata amisimus·ad hoc vt eum recuperare valea
mus āmonemur per versum illum·ihrusalē ihe
rusalem conuertere ad dominum deum tuū· qui
in fine lectionum dicitur vt ad penitenciam con
uertamur·nam post luctum possumus gaudere
Per hoc autem q̄ dicitur bis ihrusalez·argui
tur duricia iudeorum et peccatorum·sicut alibi
in euangelio·ihrusalem ihrusalē q̄ occidis p̄
phetas n cetera·Rursus p iube domine intelli-
guntur ad predicacionem euntes·per tu autem
inde redeuntes·ideo ergo neutruz dicitur·quo
niam apostoli quos repreſētāt qui lectiones le
gunt hijs diebus fugerāt·Vnde nec ad predi-
cacionem missi sunt·nec qui missi erant sabbato
domino redierunt·¶ Omnes antip̄s·fūt de pas-
sione et compassione·

In hijs eē tribz nocturnis·ix·psalmi·ix·lectiones
et·ix·responsoria diuisim per singula nocturna
cantantur ad ostendendum q̄ crist9 in infernū
descendens tria hominuz genera·s·virgines cō
iugatos et continentes inde rapuit et ad ange
lorum sōcietatem trāsuexit·que tria genera in
euangelio distinguuntur·per eos qui in mola·
per eos qui in agro et per eos qui in lecto fūt
Tria ergo hominum genera scz qui fuerunt in
lege naturali·et in tempore legis et p̄phetarū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

per tria nocturna recolim⁹ et ſicut illi per mor
tem domini in tribus ſociati ſunt · nouem ordini
bus angelorum · ſcz in actionibus · cognicionī =
bus · et gaudijs · ita per tres noctes dñice ſepul
ture · ix · pſalmi · ix · lectionibus · et · ix · reſponſo
rijs ſubdiuiduntur pſalmi eñ ad actiones · lec=
tiones ad operum dei cognicionem · reſponſoria
vero ad gaudium · et ad cantum ptinent angelo
rum · ¶ Ceterum tres ꝑme lectiones vel in qui=
buſdam eccleſijs ſex ſũt de trenis ieremie · deflē
tis captiuitatem populi ſui · non ſolum babilo=
nicam · ſed eciam romanaz quam incurrerunt ꝓ
pter paſſionem domini et ideo dicuntur lamen=
tabiliter in perſonam ſanctorum de iudeis qui
deflent caſũ gentis ſue · Sicut enim ille deplo=
rauit mortem ioſue regis occiſi in futurã deſtru
ctionem gentis · ita et nos deploramus mortez
et paſſionem criſti regis noſtri · In fine autem
lamentacionum dicit idez iere · ſpiritus oris no
ſtri criſtus dominus captus eſt in peccatis no=
ſtris · Alie vero tres ſũt de expoſicione pſalmi
tractantis de paſſione · et ideo voce deprecſa le
guntur · tres vltime de epiſtola pauli · ꝑma ad
corinthꝫ · conuenientibus vobis in vnuz aĉ · vbi
oſtendit apoſtolus · quomodo debet cena domi=
ni ſumi ex quibus ſex lectionibus apparet q ꝓ
phete preuiderunt criſtum occidendum · et apo
ſtoli docent occiſum · Dicuntur autem treni id
eſt lamentaciones · a trenato monte · vbi lamen
ta ammaz que ibi pumuntur · ſepe audiri dicũ
tur · Inde eciam dicitur trenum · quod eſt carmẽ
lamentacionis et funeris · Dicuntur eciam treni
quia ſemper tres verſus poſt vnamquamq; lit
teram hebrei alphabeti ſecũdquod alphabetũ
totũ p ordinẽ in illis lamẽtacionibus ponitur
Primo qz mos fuit hebreis illud ponẽ in eorum
cantibus · ſiue luctus · ſiue letitie alicuius rei mul
tum notabilis ꝓut patet in vltimo capitulo ꝓ
uerbiorum · mulierem fortez aĉ · et in quibuſdã
alijs locis · ꝓut habetẽ in ꝓhemio libri regũ · Se
cundo quia ſicut dicit iere · in eodem ꝓhemio a
in ꝓlogo biblie verſus quibus dicte lre antepo
nũtur in lamentacionibus iere · incipiunt in he=
breo ab eiſdem lris · Tercio vt per hoc notetur
cecitas et duricia iudeorum · qui res tanq̃ alpha
beticum notiſſimas videlicet paſſionem filij dei
intelligere et credere nolunt dicente ꝓphete ·
miluus in celo turtur et ficonia · congnouerunt
tempus aduentus ſui iſrahel autem me non con
gnouit · et populus non intellexit · Quarto quia
interꝑtaciones litterarum ipſarum maxima ex
parte continent ſententiam verſuum quibus an
te ponũtur · ¶ Circa quod notandũ eſt q aleph
interpretatur doctrina · beth domus · gimel ple=
nitudo · de beth tabularum ſeu ſcripturarum · hic
ſiquidem eſt prima connexio litterarum ipſarꝫ
vbi dicitur q doctrina eccleſie que ẽ domus dei
eſt in plenitudine ſcripturarum · Hec iſta · vau
et zay · hec beth vita · hec eſt ſecunda connexio ·
vbi dicit̃ q iſta et hec doctrina quam p̃ diximus
eſt vita qua viuimus · Teth bonum · ioth princi=
pium · hec eſt tercia connexio · vbi dicitur q bo=
num eſt principium per ſcripturas quaſi ꝑ ſpe=
culum ſaltem in enigmate agnoſcere dominum
Caph · manus lamech cor · vel diſciplina · hec eſt
quarta cõnexio · vbi dicitur q in vtero cordis
diſciplina exigitur · quia michil facere poſſum⁹
niſi que facienda erunt agnouerim⁹ · Men ex ip
ſis · num · ſempiternum ſamech · adiutorium · hec
eſt quinta cõnexio · vbi dicitur q ex ipſis ſcrip=
turis eſt nobis ſempiternum auxiliũ · Aym ocu=
lus phe · errauit · ſadech · iuſticia vel conſolacio
hec eſt ſexta connexio vbi dicit̃ q ſepe dicta ſcrip
tura eſt oculꝰ errantibus et conſolacio · Coph
aſpice · res caput ſyn · ſuper vulnus · thau ſignũ
vel conſumacio · hec eſt ſeptima connexio · vbi
eciam in numero fit miſticus intellectus · vbi di
citur · aſpice in ſcriptura cõtineri caput noſtrũ
a quo habemus medelam ſuper vulnera et con=
ſequimur conſumacionem id eſt vitam eternam ·
Sic ergo ſaluatoris exequie celebrantur · vt in
modico apice ab aliorum defunctorum exequijs
diſtare videantur · ¶ Conſequenter candele et
lumina extinguũtur · naz hec tenebre tribus no
ctibus celebrate ſignificant tenebras que tribz
horis fuerũt criſto in cruce pendente · vel ideo
tribus noctibus lumen extinguit̃ · quia verum
lumen triduo iacuit in ſepulcro Circa quod ad
uertendum eſt · q quidam accendunt ſeptuagĩ
taduas candelas · quidam viginti quatuor qui=
dam quindecim · quidam · xij · quidam · ix · quidã
vij · et ſecundum quoſdam non eſt numerus cer=
tus · omnes tamen non ſine miſterio agunt · Sep
tuagintadue candele que extinguunt̃ deſignãt
lxxij · diſcipulos · quorũ predicacio in morte cri
ſti pene extincta eſt · ſignificant eciam q domi=
n⁹ · lxxij · horis in ſepulcro per ſinodochen intel
lectis · vel tot accenduntur propter ſeptuagin
ta duas nationes · ſeu genera linguarꝫ · xxiiij · cã
dele accenduntur · Primo quia ſol iſte qui mun
dum viginti quatuor horis diei et noctis illumi=
nat · ſignificat xp̃m verum ſolem qui extinguit̃
quia criſtus occubuit veſpere paſſionis et tene
bre facte ſunt ſuper vniuerſa terra · Secundo
dies cuius maius lumen criſtus eſt · nox vero cu
ius minus eſt lumen eccleſia eſt · Luminaria ſunt
apoſtoli · et alij viri apoſtolici · qui ſunt quaſi ·
xxiiij · hore que diei criſto et nocti eccleſie famu=
lantur · xxiiij · lumina ergo extinguũtur · qz apo
ſtoli in vnoquoq; die per · xxiiij · horas latuerũt
Tercio viginti quatuor candele deſignãt ver=
ſũ · gloria patri · aĉ · qui in nocturnis feſtiuitatũ
xxiiij · vicibus ſolet dici · Primo poſt deꝰ in adiu
torium · Secũdo poſt inuitatorium · Tercio p⁹
ymnum · nonies in pſalmis trium nocturnorum
ter in reſponſorijs · et te deum laudamus quaſi
gloria patri eſt · Iterum ad laudes · ſemel poſt
deus in adiutorium quinquies in pſalmis ſequẽ
tibus · ſemel in ymno · et ſemel poſt benedictus ·
verſus enim ipſe in hoc officio tacetur · vt pre=

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

missum est · quia ille in cuius laudem dicitur in sepulcro iacet · ideoq; xpiij · cãdele ad hoc designandum extinguuntur · vel significant · xij · apostolos in quorũ honorem tociens dicitur gloria patri in nocturnis · prout dictum est in ꝓxemio quinte partis · xv · candele significant · xij · apostolos · et tres marias que sequebantur dominũ que extinguũtur · quoniam tunc omnes laudes dei tacuerũt · apostolis tamen fugientibꝫ ipse marie quia minꝰ timebant circa cristum quo ad poterant versabantur · Vnde legit̃ · Pelli mee consumptis carnibus ad os meum · et desunt tꝫ la · mea cir · den · meos · labia id est mulieres · que fũt quasi pellicula circa dentes · Vel · xiiij · ex ill candelis significant · xiiij · articulos fidei · quoꝝ extinctio significat extinctionem fidei factaꝫ in fuga apostolorum · extinctio vero vltime candele significat mortem cristi · xij · candele accense repꝛesentant duodecim apostolos · que extinguũtur ad notandum q̃ apostoli tunc filuerunt et fugerũt · et pene extincta est fides in eis · Nouem candele · significant genus humanuꝫ · quod per peccatũ se a nouem ordinibus angelorum a vera luce exclusit · Septem candele significãt graciam spiritus septiformis que in cordibus discipulorum pene fuit extincta · Vbi vero non obseruatur certus candelarum numerus · ſꝫ quilibet laicus pro velle cãdelam suam apponit cãdele huius significant ꝓphetas et alios sanctos patres · qui cristum venturũ lumẽ nostrum preãnũciantes et verba salutis predicantes diuersis penis vexati mortui sũt et extincti · Porro omnes cãdele nõ simul · ſꝫ vna post aliã extinguũtur · quia discipuli nõ simul a cristo ſꝫ successiue vnꝰ post alium discesserũt · Alia eciam racio iam sequitur · Quidam extinguũt eos post singula cantica vsq; ad plenam extinctionem figurãtes · q̃ in singulis canticis siue psalmis mestricia decidimus quia verus sol occubuit · gaudium q̃ nostrum in luctum est conuersum · iuxta illud · Cecidit corona capitis nostri · conuersus est in luctum chorus noster · Alij in tribꝫ vicibꝫ eas extinguũt recolentes triduanam dominj sepulturam · In quibusdam q̃ ecclesijs candele quadam manu cerea extinguũtur · que significat manum iude · de qua dominus dixit · qui intĩgit manũ mecum in cẽ · que fuit quasi cerea id est ad maluꝫ flexibilis · q̃ quam cristus rex noster a vera lucerna traditus fuit · et quantum in illo fuit extinctꝰ · Candela autem que in medio ẽ non extinguitur · sed in fenestra vel in archa accensa seruatur occulte · vel postea reueletur et ecclesiam illuminet · Nempe candela ipsa seu eiꝰ lumen occultatum significat primo fidem que i sola virgine remansit · per quam postea omnes fideles docti et illuminati sunt · Secundo significat cristum qui licet videretur secundum carnẽ extinctꝰ · tamẽ secundum diuinitatem que illis erat occulta viuebat · et postea resurgens cũ luce clarissima se suis discipulis manifestauit ·

Tercio occultati luminis quod videbatur extinctum · reuelacio notat fidei illuminacionem in apostolis et in alijs in quibus tunc pene extincta erat · Quarto notat fidem post infidelitatem Quinto notat q̃ ignis spiritussancti qui in fidelibus videtur extinctꝰ iterũ reluceret in eis dẽ · Sexto luminis renouacio significat noui testamenti renouationem · Septimo luminaria successiue vnum post alterum extinguũtur · et vnũ quasi pene extinguitur · quia absc̃ditur a posthea reuelatur ad notãduꝫ q̃ peruersi vince cultores · et generacio praua nũcios patris · videlicet ꝓphetas per varia tẽpora completo suo ministerio ꝓphecie occiderunt · et tandem patris hæredem quem in sepulcro positum lumine occultato figuramus cuius luminis reuelacio ẽ resurrectionis eiꝰ manifestacio et commemoracioꝰ Vltima candela que vltimo extinguitur ẽ maior ceteris secundum quosdam et significat cristum qui fuit dominꝰ ꝓphetarũ · secundum alios vero nõ est maior ceteris · et similiter significat cristũ · q̃ reputatꝰ ẽ vnꝰ ex ꝓphetis a vltimus extinguitur · quia nullꝰ post eũ apud illos ꝓpheta surrexit · sed extinctꝰ eis perfidie tenebras dereliquit · Et ad canticuꝫ euangelicum candela ipsa extinguitur quia cristus euãgelizans occiditur · Et attende q̃ in hoc officio pastoris officia · vt capꝝm subticentur · quia pastores dispersi fuerant · versus tamẽ q̃ est minorum officium nõ omittitur · quia discipuli minus cõgniti videbãtur · vnde et hoc officiuꝫ triduanum pocius a minoribus celebratur in tipo minorum discipulorum et mulieruꝫ que dominũ sequebantur · Vociferacio ad benedictus et tumultus popularis qui tũc fit cõcrepacio est iudeorum · et tumultꝰ cohortis quaꝫ cũ gladijs et fustibus iudas contra cristum adduxit · vel ceci discipuli salutacio dicentis · Aue rabi · Tercio canticum ipsum tunc alta voce dicit̃ ad notãdum quia multi interfecto antecristo gaudebũt · Clangor canẽcium kirieleyson est tumultus dominum persequencium et euꝫ yronice adorancium vel significat lamenta sanctaꝝ mulierum que sequebantur dominum · que legunt̃ postea lamentari sedentes contra sepulcruꝫ · Tropi vero id est versus illi qui in hijs tribus noctibus cum kirieleyson · et domine miserere quasi lamentabiliter cãtantur significãt lamẽtacões et doloꝛs mulieruꝫ de cognacione sua que a galilea fuerant secute ihesum · inter quas erãt maria magdalena · et maria iacobi · et salome plorãtes iuxta sepulcrum · In quibusdam eciam ecclesijs tropis cantatis procidentes ad terrã dicunt in tenebꝛis subsilencio · miserere mei deꝰ et collecta · respice quesumꝰ domine in q̃ timoꝛ apostoloꝛum in occultis notat̃ · Postea fit cũ manu vel alio quidam sonitus an luminis reuelacionem qui sonitus repꝛesentat terꝛoꝛis eoꝛum incussionẽ · vel ex tumultu cohoꝛtis vel ex terre motu · In quibusdaꝫ tñ ecclesijs ignis nouus

de lapide producitur·quia per cristum media=
torem nostrum nobis spiritussanct9 infunditur
Ab hac q3 die ad octauam pentĥ·in quibusdaz
ecclesijs officiū beate marie omittitur·vt memo
rie atq3 reuerēcie passionis et resurrectionis·de
quibus in ecclesia hoc tempore agitur·ardēci9
insistatur·cū em̄ honor et obsequiū specialiter
hoc tempore cristo ei9 nato in nostra humani=
tate passo et glorificato impensū redūdet in ip
sam matrem nulla quidem sibi fit iniuria ipsū of
ficium omittendo·¶mittitur eciaz officium mor
tuorum quia cum recordacio beneficiorum cristi
p̄cipue que ipse passionis et resurrectionis sue
tempore contulit omnem nostrum affectum·
et intellectū requirant· prom de ecclesia illud
solum officium·quod ad ipsū cristum spectat· i
quo de eius passione et resurrectione agitur eo
tempore agit·vt sic non ad plura dispersa· ad
vnum dum tarat velxemēcius occupetur·nec p
hoc defuncti qui fūt in purgatorio dispendium
paciuntur· quia cum sint nobis per caritatem
vniti beneficia nostra secundum quod meruer̄t
participātur ab eis·nec expressius memoria p
illis fieri posset quaz agendo memoriaz de mor
te et resurrectione cristi·per quam a penis libe
rari expectant extra ecclesiam tamē vtile est ip
sa officia dicere·

De diurno huius diei officio ℟·

Sequitē de diurno hui9 diei officio videre
Et quidez hec quinta feria insigmitur sa
cramentis· tum ab ecclesia· tum a domi=
no institutis·in qua die primo penitētes in ec
clesia introducuntur·qui in capite ieunij de ea
electi fuerant· Vñ in canone inuoc· ita legit̄ de
penitentibz vero qui siue ex grauioribus omis=
sis·siue ex leuioribus penitenciam gerunt·si nl̄
la interueniat egritudo quinta feria ante pa=
scha eis remittendum romane ecclesie obseruatio
demonstrat·¶primo ergo de penitencium in
troductione in ecclesiam dicturi aliqua de ipso
electione premittamus·℣iquidem misericors q
miserator dominus· cuius misericordie non est
numerus·sicut in psalmo habetur·misericordi=
ter semper agens et peccatorum salute ficiēs p
huius mundi pelagium periculose nauigantibz
et quandoq3 fluctuantibus inter alia multa re=
media·specialiter duas naues siue tabulas pa=
uit·prima est baptismus·secūda penitencia·sic
apostol9 ait ad ephes· Et quidem q penitēn=
tes de ecclesia eiciuntur representat exilium et
electionem ade et eue de paradiso propter ci9
pomi·peccatores ergo de ecclesia eicim9 et ele
ctis penitenciam septēnem·aut aliam pro cri=
minum qualitate impomm9·et electi p septem
ebdomodas extra morantur·quia genus huma
num in adaz lapsum iudicio dei in hoc exilio sep
tem milibus damnatur annorum·maria q3 lapsa
septez diebz extitit extra castra·Forma electio
nis habetur in concilio agathen̄· Electionē vo
cbay ni facie dñi representat ecclesia excōicādo
viros sanguinum·p̄cipue cum cādelis extinctis
quia et ille et isti spiritum vicijs extinxerūt· q̄
candele in prolacione anathematis debent proi
ci et pedibus cōculcari· nec vlterius debent ad
aliquem vsū· sicut nec sal infatuatum assummi·
Electi ferunt cādelas in manibus ad significan
dum q9 pro opere quo primi parentes porrexe
runt manus ad pomum vetitum apposita est ig=
nea rūplxea in paradiso· Claudūtur coram eis
fores ecclesie in signuz aditus paradisi quondā
obclusi·Quod de loco ad locum vadūt siue mem
bium mittuntur significat q9 chayn post mort̄
fratris profugus et vag9 fuit super terraz·q9
cilicijs et laneis vtuntur· de iob tractum est qui
penitenciam in fauilla et cinere agens·sacro se
operuit·et de ninuitis qui similiter fecerūt·
¶Cilicium quoq3 portant in signum pellicia=
rum tunicarum ade et eue·Nolb·eciam habitum
recolentes·Carcer penitencie a ioseph iniciuz
habuit·q9 comam et barbam nutriunt·tractum
de ioseph cui in carcere posito ista excreuerunt
vel iacent aut sedent in terra sūptum est de iob
qui insterquilinio sedit· In terra eciā comedūt
quasi ipso facto dicāt·maledicta es terra i ope
re tuo·nō dicitur eis· aue quia nondum mutatū
erat nomen eue·q9 pedes nudāt· muditatem re
presentāt ade inuētes·q9 indigēt ornatu glo
rie·q9 baculis vtūtur tractum est de iacob· qui
peregrinās in baculo iordanem transiuit·¶In
hijs eciam ommibus inuitantur ad humilitatem
purgatoriam confessionem·et tam peccatorum
quam eterne pene meditationem·et q9 sint me=
mores siue peregrinacionis Namq3 eiciunt̄ de ec
clesia·et post eos cantatur·in sudore vultus tui
vesceris pane·hoc ideo fit·vt videntes ecclesiā
pro eis esse confusam magis ac magis confun=
dātur· In vestimentis quippe sordids et ex cre
mento crinium et barbe multiplicacio miserie
peccatorum insinuatur· quasi dicant ipso facto
Iniquitates mee multiplicate sūt super capil=
los capitis mei·q9 in terra iacent· eis eternā dā
nacionem ad memoriam reducit quasi dicāt dñe
perdes omnes qui in terram descendūt id est q̄
dediti sūt terrenis·nisi resipiscāt q9 de loco a d
ocum cum baculo vadūt eis ad memoriam per
egrinacionem fiam reducit·qui per peccatum
recesserunt a deo· in baculo enim intelligit̄ cor
rectio·consolacio·et sustētacio·quasi dicāt· vir
ga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt·
Est autem baculus cubitalis· quia in qua mēsu
ra messi fuerint remecietur eis ℣ed queritur q̄
re hac die penitentes in ecclesiam introducūt̄·
℟espondeo in quinta feria deus creauit pisces
et volucres·pisces in aquis reliquit volucres in
aera leuauit·iuxta illud· Magne deus potencie
qui ex aquis aē·partim remittis gurgiti·scili=
cet pisces· partim leuatis in aera scilicet volu=
cres· Per pisces intelligūt̄ cupidi·auari a luxu
riosi qui in fluxu cupiditatum huius mundi dele
ctantur· Volucres sūt spirituales qui in spūalē

consecracionem quasi in aera leuantur· Preeminentes igitur in quinta feria in ecclesia introducũtur et q̃si segregati a malis et ab hui9 mũdi delicijs in celis animo conuersantur· Preterea in fine quinte etatis quam hec quinta feria significat· Johannes baptista penitenciam predicauit et dominus noster venit in mundum peccata absoluens· prout in prima huius diei oracione dicitur· ¶ Rursus in hac die institutum sacrãm tum sacramentorum· scilicet corporis et sanguinis domini· cumdominus vetus finiuit testamentum· et nouum inchoans panem et vinum in corpus et sanguinem suum transubstãciauit q̃ est sacramentum misericordie· quia ergo crist9 solus de misericordia crimina tollit vt premissum est ideo penitentes hac die reconciliantur que hac die misericordie consecrauit sacramentum et inde est q̃ missa huius diei solemniter cãtatur vt ibi dicetur· Merito igitur hac die que tota in remissionem peccatorum consecrata est penitentes reconciliantur ad percipienda corporis et sanguinis domini sacramenta· decuit ita q̃ hoc sacramentum sacramẽtorũ mstitui in fine quinte ferie aduemente vi· feria eo q̃ in fine quinte etatis· et in primordio sexte lex finem et euãgelium sumpsit exordium· Preterea hac die absoluũtur· quia in ea cristus fuit captꝰ et ligatus· que ligacio absolucionem nostram operata est hac eciam die crist9 lauit pedes discipulorũ suorum vt pedes et affect9 nostros lauet id est soluet a peccatis· ¶ Forma vero reconciliacionis hec est· Exit pontifex ad ianuas patentes ecclesie vbi iacẽt penitentes prostrati in terra· et eos vice cristi vocat ad timorem domini dicens ter· ve ve ve· filij audite me timorem domini docebo vos hanc esse cristi vocem proba ti· psalmi· xxxiij· de quo summitur qui talis est p̃s dauid· Cui mutauit vultũ suum coraz ab ymalech· Abimalech interpretatur patris mei regnum per quem iudeos accipim9 coram quibus ver9 dauid mutauit vultũ suum id est sacrificãdi ritum et ferebatur in manibus q̃ panez et vinum dedit discipulis dicens· hoc est corp9 meum· et h̃ est sanguis me9 quod quidem hodie factum est dicens ergo pontifex vicari9 ihesu cristi venite penitentes· Inuitat ad corp9 sãguinisq̃ conuiuium· proinde pro eis orat genua flectit· eos ammonet· eosq̃ reconcilians in ecclesiam introducat· ¶ Illud eciam notabile est q̃ vndiq̃ ianue ecclesie patent ad notandum venientes ab austro vel ab aquilone id est iustos et peccatores quãdo accedãt ad misericordiaz nõ esse prohibendos et a pascha in ãtea patebunt eo q̃ in octaua nostre resurrectionis nulluz erit improperium peccatorum electis· ¶ Illud quoq̃ notabis q̃ penitentes in ecclesia recepti crines et barbam quam nutrierant deponũt et se vestes mũdas et culciotes depositis· penitẽcialibus induũt a ioseph capientes exemplum qui de carcere ductus tonsus est et lot9 et vestit9 decoratus· per hoc quoq̃ innuit̃ q̃ deponẽtes multitudinem peccatorum induũt vestimenta virtutum·

De quinta feria·

Hac eciam quinta feria secũdo loco triper titum oleum consecratur· quoniam hodie agnus dei ad victimam scz vesperaz immolabatur de cuius sanguine vteraz postis et superliminare domorum in quibus erat edend9 liniebatur vt hoc signo viso exterminator egipti domos sacri conuiuij preteriret intactas· in q̃ prefiguratum est q̃ si frõtibus nostris vnctione crismatis· quasi sanguine cristi qui vnctus interpretatur· signum crucis imprimitur· dyabolus in domibus animarum nostrarum nullam nocendi habet potestatem· Recte ergo qua die illud figuratiuũ agebatur significatum solemniter celebratur ¶ Sed diceres cõsequens igitur esset vt hac die pueri confirmentur id est in frõtibus crismate sacro signentur· Respondeo sãcta ecclesia illum in quo passus est dominus· luctui dedicauit· et solemnitatis et cõuiuij gaudiũ in diem tercium q̃ resurrexit dominus reseruauit vt tunc demum pro recuperata salute animarum· que est patrata in sexta feria et pro futura corporum resurrectione que donata est nob in ecclesia paschalis agni· conuiuiuz celebrem9 dicentes pascha nostrum immolat9 est cristus· itaq̃ epulemur· ¶ Summentes ergo illud· vnde postes nostrarum frontium signare debem9 rectius ab ipsa signacione vsq̃ ad cõuiuium paschale cessam9· vt tunc submerso pharaõe· ẽntes per mare rubrum· signantes domos contra exterminatorem paschale cõuiuium celebremus· ¶ Sed diceres cur itaq̃ in sabbatum crismatis consecracio nõ differtur· Respõdeo quia ab hac quinta feria vsq̃ in vesperam sabbati a missarum solemnijs vacam9 ipsum autem crisma non nisi intra missaruz solemnia phas est cõsecrari· Sed ante missam baptismum conuenit celebrari prout sub sabbato sancto dicetur· vel ideo in quinta feria consecracio celebratur q̃ crist9 in quinta fuit vnctus etate· nam in quinta venit qui in sexta sanguinem consecrauit decus vnctione· Dicit daniel· vngatur sanctus sanctorum· Et ysaias· spiritus domini super me eo q̃ vnxit me· a· e· m· m· Et dauid vnxit te deus· d· t· o· l· pre· con· t· cuius vnctio extunc cepit· cum verbum caro factum est· cum plenitudo diuinitatis in eo corporaliter habitauit· Tunc autez completa est· cum in baptismo super ipsum spiritussanctus in specie columbe descendit· Ideo q̃ vnctio que hodie conficitur ad vngendum vsq̃ ad baptismum differtur vt significemus spiritumsanctum super dominum in baptismo visibiliter descendisse et nos in baptismo spiritum sanctum accipere· Et hijs itaq̃ patet in vespera sabbati statim post baptismuz esse confirmãdum· vt postea celebretur paschale conuiuium et q̃ quibusdam placet· saltez in paucis esse tũc

dictus est locus ille mons caluarie siue caluarius vbi rei decolabantur et vbi multa capitum ossa erāt dispersa. ¶Quia vero xp̄us in cruce pendēs prolixe orauit. decantans enim cristus psalmos scilicet. Deus deus meus respice in me. vsq; ad illum. In manus tuas domine. Illo dicto emisit spiritum. ideo et nos postquaz recitata est passio eius orationes dicimus ad notandum q̄ quā do abinimicis prosequimur semper ad orationē est recurrendum. iste tamen est insolitus mos orandi. ¶Nam in alijs diebus ante euangelium orationes dicuntur. et in earum principijs dicitur. Dominus vobiscuz. qui est proprie vox et sacerdotis officium quod nō fit in istis quia sacerdos et dominus noster occidit̄. Orauit autem crist9 pro tribus. Primo pro se dicens. Pater clarifica filium tuum. Secundo pro filijs dicens Pater quos dedisti michi pro eis rogo. Tercio pro illis qui in eum credituri erant dicens. Pater nō tantum pro illis rogo. sed pro illis q̄ credituri sūt in me. Et ex hoc videtur q̄ non debemus rogare pro eis quos scimus non esse saluādos. vt pro illis qui in inferno remanserunt. nec pro iuda qui desperauit. Sed oram9 pro nobis et omni gradu ecclesie. et pro neophitis. et pro gentilibus. pro iudeis. pro hereticis. et cismaticis. vt crist9 graciam suam eis infundat. et ad fidē conuertat. crist9 enim orauit pro inimicis et amicis. ideo ecclesia statim similiter orat pro ommibus. Sane ecclesia pro his orans flectit genua orationibus vt per habituz corporis deuocionem et mentis humilitatem ostendat. insinuans eciam. q̄ in nomine ihesu omne genu flectē dum est. quoniā omnes naciones sibi genua curuant. nisi quando pro iudeis oratur. quia em̄ ipsi illuserunt domino flexis genubus dicentes prophetisa nobis criste quis est qui te percussit. et ideo in detestacionem huius illusionis ecclesia pro eis orans genua nō flectit vt vitet opera simulata. preterea quia eorum cecitas nulla poterit oracione depelli donec plenitudo gēcium subintrauerit. ideo non est pro ipsis velxmenter orandum nec genua flectēda. Est tamē vt cumq; orandum quia futurum est vt qui est exaltatus in cruce omnia trahat ad se. Sed et ī orationibus pro iudeis et pagans non respondetur amen. vt quidam dixerūt a hoc ideo quia cum illi sint extra collegium siue corpus ecclesie fidelium populus non ostendit affectum suum ad eos. Iuxta illud apli ad corinthō. quid michi de his qui foris sūt iudicare. per amē autem affectus exprimitur. Preterea licet pro illis oretur. vt eorum duricia conuertatur. quia tamen hoc impleri non poterit vsq; circa finez seculi a postolo testāte qui dicit. Donec plenitudo gēcium introierit et omnis israhel salu9 fiat. ideo ad orationes pro illis nō respondetur amen. ¶Verumtamē recte intuenti nichil interest q̄ ad hoc inter illas et alias orationes ymo ita respōdeē ad illas amen. sicut et ad alias orationes q̄ alijs stantibus quod sic ostendit̄ pro quolibet statu bis profertur oremus. sed quod sub primo oremus ante flectamus genua dicitur. non est ora oracio sed adoracio vt orem9 siue prefacio seu monicio exprimens quid siue pro quo sit in sequenti oracione orandum. vnde sub thono prefacionis non oracionis dicitur. ideoq; pro nullo statu post prefacionem respondetur amen. sicut nunquam fit post aliquam prefacionem. licet eciam ibi ponatur per cristum dominum nostrum sicut patet in quotidiana misse prefacione. Quod autem secundo oremus dicitur. oracio est. et responderi debet amen. pro iudeis et pagans. sicut et pro alijs. Conseq̄ter sacerdos post orationes crucem velatam baiulat ad dextrum cornu altaris. ibiq; crucez super humeros tenens in personā cristi. iudeis improperat beneficia domini. d. populus meus quid feci tibi. ¶In quibusdam tamen ecclesijs duo presbiteri baiulant illam ad notandum q̄ in cristi persona due fuerunt nature. diuinitas videlicet et humanitas. quod dicitur populus meus quid feci tibi. aut in quo contristaui te. respōde michi q; eduxi te de terra egipti nē. ad diuinitatez refertur. quod vero sequitur. parasti saluatori tuo crucem ad humanitatez et sic de alijs sequē tibus verbis. ¶Cantat autem sacerdos quasi hebraice in persona saluatoris. Acoliti cantant grece. Agyos. otheos. quasi in persona grecorum. chorus respondet sanctus sanctus. in psona latinorum. Sicq; tribus linguis laudat̄ de9 scilicet hebraica. que propter legem omniū linguarum est mater. greca. que doctrix est. et latina que imperatrix est propter romanum dominium imperij et papatus quia eīm hebraica nūc silet a laude dei pomnus pro illa populus meus quod quia cantatur in persona domini loquentis hebreis. ideo intelligitur dictum hebraice. Et nota q̄ contra tres illusores cristi. tres premittuntur adoraciones vt infra dicetur. Tres vero anti. scilicet populus meus quia eduxi et q̄d vltra nē. parum aut michil sensibus differētes verbis et modulacione consimiles triplicez tituli scripturam significant qui scriptus fuerit tribus linguis. scilicet hebraice. grece et latine. Ihesus nazarenus rex iudeorum. vtrum principium libri scriptum fuerit tribus linguis ignoratur. ¶Sed de hac clausula rex iudeorum constat. quod quia negauerunt iudei dicentes. Noli scribere rex iudeorum. sed quia ipse dixit. rex sum iudeorum. ideo illud in istis antiphōis astruitur ab effectu. Sed quia tanquam rex eorum duxit eos per desertū. et introduxit in terram bonam. Item quod in titulo scriptum fuit ihesus. in singulis antiphonis concludi tur saluator. q̄ ibi nazarenus ad singulas respondet. agyos. sanctus. Et quia titulus tribus linguis scriptus fuit ideo duabus linguis respondetur scilicet greca et latina. que cristum adorant. hebraica vero contradicit et ad huc blasphemat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

predictas. Et nota q̄ anti. populę meus. est mic
hee. vi. c. principium anti. quia eduxi te num eri
thm. c. et medium scilicet manna nō. est ysa. xvi
c. et iosue. vi. c. vbi etiam est finis ipsius scilicet
introduxit. Notādum q̄ iudei tres accusaciones
contra cristum posuerunt. scilicet q̄ tributum
negasset. q̄ se regem fecisset. et q̄ se filium dei
dixisset Contra quas tres in eiꝰ personā excusa
ciones dicuntur scilicet populę meus vbi cristꝰ
eis exprobrat tria beneficia sua scilicz liberacio
nem de egipto. regnum in deserto. et introduc
tionem in terram optimam. quasi. d. Tu accu
sas me de negacōe tributi. pocius deberes gra
cias agere. quia te liberaui a tributo. siue a ser
uitute egipti. tu accusas me quia regē me dixi
pociꝰ deberes gracias agere quia rexi in deser
to et regulariter paui. Item accusas me quia
filium dei me dixi. pocius deberes gracias age
re. quia terram lacte et melle manantem contu
li tibi. Deinde crux denudatur in signum q̄ p
uersi iudei saluatorem denudauerūt et fit denu
dacio inter tres vices. ad notandum q̄ illi ter
cristo in passione illuserunt. Primo quādo in a
trio principis velata facie eiꝰ colaphis eum ce
debant. Ad quod designandum in principio re
uelacionis ipsius crucis non ostendiē facies cru
cifixi. Secundo ante pretorium quando eo tradi
to ad crucifigendum milites plectētes coronā
spineam illudebant ei flexis genibus adorando
eum dicentes. Aue rex iudeorum. ad quod rep̄
sentandum in secunda reuelacione discooperiē
caput et facies crucifixi. Et scias q̄ corona fuit
de iuncis marinis sicut eam vidimꝰ in thę sauris
regis francorum quorum acies nō minus spinis
dure sūt q̄ acute. Tercio quando ei in cruce pē
dente transeūtes dicebant. vah qui destruis tē
plum dei. Et quia quando hec illusio fiebat cri
stus totus nudatus in cruce pendebat. ideo in
tercia reuelacione totus nudus ostenditur cru
cifixus. Et etiam ad significanduz q̄ omnia que
in lege et prophętis obscura fuerant. in passio
ne aperta q̄ manifesta sūt. Reuelatur ergo crux
post oraciones. ad notandum q̄ oracio a cristi
passione quam in cruce sustinuit habet effectū
et exēplar. Ipse enī in cruce pendens p amicis
et inimicis orauit. Hanc a dextra parte crux in
cipit reuelari quia cristus crucifixꝰ vera fide a
doratꝰ extitit ab apostolis et discipulis iudeis
qui tūc in dextra orant. q̄ quoniam hec fides p
illos deuote publicata. et in medio gencium p
ducta est. ideo obhoc significandum ante medi
um altaris per sacerdotem deducitur. Cur
sꝰ quia cristus nunc super ecclesiam quiescit et
vsq̄ in finem seculi quiescit ideo ad hoc signifi
candum subsequenter crux super altare pomē
per quod hec ecclesia gencium designatur. deni
q̄ quia in fine seculi fides in cordibus gencium
refrigescet et teste ysa. a reliquijs israhel q̄ sal
ue fiēt suscipietur et cōmunis iudeis q̄ gētilibz
habebitur. merito ad hoc significandum in fine
misse crux de altari deponitur et in communi lo
co collocatur. Crux quoq̄ reuelata q̄ etiā vexil
la ecclesie in quibusdam locis diriguntur in al
tum. ad cristi victoriam designandā Ad hec cru
cem baiulantes antiphanas canentes crucem il
lo deferunt vt grece et latine respondeatur et
deuote adoretur. quia dominus crucifixus trās
iuit a perfidia iudeorum ad confessionem et de
uocionem gencium et significant apostolos et
canentes id est totis viribus crucis obprobriuz
confitentes et predicantes. Item crucem baiu
lando nunc eunt. nūc vt fessi subsistunt. quia et
illi persecucionum pondere fessi aliquantulū q̄e
uerunt. Subsequenter ipsa crux denudata salu
tatur et adoratur quia eum cui iudei perfidi il
ferunt cristiani reuerenter salutādo. et deuote
osculando venerentur et dum adoratur canitur
in quibusdam ecclesijs responsorium. Ecce quo
modo moritur. ysa. lvij. c. et anti Sicut moyses
iohis. iij. c. Et est sciendum q̄ contra premissas
tres illusiones. ter illum adoramus dicentes.
Agyos quasi ter honorantes illum ter illusum
pter nos. Et quia illi illudendo genua flecte
bant ideo et nos illum adorando genua flecti
mus ad terram et ante illam prosternimꝰ vt q̄
illi superbe illudendo fecerunt nos humiliter q̄
vere faciamꝰ. et mentis humilitatem per habi
tum corporis ostendamus et sic humiliatus est
patri pro nobis vsq̄ ad mortem mortem autez
crucis. sic et nos eius mortis imitatores humili
ari oportet. de modo prostracionis ait augꝰ
Quisquis sic humiliatur vt genua figat adhuc
habet vt amplius humilietur. Quisquis vero sic
humiliatur vt hereat in terra venter eiꝰ. vltra
quod humilietur nō habet. nudis eciaz pedibz
adorat̄. vt omnes proprias affectiones sibi nu
das ac notas esse monstremus et vt cuz afflicto
pro nobis nos affligi ostendamus. Salutatur
autem crux quia per eaz salus hominibus refor
matur. postea adoratur. i. cum reuerencia oscu
latur. Solus enī deus adorandus est. ceteravt
crux causa illius veneranda sunt. Ceterum expo
sicio illorum verborum agyos nō. ibidem sequi
tur. Nam agyos grece dicitur sanctꝰ latine. ab
a quod est sine. et g quod est terra quasi cele
stis sine terra In canone tamen yspidoni habetur
q̄ agyos grece dicitur vas latine othcos vero
grece dicitur deus latine. yschiros grece fortis
latine. athanatos grece immortalis latine. ab a
quod est sine et thanatos quod est mortale. ely
son id est misericordie. ymas. i. nobis. De profun
do crucis misterio dictuz est in prohemio qum
te partis. Et hic aliqua perstringamus Fuerūt
autem in dominica cruce. lingna quatuor videli
cet stipes siue lignum erectum. ligniz transuer
sum. truncus suppositus. et titulus suprascrip
tus. fuerunt et claui [illegible] quibus et manus
q̄ pedes confixi sunt [illegible]uir et lancea qua latus
apertum est. et corona spinea capiti circum po
sita que oīa possunt in spūali cruce significari.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quatuor enim crucis ligna· sunt quatuor mentis virtutes ·scilicz fides· spes· pseuerãcia ·et pacięcia ·de quibus ait apostol9 vt ꝯplxendatis cũ omnib9 sanctis que sit longitudo ⁊ latitudo sublimitas et ꝓfundũ ·longitudo crucis ẽ pseuerãcia·de qua dñs mquit qui perseuerauerit vsqz m finẽ hic saluus erit·latitudo crucis ẽ pacięncia ·de qua veritas ait · In pacięcia vra possidebitis animas vestras · ꝓfunditas eius est fides ·de qua apostolus ·Fides ẽ substancia sperãdaꝝ rerũ argumento non apparenciũ Sublimitas vero ẽ spes ·de qua ps· In verbo tuo supsperaui·Habuit ergo crux xpi vnũ lignum erectum in longitudinẽ·alterum trãsuersum in latitudinem q̃si m modum potencie seu marcelli q̃ duo signficata sunt p illa duo ligna que paupcula mulier in sarepta collegit·Stipes vero erectus habuit truncum supositum·⁊ titulum supscriptum quia pseuerãcia de fide procedit ad spem quasi stipes erectus·De trunco supposito ad titulum supscriptum · qđ beatus iob mtelligens ait ·Credo q redemptor meus viuit·⁊ in n·aĕ·reposita est hec spes mea in sinu meo ·Nisi enĩ crux haberat fundamentũ fidei ⁊ titulum spei· ꝓfecto supplicium est solũmodo et non meritũ· Qđ aut paciẽcia spectet ad crucem apparet ex eo q patienter in aduersis tribulacionib9 sustinet cruciatũ ·vñ ihc· Tribulacõ pacięnciã optatur· de pseuerãcia q̃z legit· Esto fidelis vsqz ad mortẽ et dabo tibi coronã vite ·Ecią secundũ apostolũ non coronaꝫ nisi qui legittime certauerit·p seuerãcia igit q̃ coronat certamẽ habet vt merito spectet ad crucem ·In his ergo duob9 ligms duos pedes ·⁊ duas manus ·q̃tuor clauis debet affigẽ cristianus ·Quatuor claui sũt q̃tuor principales virtutes ·iusticia·fortitudo·tẽpancia·et prudencia·Pedes sũt mẽtis affectus ·de quib9 in canticis·Lampades meos quomã mquinabo illos et dñs mquit apostol·Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet ·et est mundus totus · Et iterꝫ·Excutite puluerẽ de pedib9 vestris · Duo ergo pedes sũt duo mẽtis affectus ·scilicet timor·et amor·pes timoris clauo fortitudinis debet affigi ne timid9 ꝑpter aduersa succũbat·Vñ ps· Cõfige timore tuo·c·m·a·iu·e·t·timui dũ enim in petro metus clauo fortitudinis affixus ñ extitit ad vocem ancille negauit· Cũ vero cõfixus extitit añ regressa ꝑfides nomẽ dominj ꝑdicauit ·pes amoris siue appetitus clauo iusticie debet cõfigi ·ne cupid9 ad illicita deflexia euagetur · Si enim appetit9 nõ fuit affixus tunc caro aduersus spiritũ cõcupiscit·Sic itaqz cristianus pedes suos cruce debet affigẽ·ne vel timidus succumbat vel cupidus euagetur·Alij tamen dicunt q cristus tribus dum taxat fuit clauis affixus signantibus tres cruciatus quos in cruce sustinuit videlicet passionem in corpore·passionem in mente et passionem corde·Ambo em pedes vno clauo affixi sunt ita q dexter fuit super sinistrum·ad signficandum q̃ spirituales affectiones per pedem dextrum signficate superesse et dominari debent trems per sinistrum signficatis ¶ Lancea vero qua latus est vulneratum · caritas est de qua sponsa in canticis vulnerata sine caritate·Latere quidez cor contiguũ est cuius beneficia diligimus quod iõ vulnerandum est· vt affectus exeat non solum ad amicos verum eciam ad inimicos· Vnde dñs ait·Diligite inimicos vestros·et benefacite his qui oderunt vos et calumniantibus vos· Corona vero spinea est penitencia circumponẽda capiti id est menti·de qua ps·Conuersus sum in em·d·cõ·spina·hec corona de tribus spinis complectitur·scilicet contricione·confessione et satisfactione·Prima pungit cor per dolorem ꝑ vanam cogitacionem· Secuda pungit eos per pudorem propter variam locucionem · Tercia manum per laborem propter iniquam operacionem· Manus enim opera sũt·vnde ps· Benedictus dominus deus m·qui·d·m·m·ad preliũ mẽ· Et salomon m prouerbijs dedit ei limum et lanam et operata est consilio manuum suarũ· Sũt igitur due manus duo operum genera videlicz opus voluntatis et necessitatis· Manus operis voluntarij configi debet clauo prouidencie·ne curua faciat opera tenebrarum·dum enĩ m paulo clauo prudencie confixa non fuit· salus ecclesiam dei persequebatur·Cum vero m paulo cõfixa fuit ipse pro ecclesia passus est· Manus vero operis necessarij clauo temporancie ne lapsa nimis ad superflua extendatur· Necessaria opera sunt naturalia vt dormire·comedere·et similia· Et nota versus· Pes cedrus est, truncus cipressus·oliua supremum·palmaq transuersũ sunt in cruce cristi lignum· Osculata et adorata cruce duo presbiteri deferunt ad altare corp9 domini quod pridie fuerat consecratũ ⁊ reconditum· Sacerdos vero mduta casula illud sup corporale dispomit iuxta lat9 calicis in quo fit vinum et aqua mixtũ ñ sanctificatuz quasi ipso facto dicatur·hoc est illud corpus de quo sanguis et aqua fluxerunt·Vtrum autem ex contactu hostie vinum consecretur·dictum est in titulo precedenti·quo facto incipit mox· Orem9 ꝑceptis salutaribus·perficiens dominicam oracionem·et illam·Libera nos quesum9· in quo representatur antiqua apostolorum celebrandi missam consuetudo· Prius enim lectione premissa·dicebantur solummodo verba illa· hoc ẽ corpus mẽ·hic est sanguis meus· Sed ipsi postmodum dominicam oracionem addiderunt et ita illo modo hac die celebratur·de quo dictum est in principio quarte partis· Ex quibus colligit̃ q̃ sola dominica oracio non sufficit ad eukaristiam consecrandam· Siquidem sacerdos alio tempore dicens·per omnia secula seculorum·eleuat calicem cum corpore domini·et postea dicens· preceptis etc̃·calicem depositum iterum coperit·in quo Illud nobis signficatur· q̃ de cruce

Nº

Hic Dictum, Quod Tres clauos in Lancea sole clariores
fore Michael viderat, ytro peruadere Hostia.

depositum corpus dom'mi sepelitur. Quo autez
presperi qui hodie corpus ad altare deferũt
representant ioseph et nicodemum. qui cor=
pus domini tulerunt ad sepulcrum. Tres pre=
missi canonis articuli scilicet preceptis. pater
noster. et libera nos q̃s. super depositum calicẽ
proferuntur. quia tribus diebus sepultus domi
nus occultatur. Et oracio ipsa. libera nos alta
voce sicut et dominica oracio profertur. pro=
ut dictum est in quarta parte sub ti. de si encio
post oracionem dominicam. Nec est pretereun=
dum q hac die quando particula hostie in cali
cem mittitur. non dicuntur verba illa. fiat cõ=
mixtio. quia ibi de sanguine mencio fit sed in ca
lice sanguis non est. nec hodie consecrat et fra
cta hostia non dicitur. pax domini. eo q oscula
circumstancium non secuntur. Oracio quoq; il=
lapsum domine ihesu criste fili dei etc̃. Et illa. corpus
tuum domine. omittuntur eciam illi versus.
Quid retribuam etc̃. illa quoq;. placeat tibi. o
mittitur quia ibi continetur. Presta vt hoc sa=
crificium. quod oculis tue etc̃. hac eciam die sa
crificiuz non offertur sacramentaliter. sed sumi
tur altera die oblatum. Agnus dei non dicitur
quia non videtur esse inuocandus qui cernitur
in agone deficere. et cum silencio sacerdos cõi=
cat. Unde postcõionem non cantatur. quia nob
sumentibus sanguis ille quem sumim9 de ore no
stro pro nobis ad dominuz clamat. Nos emm su
mus terra illa que aperuit os suum et bibit san
guinem abel id est cristi quem effudit chaym id
est iudaicus populus. Unde factus est vagus
et profugus super terram iuxta illud. Dispers
de illos in veritate tua. et factus est maledict9
illa maledictione sanguis eius super nos et su=
per filios nostros. Et rursus postcommunio q̃
iubilum et leticiam defigrat nõ dicitur quia ec
clesia hac die plorat. Sed queritur. quare
cristus voluit pati sexta feria. Respondeo vt
dies qua crucifixus est coaptaretur sexte serie
prime creacionis et sexte etati huiꝰ mundi. Si
quidem in sexta feria primus homo scilicet adã
creatꝰ est ad imaginez dei. a ex latẽ eius dormi
entis sumpta costa femina fabricata. et in sexta
etate filius dei vt hominem ad imaginẽ dei cre
atum redimeret. in carne apparuit qui in sexta
feria dormiens in cruce sanguinem et aquam de
latere suo vnde sanctam ecclesiam consecraret
emisit. ideo ergo in sexta feria pati voluit. quia
cum tali die adam peccauerit illa eciam die ho=
minem redimere voluit. De hoc dictũ est sub ti.
de natali. Et nota q cristus completis triginta
duobus annis et mensibus tribus. vel secundũ
crisos. triginta tribus et dimidio. crucifixus est
eadem die qua conceptus est a virgine scilicet
in sexta feria. que fuit octaua klãs aprilis. de
quo dicetur in septima parte sub festo annũcia
cionis. Queritur eciam cum de morte sancto=
rum cum gaudio festa in ecclesia celebrẽtur. q
preciosa est in conspectu domini mors sancto=
eius. Quare ecclesia hodie de morte domini cuz
gaudio similiter nõ solemnisat videtur enim q
multo magis deberet letari et festum de illa ce
lebrare. cum mors ipsius sit pciosissima et mors
mortis et est nostra redempcio. et quia apostо=
lus gloriandum ait. in cruce domini nostri ihe=
su cristi. Respondeo ipse ꝓpeccatis nostris mor
tuus est. sicut dicit dominus per ysaiam. ꝓpter
scelꝰ populi mei percussi eum et ideo debet ho
mo erubescere. ñ gaudere cum a sol sensibilis e=
rubescens radios suos retrouertitur. quia ob=
scuratꝰ est. et petre scisse fuit. Merito ergo om
nis homo in hac die tristiciam pretendit nec es
se durior lapidibus videatur. Preterea ipse do
minus tristis fuit. Unde tristis est anima mea
vsqz ad mortem et eciam beata virgo. Unde et
tuam ipsius ammam per transibit gladius. et
apostoli. Merito igitur in hac die ecclesia in ar
tissimo est ieiumo et silencio a tristicia compas
sionis. de hoc dictũ ẽ subfesto circumcisionis.
Rursum hunc diem celebramus cũ merore tri
stia a abstinencia. passiones. vero sanctoruz cũ
gaudio. quia sancti post martiriuz statim celos
ascenderunt. cristus vero ad infernum descen=
dit. sed quoniam tartara confregit et inde san
ctorum ammas eduxit. et tercia die resurrexit.
ideo tunc scilicet die resurrectionis maxime leta
mur. hinc est q passiones patrum veteris testa
mẽti. quia ad inferos descenderunt non celebra
mus. preterquam in nocẽciũ ex eo q in ipsis sin
gulis cristus occisus est. et machabeis. prout i
vij. parte sub eorum festo dicetur de hoc eciam
dictum est in parte prima sub ti. de picturis.
Et est notandum. q cristꝰ passione sua redemit
non tantum illos qui tunc erant in limbo infer=
i qui locus dicebatur sinus abrahe vbi lazarꝰ
erat. sed eciam omnes futoros qui sancta morte
vitam erant finituri. vnde osee vltio. Ero mors
tua o mors morsus tuus ero infer. sed nec om=
nes qui in inferno erant inde extraxit. Item
queritur. quare ecclesia non consecrat hac die
corpus domini. cum dominus dixit. hoc facite i
meam commemoracionem. Et in gabiloñ. c onci
lio dicitur. q nulla dies excipitur qua non pro
viuentibus deprecetur. Preterea cũ cristus im
molatus hac die et sabbato quieuit in sepulcro
et discipuli totam noctem sequentem vsqz in di
luculo in tristicia transegerint. Racionabile vi
deretur vt hac die corpus domini conficeretur
et inde vsqz imꝑmã sabbati iugi silẽcio sopiti a
sacri altaris misterio vocaretur. Respondeo ad
hoc multiplex racio reddi potest. Prima est do
minus noster pridie quam pateretur accipiens
calicem a panem benedixit deditqz discipulis di
cens. Hoc est corpus meum. Hic est calix meus.
et tunc immolatus est in manibz suis de qua im
molacione sibiunxit. hoc facite in meam comme
moracionem. Illa igitur die scilicet feria quĩta
non est omittenda cuz sit firmiter inũcta sexta
feria est dies. Secunda qua velut in monumẽto

quieſcit ſabbatuz· Tercia qua velut a morte re
ſurgit· reſurrexit enim ante diem triduuz ergo
dominice mortis· quod perfici nequiuit eo re=
ſpectu q ipſe eſt a iudeis trucidat9 eo tranſpo
nitur q ſuis ipſe manibus immolatur· cuius q3
rei illud magnum eſt iudicium· q in nocte cene
luminaribz extinctis vigilias celebramus· Sicq3
fit vt in quinta feria quaſi ſexta in duplum mā
na colligatur quoniam in hac die quaſi in ſab=
bato non muenitur· Tercia ratio eſt quia eccle=
ſia corpus illud quod flagellis et ſpinis ⁊ con
tumelijs iſta die reuera affectum eſt· non debet
miſſarum cum ſolemnijs celebrari· quoniam ve
mēte veritate· debet ceſſare figura· Tercio q3
oblata eſt hoſtia de manibus criſti et noſtris·
Non ergo ſacrificent amici dum trucidant inimi
ci· ſed tamen quia ſemper indigemus communi
one et ſemper eſt temp9 communicandi· ſacer=
dos ipſum corpus recipit in hoſtia et die ante
cedenti reſeruata· Quarta ratio eſt q̄m hac
die velum templi ſciſſum eſt· et cornua altaris
tranſuerſata ſunt· et ita nō habemus vbi cor=
pus criſti cōficiatur· Quinta eſt quia ſcilicet re
ceſſit et ſublatus eſt verus ſacerdos id eſt xp̄s
ſponſus eccleſie· deſcēdit enim ad inferos· Sex
tam rationem ponit innocencius papa dicens·
q ideo in die paraſceue et in ſabbato ſācto ſa=
cramentum nō celebratur quia conſtat apoſto
los iſtis duobus diebus in merore ⁊ triſticijs fu
iſſe· et ſe propter metum iudeorum occultaſſe·
Miſſa enim que in ipſō ſabbato celebratur· nō
ad ipſum ſabbatum ſed ad diem pertinet ſubſe
quentem vt infra dicetur· Septima q3 moyſes
ait· vos tacebitis et alius ſcilicet criſtus pug
nabit pro vobis· torcular enim calcauit ſolus
Cum igitur hac die non ſit corpus dominj conſi
ciendum· ad hanc diem reſeruanduz eſt· Hec ſex
ta feria et ab iſta omnes alie ſexte ferie priuile=
giate ſunt propter criſti paſſionem· ſicut et a
ſequēti dominica omnes alie dominice propter
eius reſurrectionem· Sunt aūt huiuſmodi ſexte
ferie ſex priuilegia ſcz criſti immolacio· in fer=
mi ſpoliacio· mortis conculcacio humani gene=
ris redempcio· paradiſi apparicio et ſcriptura=
rum manifeſtacio· In paraſceue vno ſolo cibo
veſcimur· quia criſtus ea die vnuz ſcilicet latro
nem ſibi incorporauit dicenſo Hodie mecuz eris
in paradiſo· Vnde ipſe dixit ſingulariter ſū do
nec ego tranſeam·

De ſabbato ſancte paſche·

Sequitur videre de ſabbato ſancte pa=
ſche· Hane ſicut deus operibus creacio=
nis mundi ſcilicet in ſeptem diebus com
pletis in ſeptima requieuit ab omni opere q̄
patrarat· Sic et in ſexta etate recreacionis ope
ribus conſumatis· iuxta quod dominus in cruce
pendens dixit Conſumatum eſt in· vij· etate re
quieuit Cum enim anima eius paſſibilitatē cor
poris eruit quodāmodo requieuit et preterea
in ſepulcro dormiuit· Hecq3 dies iſta ſabbatū
appellatur· quod requies interpretatur· Vt di
ctum eſt in prohemio ſecunde partis· quod an=
tonomatice ſabbatum ſanctum dicitur· eo q vt
premiſſum eſt ſignificat requiez criſti ab opere
recreacionis in fine ſexte etatis· vel propter re
quiem criſti· in cuius morte ſanctificati ſumus·
dicitur eciam ſāctum propter baptiſmuz quod
fit in die iſta in qua noua eccleſie proles ſāctifi
catur· Hec autem dies ſicut et precedens nullū
habet officium diuinum in quo conſtat apoſto=
los fugiſſe et in merore fuiſſe nam officium q̄d
cantatur eſt noctis diei dominice· ſcilicet de re=
ſurrectione· non de ſabbato· ſicut et continguit
in ſabbatis quatuor temporum· quod apparet
ex eo· quia dicitur in cerei benedictione· Hec eſt
nox· et in collecta miſſe· Deus qui hanc ſacratiſ
ſimam noctem· Vnde antiquitus totum officiuz
de nocte dicebatur· et adhuc in pleriſq3 locis
fit· Primo ad notandum q catheczumini in quoz
eſt ipſum officium conſepulti cū criſto per bap
tiſmum reſurgunt cum ipſo· Secundo propter
viſitacionem mulierum ad ſepulcruz dominj ma
ne venientium· Tercio quia dominus de nocte
reſurrexit· ſecūdum ilxī· gre· et ambroſ· et ideo
tāto lumine illuſtrata eſt ex dominj reſurrectio
ne· merito tunc vigilare ⁊ deo laudes canere de
bemus· Traditio q3 iudeorum eſt· criſtum media
nocte venturum in cuius figura angelus tranſi
it media nocte percuciēdo primogenita egip
ciorum· et dominus tranſiuit protegendo popu
lum ſuum· Et ilxī· recor· inquit traditionē apo
ſtolicam permanſiſſe in die vigiliarum paſche
ante noctis medium· dimittere non liceat popu
los expectantes criſti aduentum· vt reſurgenti
ſaluatori occurrant· et poſtquam tempus trāſi
erit ſecuritate preſumpta feſtum cunctos age=
re diem· Sed quia quod pro deuocione fuerat
inſtitutum in minus honeſtas actiones· quibus
nox facultatem prebet conuerſum eſt· inſtitu=
tum fuit vt officium ipſi9 noctis de die celebra
retur· de hoc tactum eſt in prohemio quarte p=
tis· et in quinta parte ſub ti· de nocturnis· aug
tamē dicit dominum in diluculo ſurrexiſſe· et ip
ſum per· ix· horas mortuum fuiſſe in ſepulcro exti
tiſſe· cui eccleſia conſentire videtur· que pro re
ſurrectione matutinum eadē celebrat hora· Si=
let ergo eccleſia vſq3 in horam decimam· et tūc
congregatur ad officium celebrandum quando
reſurrectio appropinquatur videlicet circa ve
ſperam noctis· que lucceſſit in prima ſabbati· et
quam per totam noctem vſq3 ad diei claritatez
continuat et illud impleat· Nox illuminacio mea
in deliciis meis· et nox ſicut dies illuminabitur·
Tribus autem de cauſis dicitur hec dies illumi
nata// Primo quia refulget in deliciis noſtris
propter redempcionem ſeu reſurrectionem ani
marum que licet fit in die paraſceue· morte do=
mini recuperata· eius tamē gaudium et letitia
eſt· ad hanc noctem tranſlata propter racionez
poſitam ſub quinta feria cene dominj· vbi agit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de olei consecracione· Secundo propter resur=
rectionem corporum que domino resurgenti p=
ma sabbati speratur futura· ideoq; vigilamus
et resurgenti vigilando concinimus· Tercio p
baptismi sacrametum quod hodie celebratur·
quoniam ab illis causis sūpsit exordium·et illa=
rum nobis tribuit fructum Celebratur eñ hac
die cathecuminorum officium vt ipsi christo con
sepulti per baptismum in morte cum eo resur=
gant· hec ergo nox pascha dicitur quod transi=
tus interpretatur· qua transiuit dominus de
mundo ad patrem· de morte ad vitam transim9
et nos· pascha enim nostrum immolatus est cri
stus· de hoste ad patrem· de tenebris ad lucem·
de reatu ad graciam· de pena ad gloriā· de pū
gna ad victoriam· hec nox siue pascha in qua
resurrexit dominus· xvij· lūn· mensis primi id ē
aprilis qui est primus apud hebreos qui com=
putauit menses secundum lune cursum ideo qui
dem in mense primo resurrexit quia ipse est pri
cipium· Item ideo in luna decimaseptima vt p
obseruacionem decalogi perduceret nos ad et
nam requiem sabbati sui· surrexit igitur cum lu
na alta petit ad designandum q; ecclesia petere
debet alta virtutum et scandere ad templa celo
rum· ¶ Item in tercia ebdomoda lune surrexit
per quod tercium tempus scilicz gracie adue=
misse significauit· et inde est quod cum semper
in lunacione aprilis et in plenilunio hanc solem
nitatem ex iussu domini celebrem9· qñq; in no
stro aprili· et quandoq; in marcio eam solemni
samus· sed cum post· xij· lunaciones constituī=
mus inuitur· q; per decem legis et duo carita
tis precepta ad resurrectionis gloriam perue=
nientes Si vero eam post xiij· lunaciones obser
uamus· inuitur q; per decalogum et trinitatē
peruenemus· ad gloriam eternitatis· Adhuc
ideo hec nox in plenilunio celebratur quoniam
lune iubar luminis a sole mituatur· luna est ec=
clesia· sol christus· qui dum occidit occidi tur· sed
cuius occasu eccles a gracia et plenitudine illu
stratur· Item hec nox in qua christus resurrexit
equinoxio transacto quando scilicet dies incipi
unt crescere et esse maiores noctibus celebrat·
Primo quia post ignorantiam prolongatur de
deo sciencia· et ibi abundauit iniquitas a super
abundauit gracia· Secdo qz virtutes in nobis
crescere et vicia superare debent· Tercio quia p
eius resurrectionem tenebre mortis cepere mi=
nui a dies vite incepit augeri· Quarto quia p
ipsum qui est lumē de lumine peruenitur ad diē
lucis eterne· ¶ Item hec nox celebratur in vere
quando post hyemis asperitatē flores vernāt
a wlucres iubilant· quia pulso per fidei gelu
mundus floruit pulcritudine virtutum· Et i om
nem terram exiuit sonus eorum· hec nox est vtri
usq; diei communis scilicet sabbati precedentis
a dominice sequētis· Nam vsq; nunc dies pre=
cedebant noctem· nunc econuerso fit· conditor
emm tēporis fecit vt a principio dies naturaľ
precederet noctem· secundum q; dicit scriptā
fiat lux· et facta est lux· a ea precedēte per si=
nerius emisperium ab oriēte in occidentem fac
tum est mane· precessit ergo dies noctem in sig
num q; homo siue adam transituruserat de luce
virtutum in tenebras viciorum· siue q; homo a
die paradisi· descenderet ad noctem inferni Sz
in resurrectionis nocte artificialiter fecit domi
nus vt nox reciprocando precederet diez insig
num reperacionis secundi ade qui nos per suaz
resurrectionem de peccatorum tenebris repa=
rauit ad lucem· vnde apostolus· ¶ Nox precessit
dies autem approprquabit· ¶ Seriatim huius
diei officium persequentes dicemus primo per
quem quomodo et ārē agni de cera hac die fiāt
Secundo de benedictione cerei· Tercio de lectio
nibus et tractibus· Quarto de benedictione bap
tismi siue foncium vbi etiam agitur de cereis ca
thecuminorum· Quinto de baptismo vbi agitur
de vestibus quas neophiti octaua die deponūt
et de patrinis· Sexto de confirmacione· Sep=
timo de missa·

In primis itaq; hac die acoliti ecclesie roma
ne faciunt agnos de cera roua benedicta vel
de cera cerei paschalis agni precedentis ad
mixto crismate qui in sabbato in albis in eccle=
sia p dominum papam populo distribuūtur· ag
ni isti significant agnum illum immaculatum q
tollit peccata mundi· Cera significat ei9 huma
nitatem sicut beatus greg· dicit· mel in cera di=
uinitas in humanitate· Apis quidem qui ope=
ratur in ceram cum melle nulla resoluitur libidi
ne et beata virgo eum qui est deus et homo con
cepit sine virili semine· In cera admiscetur oleū
seu crisma· quia dominus noster plenus est mise
ricordia· que per oleum designatur· In octaua
distribuuntur quia in octaua resurrectionis do
minus suis premia distribuit· ¶ Rursus agnus
in agno cereo prefiguratus a in pascha immo=
latus ad memoriam reducitur cui beatus greg
oleum infundi instituit· qui paschalis agni mi=
steria reserauit· hij eciam cerei agni figurant
agnos nouellos· de quibus ecclesia cantat i sab
bato a in albis· a ideo quandoq; in illo sabbato
fiunt quod eciamversus apostolicus docet quē
in dominica tunc sequenti dominus papa men=
sam intrare et agnos cereos capellanis a famili
aribus suis distribuere wlente· Septimus acoli
tus solemniter portans a presentans sibi ag=
nos ipsos· dicit ter alta voce· domine· domine
domine isti sunt agni nouelli qui annunciauerūt
alleluia· modo venerūt ad fontes aē· Hij agni a
fulgore a tēpestate fideles a credentes defen=
dunt· propter virtutem consecracionis a bene
dictionis· Hanc secundum quarundam eccleſia=
rum consuetudinē cereus distribuitur in octa=
ua paschē populo· ad suffumigandas domus ad
significandum q; in vltima resurrectione christ9
fidelibus in premio tribuetur ad quod expres=
sius significandum romana ecclesia agnos fecit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

suprad̃ictos·

Secundo loco paschalis cereus benedicetur· Circa quod sciendum est q̃ in principio officij totus in ecclesia debet ignis extingui· et nouus de lapide percusso cum calibe vel ex cristallo soli obiecta debet elici· et de sarmento foueri ignis vetus veterē significat legem cuius figure in morte cristi complete fuere· et ideo velut extincte cessare debuerunt· ſz de lapide id est de cristo· qui est lapis angularis qui verbere crucis percussus spiritum sanctum nobis effudit· vel de cristallo inter solem et lunam mediante id est cristo qui fuit mediator inter deum et homines· qui sicut ipse testat̃ ignem in terram mittere venit· Nouus ignis elicitur dum per ei9 passionem vel resurrectionē spiritussanct9 nobis effunditur· cui prelebet alimēta sacramētum id est x̃pus q̃ est vitis vera cristallus q̃z plucida ē cristi humanitas resurrectiõe splēdidissima· Ad hec nouus ideo benedicit̃· vt sicut ille qui ē lumen in deficiens illuminās omnē hominez venientem in hūc mundum igne illuminauit moysen· ita illuminet sensus a corda nostra vt ex hijs tenebris ad lumen et vitam eternam mereamur peruenire· nec est vana religio solemni ꝓcessione· ad hui9 ignis benedictionem exire in quo meminisse debemus exeũdum nobis esse ad illum quē iudei ex castra eiecerunt· Exeamus inquit apostol9 ad eũ extra castra improperiũ ei9 portantes et benedicum9 illum cũ cruce a aqua· vt nos sex passionis ei9 ꝑ quē spiritussanct9 accipit̃ locos esse figmficem9 Rursus extinctis ecclesie luminaribus et igne de petra cũ calibe excusso· ignis aqua aspergit̃ benedicta quia extinctis apostolis q̃ lux mũdi a cristo dicti sũt· de cristo petra· excuss9 est ignis caritatis cum calibe lancee vulnerantis diu sanguis et aqua de eius corpore sacro emanauerunt· a quibus efficaciam habēt sacramenta· quibus mediantibus in amorez domim inflāmamur· aqua gracie perfusi· Et attē de q̃ sicut his singulis diebus scilicet· cenā domim· parasceue· et sabbato sancto ignis extinguitur· sicut volunt quidam· vt eciam in eis nouus ignis in memoriam passionis vt predixim9 attendatur· Subsequenter benedicitur cereus ex institucione zozimi· et theodozi primi pape· sed beatus ambrosius benedictionem dictauit· quam q̃ aug· et petrus dyaconus casinen· monach9 alias benedictiones dictauerunt que in vsu non sunt· benedicit̃ aut̃ ideo quoniam ex simplici sui natura absq̃ benedictione non pot̃ transire ad significacionem misterij columne ignis· de qua iam dicetur· Benedicitur eciam ꝓpt̃ gloriam resurrectionis eius· quem et pater benedixit· et quia per ipsũ crist9 visibiliter ad memoriam reducitur· Benedicitur quidem eciam presente episcopo vel sacerdote a dyacono qui est minoris ordinis· quia cristus resurgens a mortuis primũ marie magdalene se manifestãs voluit per debiliorem sexum gloriam sue resurrectionis apostolis nũciari a sicut nostre mortis malum per mulierem in mũdum intrauerat ita et reparacionis initium per mulierem nũciaretur· Ad hec dyaconus benedicens cereuz· significat euangelij predicatorem qui cristum pro nobis passionis violencia corporaliter extinctum· debet ladũ benedictionibus predicando resurrectionis luminosa gracia reddere illustratum· qui dalmatica induitur quoniaz debet esse celesti conuersacione adornatus quam dalmatica ipsa designat· Porro cereus super columnā illuminatus significat primo columnā ignis q̃ precedebat in nocte populum israhel· Extinct9 vero significat columnam nubis· que precedebat in die· prima quidem denocte illuminans a secunda in die refrigerans in qua spiritussanctus significabatur· tenuit quidem in nobis columna nubis· figuram humanitatis et columna ignis figuram diuinitatis· Recte autem cereus columnam significat Nam illa precessit populum ad mare rubrum in quo baptizate sũt iste vero precedet neophitos ad baptismum· Item illa precessit populum vsq̃ ad terram promissionis· iste vero precedit septem diebus neophitos ad fontes· et dominus nos precedit vt paret nobis viam vsq̃ ad patriam· que post finem huius vite que septenario reuoluitur nob̃ promittitur Et nota q̃ nec in prima nec in secunda mansione colũna precessit populum· ſz in tercia prima mansio fuit in ramathe secunda in zegoz· tercia in ethan Ramathe interpretatur commocio tinee· Zegoz tabernaculuz· Ethan firmum vel perfectum vel signa ei9· Dee tres mãsiones his tribus diebus domini coaptãtur· scz diebus passionis· sepulture· a resurrectionis· Nam in die passionis fuit domin9 quasi in ramathe id est in commocione tinee· videlicet in cõmocione iudeorum qui ad modum tinee vestem inconsutilem domini id est ecclesie vnitatem ymo a ipi demoliri visi sũt· Sed de hac mansiõe quasi exiuit cum obijt et venit in zegoz id est in tabernacula· cum in sepulcro latuit a tanquam fortis miles· fortē dyabolum ligando vasa eius dirupit· tabernacula enim militancium sũt· ſz de hac mãsione exiuit cum surrexit· a intrauit i ethan quod interpretatur firmum seu pfectum seu signa eius· quia ipse resurgẽs a mortuis iaz nõ moritur mors illi vltra nõ dominabitur tũc signaculum finis fuit· cum ipse eis gloriosus apparuit· a eos tanquam columna ignis illuminauit· Secũdo cereus sup columnam ignis significat cristuz qui nos in huius mundi nocte illuminat et in die a viciorum incentiuo refrigerat vt premissum est· Recte quidem cereus cristum significat propter tria que in eo sunt· licbimē nāq̃ animam· cera corpus· et lumen diuinitatē significat· Tercio cereus renouatus et illuminat9 post benedictionem significat nouam cristi doctrinam· q̃ est in nouo testam̃to qui ait· Mādatũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nouum ꝺō vobis vel graciam nouam · quia vox dominica singulariter illustrata est· videlicet cristi resurrectione qui resurgēs a mortuis apparuit in carne gloriosus·a splendore diuinitatis illuminatus·huius enim cerei ceraz apes mater sine concubitu eduxit·et cristi carnem virgo maria concepit et peperit et in carne deum quasi mel in cera proferens inuiolata permansit·¶ Incipit autez cerei benedictio·Exultet iā angelica turba·De hoc enim est exultacio q̄ extraxit suos de inferno et de eius victoria·Ascendit enim super occasū dominus nomen illi·et p/mo salutat populum dicens dominus vobiscum vt illum reddat beniuolum et attentū·Ceterū lumen cerei seu eius signacio duplex est· significat enim spiritumsanctum· quo cristus plenus fuit·a gloriam resurrectionis eius·secundum p̄num misterium in quibusdam ecclesijs cereus a principio benedictionis attenditur·quia cri/stus ab inicio siue accepcionis spiritusancto fuit repletus·Et verba benedictionis in hoc consonare videntur·Nam statim circa principium dicitur Gaudeat se tellus tantis irradiatā fulgoribus·Et postea subditur·Letetur mater ecclesia tanti luminis adornata fulgoribz· et postea dyaconus rogat circumstantes cum eo·misericordiā dñi inuocare ad tam mirā hui9 lumis claritatem· quod licet de signato intelligatur· scilicet cristo·conuenienstamē videtur vt a ipsū significās et aliquo modo prout fieri potest respondeat et eius similitudinem gerat·Quantuz ad alterum autem misterium videlicet q̄ lumen gloriam resurrectionis significat·¶ In quibusdam ecclesijs illuminacio cerei vsqz post apposicionem incēsi defertur· Infigit enim ipsi cereo dyaconus quinqz grana thuris in modum crucis cum dicit· Suscipe sancte pater huius incēsi sacrificium vespertinum· Siquidem passio saluatoris reuera fuit sacrificium vespertinum legis iuxta illud· Eleuacio manuum mearum sacrificiū vespertinum quia fuit in vespera mūdi·i·in sexta etate factum est·et in vespera diei· que grana thuris designant aromata que mulieres emerūt vt ungerēt crucifixum·Emerūt enim ad litteram aromata vespere sabbati· quia sabbato siluerūt propter festum sabbati·et ostendit ecclesia se illam deuocionem habere in aromatibz virtutum vel quinqz grana significant quinqz plagas in cruce receptas· post hoc aliquantulum inferius fit cerei illuminacio·quia post passionem secuta est resurrectionis gloria· a lucet catheccuminis ante baptismū et post vsqz ad octauas·ad notādum q̄ cristus lucet ecclesie vsqz in diem iudicij· In cera etiam affligitur tabula seu carta scripta que significat tabulam in qua pilatus scripsit ihesus nazarenus rex iudeorum quam vidimus parisius in capella illustris regis francorum·vna cum spinea corona·et ferro· et hasta lancee et cum purpura qua cristum induerūt·et cum sindone qua corpus fuit inuolutuz et spongea et ligno crucis· et vno ex clauis et alijs reliquijs multis· Et cum cereus cristum significet·merito in dicta tabula inscribitur ān9 domini tūc currens cum eius incarnacione·quia in cereo notatur q̄ cristus est annus antiquus· et plenus dierum · de quo in octaua parte subti· de anno solari dicetur· Ideo autem cristus ānus dicitur quia sicut in anno dierum habet̄ mlt̄itudo fructuum ita et in cristo fuit et est multitudo omnium bonorum fructuum· Habet enim cristus suos menses· vt sūt xij· apostoli et suos dies· vt sūt omnes fideles·suas horas vt sūt neophiti· Scribuntur etiam ibi indicio vel era vl̄ epacta·de quibus sub ti de anno solari dicetur ad notandum q̄ hominum actiones·et temporū successiones·per dei dispositionem ordinantur ¶ In quibusdam ecclesijs additur alter cereo9 minor·primus maior consecratur in personam cristi dicentis·Ego sum lux mundi·alter in personam apostolorum·quibus ipse dominus inqt Vos estis lux mundi·vterqz cereus precedit catheccuminos ad baptismum·Et apostoli nos ad terram promissionis· Item cristus per se illuminat ecclesiam illuminat etiam illam per apostolos quorum precepta diligenter intueri et obseruari debemus·quod ostenditur ex illumina aliorum cereorum qui ab illis duobus illuminā̄t ¶ In plerisqz vero ecclesijs duo alij parui cerei accenduntur a maiori· et statuitur vnus ab vna pte cerei benedicti· alius ab alia qui significant sanctos veteris et noui testamenti qui per cristum illuminati sūt et per doctrinam apostolorum et prophetarum qui cum cristo concordāt ¶ Illi autem et cetera ecclesie luminaria ex igne maioris cerei accenduntur·ad figurandum q̄ ignis spiritussancti a cristo p̄cedit ·et q̄ non solū prophete et apostoli qui per duos cereos significātur·verum etiam omnes ecclesie fideles a cristo illuminati sūt·qui ideo sūt duo·tum quia apostoli bini ad predicandum missi sūt tum q̄ discipuli et alij illuminati a cristo gemina caritate feruent·et tam verbo quaz exemplo lucēt Possunt eciaz ipsi duo cerei catheccuminos significare qui a lumine maioris cerei accenduntur· quomam a lumine cristi oportet catheccuminos illuminari· lumen quidem cristi est eius gloria et doctrina que persequentes lectiones intelliguntur seu insinuantur.

De lectionibus et tractibus huius officij·

Tercio loco circa lectiones et circa tractus sciendum q̄ lectiones q̄ cristi gloriā et doctrinam significant · idcirco carent titulo· quia catheccumini dum non sūt ciues ihe/rusalem et scripturas ignorāt et nomina ciuiuz ihe/rusalem ignorant· Unde si eis nominarentur nomina doctorum veteris vel noui testamenti· forte pocius otemnerent quam venerarentur · carent eciam titulo· quia cristus caput nostruz non dum redditum est nobis· Leguntur quoqz

Landesbibliothek Düsseldorf

feria ante pentĩxcosten protendit vsq3 ad pen
tĩxcostẽ quia licet duo dies qui super sũt octa=
ue ascensiõis possint in officiari ad missam a do
minica antecedenti·tamẽ ad nocturnos non ha
berent inuitatorium vel lectiones·vel respon=
soria·nisi ab ascensione domini acciperẽt·Vnde
illi decem dies pro vna octaua reputantẽ·nec
mirum tum q totum tempus paschale pro vna
reputetur octaua·q similiter a natiuitate vsq3
ad octauam epĩe de hoc dicetur sub dominica
post ascensionem·¶ Tempus autem paschale
vsq3 ad pentĩxcosten vocatur quinquagesima
quia continet quinquaginta dies p quod tem=
pus iubilei figmficatur vt dicetur sub pentĩxe=
costen·Du as enim quadragesimas celebramus
cui numero additur decimus numerus·et fit qñ
quagenarius·Primus autem paschа in qua la=
bores et miserie huius temporis figmficantur·
vnde tunc ieunamus et cantica leticie subtice=
mus·Secundum post paschа que figmficat sta
tum eterne felicitatis·et in ea temp9 glorie no
stre post hãc vitam representam9·tũc emi3 ab
omni labore quiescem9 q in dei laude erimus·q̃
re tũc cantica leticie multiplicam9·q ianua pe
nitentibus aperitur·quia nulli9 peccati impe
dium erit·Totum enim erit absorbtum a gloria
put in collecta huius diei habetur et dictus est
in phemio huius partis·Nec ieunam9·nec ge
nua flectim9·imo stantes oramus·Tum quia ñ
erit pro quo flectãẽ·sed dom9 dei gloria reple
bitur·Tum etiam vt libertatem quam nobis do
min9 resurgendo acquisiuit pfiteamur·Tũ qz
mulieres ad monumẽtum vementes·non flexerũt
genua·sed erecte inspexerunt in sepulcro·sicut
dicit ambrosius in fine luce·Tum quia secundũ
eum in his quinquaginta diebus quibus domi
nus nobiscum fuit gaudendum est·q iugis festi
uitas est in eis tanquam sit dies dominica·Tuz
etiam quia hoc tempus pascale figmficat octa=
uam resurrectionis·in qua nec ieunabitur nec
genua flectent·sed pfectum gaudium omnibus
erit·¶ In festiuitatibus etiam beate marie·et
diebus dominicis et festiuis et in diebus pentĩxe
costes·nisi in presencia corporis et sangui=
nis cristi genua flectenda non sũt·de hoc in quĩ
ta parte sub ti·de prima dictum est·q sub sab=
bato post pentĩxcosten dicetur·Genua enim in
ecclesia flectere cordis contritionem figmficat
Et est notandum·qz in genu flexionibus vtend
est oratione dominica·vel oratione quaz aug·
scripsit·seu approbauit scilicet·Deus propicius
esto michi peccatori·vel peccatrici·vel illa q̃
quidam sanctus heremita composuit·et docuit
tandem meretricem·docens illam quotidie ge=
nuflectere et in terram discumbere·oculos sur=
sũ non attollere et dicere·Qui me psalmasti mi
serere mei de9·¶ Ceterum festiuitas paschalis eb
domodaria est·prout in ti·sequenti dicetur·In
paschali septimana salutare nos ad inuicem ꝫ
modo debemus scilicet resurrexit domin9·et sa
lutatus debet respondere deo gracias vel q ap
paruit symoni·et postea debemus dare osculuz
adinuicem·insignum pacis et caritatis·vsus tñ
hoc nõ hz·Romanꝰ tũ pontifex hac die missaz
celebratur9 cardinales·prelatos notarios q fa
miliares suos·hoc modo salutat et osculatur et
eciam omnes premissi semuicem hoc modo salu
tant et osculantur·Salutans enim dicit·Sur=
rexit dominus vere·Salutatus et osculatus re=
spondet et apparuit symoni·

De nocturno officio huius festi

¶ Sequitur videre de nocturno officio
huius diei·Incipit autem ecclesia in
uitatorium alleluia·Surrexit domi=
nus vere quinti toni propter quinqz
appariciones domini illa die·que dicta sunt in
quarta parte sub·ti·de salutacione ad populũ
vel propter quinqz sensuum reparacionem que
fit per resurrectionem·¶ Inquibusdam tamẽ ec=
clesijs dicitẽ inuitatorium cum triplici alleluia·
et septimi toni propter quietẽ qui datur in re
surrectione apoc·xiiij·Ammodo iam dicit spiri
tus vt requiescant a laboribus suis et indige=
mus inuitatorio quia vie spon lugent eo q non
sũt qui veniant ad solemnitatem Ymnus aũt nõ
dicitur in quibusdam ecclesijs quia in resurrec
tione non cantabimus ymnos huius·sed in pla=
teis ierusalem cantabim9 alleluia·vt habetur
ca·penultimo tobie·sed loco ymni cantatur al=
leluia propter spem quam habemus de gloriosa
resurrectione·Alie vero ecclesie cantant ymnũ
quia semper laudandus est deus·et cantãt illũ
ad terciam·sub duplici cantu videlicet vnũ ver
sum sub vno cantu·et alium versũ eiusdem ymni
sub alio·et vnum alcioti voce quam alium·ad si
gnificandum duplicem stolam glorie·quam cri
stus assumpsit scilicet corporis et aie·¶ Dua
vero virtute trinitatis in qua est pfectio facta
est resurrectio·ideo dicuntur tres lectiones·
Tum quia soror nostra parvula est·et vtera ñ
habet·tum quia baptizati non indigent labore
quasi modo gemiti infantes·de hac in sequenti
tractu dicetur·¶ Hac eciam die et hoc tempore
cãtantur tres psalmi cum tribus antiphonis·
Observatur autem ideo iste ternarius numerus
Primo quia partitur hominibus propter pre=
dens ieunium attritis·¶ Secundo ne neophiti
multitudine onerentur vt premissum est·Ter=
cio propter triduanam domini sepulturaz que
precessit dominicam resurrectionẽ·Quarto ad
notandum q tria que dominus secunduz lucam
promisit in hoc seculo perficere·scilicet demo=
nes eicere·sanitatem perficere·et tercia die cõ
sũmari in resurrectione cõsũmata sũt·Primum
operatus est dominus cum fecit vt relicta crea
tura rediremus ad creatorem·Secundum cum
per fidem nos sibi tanquam membra capiti vni
uit vt de eius spiritu viueremus·¶ Tercium cũ
in hoc conformauit nos·ne labremur vel consu
macio est nostra resurrectio·Hoc eciã in nostra

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

conuersione apparent· Eiciuntur enim a nobis de
mones per exorcismos·sanamur per catheciſmū
et consummatiſ per baptiſmum et confirmacio=
nem· Primum notatur in primo psalmo et sua
antiphona·vbi dicitur· Et consilium meum non
est cum impijs· in quo psalmo ostenditur quid
vitare debeat quis·ad hoc q̄ sit beatus·scilicet
non ire in consilio impiorum·et quid facere de
beat scilicet habere voluntatem dominī in corde
et in ea die ⁊ nocte meditari· Primus ergo psal
mus cum antiphona sua monstrat impios id est
demones eici a consilio filij dei· In hoc demo=
num electione fit q̄ dominus in euangelio iohā
nis dicit· Nunc iudicium est mundi·nūc prin=
ceps huius mūdi eicietur foras hoc iudicium est
discretio qua fideles per fidem seperantē ab im
pijs demonibus·quod iudiciū factum est in mi
tis milibus credencium· Sed in hoc iudicio im=
pij id est in impietate pseuerantes nō resurgūt
sed hij qui per fidem christo vniuntur ⁊ hoc se=
cundum quod notatur in secundo psalmo et sua
antiphona vbi dicitur postulaui patrem meum
alleluia dedit michi gentes alleluia in hereditā
tem sibi alleluia·Hoc factum est cum fideles p
fidem ei tanq̄ capiti vniti sūt·vt p ipsū ad mo=
dum hereditatis fructificent Vnde in ps·irridē
do dicit·Quare fremuerūt gentes ⁊c· dicentes
Disrumpamus vincula eorū et proiciamus a no
bis iugum ipsorum·stulte dicunt· Qui habitat
in celis irridebit eos ⁊c·et xps dicit· Ego autē
constitutus sum rex ab eo qui dicit· Postula a me
et dabo tibi gētes hereditatem ⁊c·et aduerte
quia in antiphona dicit·dedi·et in ps dabo·vt
in antiphona ostendat impletum esse quod in
ps est promissum Terciuz notat in·iij·ps ⁊ in sua
antiphona·in quo tangit cōsumatio q̄m dominus
promisit se prefecturum in tercia die vbi dicit· Ego
dormiui ⁊ somnum cepi ⁊c· Hoc enim licet de pas
sione ⁊ morte ⁊ resurrectōne saluatoris intelli=
gatur moraliter tamē conuenienter intelligit de
eo qui diu in peccato dormiuit·et tandē per dei
adiutoriū surrexit· Quinto etiam potest dici q̄
quia per opera istorum trium diez fiunt cathecu
minī mēbra xpi·scilicet per exorcizationē p abre
nunciationē diaboli ·per fidem qua vnitas in eis
perficit·et p impositionē manuum epōrum siue resur
rectionem dominī que est iustificatio nostra ·ido
propter hanc iustificationē canimus tres antipho
nas in nocte resurrectōnis· Prima diuīgit nos
ab impijs·Secūda iungit nos capiti xpō· Ter
cia facit nos resurgere propter iustificationem ·Sex
to etiam potest dici q̄ per tres ps· tria tempa
figmificant·tres ātiphone cantant in quibus pa
triarche prophete ⁊ apostoli figmificant·tres lec
tiones legunt quia lex ps·⁊ prophecie resurrectio
nem dominī profitent ·Tria resp̄soria subsequun
tur· quia tres ordines scilicet noe·iob̄ daniel
xpi resurrectione saluant ·Singulis responso=
rijs·gloria patri subiungit in quibusdam eccle
sijs ·quia trinitas ab omnib9 ordinib9 collaudat
in quibusdam vero non nisi vnum gloria tribus
responsorijs secundū generalem consuetudinem
continuatur·ad notandum q̄ in trinitate vnus
deum glorificamus· Septimo ternarium in om
nib9 frequentamus·propter sacramentum baptis
mi in trium personarum nomine celebrati Octa
uo paucitate vtimur lectionum propter paucita=
tem que tunc aderat predicatorum·Nam apo=
stoli erant in numero pauci·metu iudeorum mu
ti·de morte dominī mesti·de audita resurrectio
ne quasi deliri·qua paucitate volunt vti quidez
vsq̄ in penthecostes·quando facti sūt predica
catores·numero plures·et spiritusancto feruen
tiores vt iam dicetur· Alij vero solemnitatem
potius attendentes integrum et solemnem ser
uant numerum quia et si apostoli muti fuerunt·
tamen alloquium angelorum et frequens visita
cio dominī non defuerunt· quare in sequenti eb
domoda cantatur tantum vna antiphona cū tri
bus psalmis·vt in sequenti titulo dicetur·

¶ Sane tercio responsorio cum gloria patri de
cantato cum cereis et solemni processione de
choro ad aliquem locum tendimus vbi sepulcrū
ymaginarium coaptatur· et vbi introducuntur
persone sub formis et habitu mulierum·et duo
rum discipulorū·scilicet iohannis et petri·qui
ad sepulcrum cristum querentes venerunt· et
quedam alie persone in personis et forma an=
gelorum·qui cristum a mortuis resurrexisse dix
erunt·in personis quorum recte cantari potest
illa secundā responsorij prima particula·Noli=
te timere et cetera vsq̄ ad finez responsorij tūc
redeunt ad chorum·quasi fratribus referentes
que viderunt et audierunt·et vnus redit citius
alio·sicut iohannes cucurrit citius pe· In per
sonis quorum conuenienter cantatur illud re=
sponsorium· Congratulamini·sine versu ¶ Si
qui autem habent versus de hac representacio
ne compositos licet non autenticos non impro
bamus· Tunc chorus audita resurrectione pro
rumpit in vocem altissone cantans· ¶ Te deum
laudamus· Quidam vero hanc representacio=
nem faciunt ante quam matutinum inchoent·¶
Sed hic est propior locus eo q̄·te deum lauda
mus exprimit horam qua dominus resurrexit·
Quidam etiam eam faciunt ad missam cum dici
tur sequencia illa·Victime paschali laudes cum di
citur versus ¶ Dic nobis et sequentes· ¶
¶ Ad hoc in die resurrectionem nostram repre
sentamus · qua cristo consurreximus et ideo de
die dicimus ¶ Hec dies quam fecit dominus et
cetera· Et in nocte sepulturam qua ei consepul
ti sumus·et ideo illud non dicimus de nocte·¶
Vnde dicit apostolus· Consepulti sumus cum
illo per baptiſmum in morte ·Trina etenim im
mersio in aqua baptismi triduanam dominī se
pulturam representat· Ille quidem cōsepult9
est cristo·qui peccare quiescit·ille consurrexit

cum cristo·qui celestibus intendit · Et aduerte
quia in duabus precedentibus noctibus tridua
nam domini sepulturam representamus·secun=
dum quod dominus latuit in sepulcro· ¶
Vnde tunc alleluia non dicimus· ¶ In hac vero
nocte sepulturam domini representamus in eo
q̄ cristo consepulti sumus sed propterea alle=
luia cantamus quod cristo consepeliri gaudiuz
est nobis ¶ Ad primam vero non dicitur pm=
mus·propter racionem in sexta parte sub ti· de
nocturnis assignatam·nec quicumq; vult· ¶
Quida m tamen dicunt psalmum · Confitemini
sicut et in sequenti titulo dicetur ¶ Non fiunt
eciam peticiones·obsecraciones·et postulacio
nes·quia dicit dominus· In die illa non roga=
bitis me quicquam· Et quia cum glorificati re
surreximus non indigebimus istis· Non ergo di
cuntur preces·quia vbi nonerit miseria non eit
petenda misericordia · vbi non erit temtacio·
non erit dicendum·Libera nos a malo· ¶
Non dicitur eciam capitulum·quod est refectio
ne post longam psalmodiam homo tedio affici
atur · confortat enim fessos sicut electuarium
membra· Tum quia ibi nullum erit tedium·tuz
quia in hoc officio breuis est psalmodia ¶ Et
quoniam capitulum in horis non dicitur· ideo
nec responsorium debet dici · quod respondet
capitulo siue lectioni · In missa tamen dicitur ·
quia respondet epistole et in ladibus·quia re/
spondet lectionibus·et dicitur tunc capitulum
Cristus resurgens·require·vj·capitulo·Deve
speris in sequenti titulo dicetur·

nem·siue in signum quod nos oportet de vicijs
transmigrare ad virtutes siue proficisci de vir=
tute m virtutem · Ad hoc vt videre dominum
mereamur quod fit specialiter in baptismo et
in significacionem baptismi nos et loca nostra
aqua benedicta aspergimus cantantes vidi a=
quam· Alijs vero temporibus cantatur asper=
ges· ¶ Verum tamen nec hodie nec pentheco=
stes aqua benedicitur· que lacius prosecuti fui
mus in quarta parte sub titulo de aque bene=
dicte asperione· ¶ Ab hac processione omnes
processiones dominicales per annum originem
traxerunt vt videamus dominum in galileam id
est in transmigracione de vicijs ad virtutes· ¶
¶ Dies enim dominica est dies resurrectionis
natiuitatis et spiritussancti missionis et in om=
nibus de nouo dumtaxat est testamento can=
tandum· ¶ De processione dictum est in quar=
te parte sub titulo de accessu pontificis ad alta
re · ¶ Sed ad quid fuit dictum apostolis vt
irent in galileam ad videndum dominum · pro
ut legitur·iij·math· ¶
Cū eaď die eū viderūt in ihrusalē·Respondeo
hoc dicitur maxime propter allegoriam· licet
ad literam factum sit· ¶ Allegorice enim trans
migracio illa significat trāsmigracionem de u
deis ad gentes·in qua maxime videtur cristus·
quia in hoc maxime apparet cristi deitas·q̄ to=
tus mundus ad predicacionem famulorum cri=
sti credidit· Dixerunt enim apostoli iudeis· q̄
verbum dei repulistis et vos indignos feci=
stis vite eterne· Ecce conuertimur ad gentes
¶ In hac processione procedunt luminaria·vt
illud euangelicum impleatur in nobis· ¶
Sint lumbi vestri precincti et lucerne arden=
tes in manibus vestris· Crux enim precedit vt
carnem nostram crucifigamus cum vicijs et
cōcupiscēcijs·et post cruces et vexilla que fūt
victorie ihesu cristi insignia·secuntur sacerdo=
tes dealbati exultantes in laudes resurrectio=
nis · qui precedunt cum tacita populi sequen=
tis expectacione·per distincias et moro sas ex
pectaciones vt corporaliter illud prophetic um
quod tunc cantatur impleri iudicatur cum io=
cunditate exhibitis et cum gaudio deducimini
¶ Iam et montes et colles exilient expectan=
tes vos cum gaudio· ¶ Item in ea maior sa=
cerdos precedit·quia dixit dominus precedam
vos in galileā Item in ea michil resonet quod
sit veteris historie·sed ea soluz cantantur que
gloriam personent euangelij · inter que illud
presertim in quibusdam ecclesijs admittitur ·
virtute magna reddebant apostoli testimoni=
um resurrectionis ihesu · quia sicut diximus in
galilea transmigracio· est apostolorum predi
cacio· Cum autem ventum est ad medium tem=
pli vtriusq; sexus populo circumstante totis
viribus chorus in vocem exultacionis erumpit
antiphonam cantans· ¶ Sedit angelus· ¶

De officio diurno huius festi·

Nunc de diurno officio videamus · Et
quidem hac die fit statio apud sanc=
tam mariam maiorem·quia cum bea=
tus gregorius hac die ibi celebraret
et pax domini pronunciaret·angelus domini al
ta voce respondit Et cū spiritu tuo·ꝛ propter
hoc cum papa ibi hac die celebrans dicit · pax
domini in testimonium huius miraculi mi sibi
respondetur ¶ Ceterum ante missam fit pro
cessio ·q̄ ex euangelij autoritate extrahitur eo
quod angeli dicūt mulieribus· ite dicite disci=
pulis quia precedet vos in galileam· et domi=
nus ad eas nunciate fratribus meis vt eāt in ga
lileam ibi me videbitis·hoc ergo significat pro
cessionem apostolorum · vt viderent dominum
in galilea eunctum· ¶ Rursus galilea transmi
gracio interpretatur·in galileam ire·fuit deiu
deis ad gentes transire de qua transmigracio=
ne postea dixit · Euntes docete omnes gentes
baptizantes eos in nomine patris et filij ⁊ spi
ritussancti· In significacionem ergo hui9 trans
migracionis hodie solemnem agimus processio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hue exprimit quid apostoli ꝺ̃ cuerunt·aut ꝺ̃cere debuerunt·scilicet cristum viuere·⁊ est totis viribus cõcinnẽdum et in auditu circumstãcium efferendũ·quia quem queritis viuit· et vita ꝺ̃minũ cuꝫ eo surrexit·vel ꝺ̃odierna ꝓcessio illud nobis recolit·q̃ rex glorie cuꝫ exercitu redemptorum de infernalibꝫ claustris ad celestia regna migrauit ℣ ℣ꝯ ꝓcessionem sequitur missa ⁊ incipit precentor loco magni precentoris id est cristi·Resurrexi et adhuc tecuꝫ sũ· ℣ostquã cantat chorus ad significãdum q̃ ad cristi similitudinem alij sancti qui erũt in patria deuꝫ laudabunt· ℣uod vero sequitur·et adhuc tecũ sũ in hoc notatur eternitas·in qua semper est cuꝫ patre· ℣antam⁹ ergo hac die in psona x̃pi·resurrexiãt·sed tunc illud dicet̃ in psona nr̃a·quãdo resurgẽtes trãsibim⁹ de hac mortalitate ad immortalitatẽ·qđ significat̃ in hoc quod dicet̃ in euãgelio ⁊ trãsiens ministrabit eis·℣ministrauit enim nobis cibum spiritualẽ seipsũ·sicut iudeis dedit manna in deserto· ℣otest etiam dici q̃ dñs per ora ℣ꝓhaꝫ dirigens sermonem ad patrem ait·Resurrexi et adhuc nẽ· ℣n quo tria notat scꝫ suam gloriosã resurrectionẽ·⁊ patris in passione ꝓtectionem⁊ cognitionẽ eius ꝑ scięcie siue dilationeꝫ· ℣er orbem resurrectõneꝫ eius notat cum dicit·Resurrexi et adhuc tecũ sum⁊ẽ quasi diceret·non est ita sicut iudeus cogitauit q̃ a te omnino sim derelict⁹ ⁊ abiectus tanq̃ immundus· ℣nđ deridendo dicebat iud⁹· ℣si filiꝰ dei est liberet eum·q̃si diceret· ℣on liberabit eũ quia de eo nõ curat· ℣protectõneꝫ patris in passione notat cum dicit· ℣posuisti sup me manum tuam·q̃si diceret· ℣protexisti me non a passione sed ab eo q̃ iudei intendebãt videlicet ab extinctione nominis mei·ad quã intendebãt·℣nđ dicebant· ℣si dimittim⁹ euꝫ sic·omnes credent in eũ sed in hoc q̃ me occiderũt· hoc q̃ ipsi timebant consecutũ est· ℣am ego qui sum granũ frumẽti cadens in terraꝫ·multum fructuꝫ attuli·tam de isto q̃m de illo· ℣rimo laudand⁹ est pater· ℣ñ post vtrũqꝫ cantat̃ alleluia· ℣cięcie patris dilatationẽ notat cum dicit·℣irabilis facta est⁊ẽ q̃si diceret·ex hoc cognitio tua pater·nõ tantũ ad iudeos·sed etiaꝫ ad gentes dilatata est· ℣aꝫ prius tantũ in gente iudeoꝝ ognoscebaris·iuxta illud· ℣otus in iudea deus·Et quia abvtroqꝫ populo ognosceris ab vtroqꝫ tibi laus offeret̃ et idcirco duplex alleluia sequit̃ ⁊ ad id pertinꝫ versus· ℣ñe ꝓbasti me⁊ẽ· sessionem meam id est humilitatẽꝫ in passione·et resurrectõneꝫ meaꝫ id est gloriã meam in resurrectõne· ℣n quibusdam tamẽ ecclesiis tacet̃ verbuꝫ illud·sessionem et solum dicit̃ resurrectionẽ meaꝫ·potest tamẽ vtrũqꝫ dici·ꝑ quod duplex x̃pi natiuitas designatur· ℣equit̃ ymn⁹ trinitatis scilicꝫ gloria patri qui in precedentib⁹ diebus intermissus fuit ꝓpter ignominiaꝫ illatã trinitati in tercia persona scilicet in filio· ℣unc autẽ quia sublata est ignominia illa·ymn⁹ ille cantatur·hec etiam in quibusdam ecclesijs ꝑ cereos represẽtant̃·vbi tres cerei ante altare ardere consueuerunt· sed in tribus diebꝫ ante pascha non ardẽt nisi duo insignum q̃ tercia persona sublata est·hac vero die tercius cereus reaccenditur·insignum q̃ ipsa cristi psona gloriose redditur nobis ℣ost hoc dicitur collecta in qua ostẽditur quis sit resurrectionis et mortis effectus·quoniam aperto ianue regni celestis est effectus ℣ualiter aũ illam ianuam intrare debeamus dicit̃ in epistola que est prima ad corinthꝫ·v·c· scilicet expurgate vetus fermẽtũ·id est abicite vetustatẽꝫ a vobis·et hoc est ire in galileaꝫ hoc ẽ ꝺ̃uicijs ad virtutem·⁊ de virtute in virtutem sicut estis azimi id est esse debetis vel estis per baptismum quare etenim pascha nostrum ymolatus est cristꝰ·quasi diceret coct⁹ est agnus ⁊ parat⁹·ita q̃ epulemur·⁊ determinat quis sit agn⁹ cũ dic̃ crist⁹·cristus autem ⁊ est pascha nostrum id ẽ paschalis et festum paschale· ℣lia etiam ratione ipse est pascha quia per ipsum·et ab ipso et ad ipsum·est nobis transit⁹ predictus· ℣on in fermento veteri neq̃ in fermento malicie id est male voluntatis et nequicie id est praue intelligencie·neq̃ quam enim est qui de deo male intelligit· ℣ed in azimis sinceritatis et veritatis id est in accenso affectu·⁊ purificato intellectu·vel in sinceritate caritatis et puritate fidei· ℣ed etiam plus dicit veritas quam fides comprehendit enim sapienciam et intelligenciam·sed videtur ĩra epistole in se contraria ℣si enim sumus azimi id est sine fermẽto·quomodo expurgabimus vetus fermentum· quomodo ec̃ dicitur· vt sitis noua conspersio· videtur enim dicere vt sitis azimi sicut estis azimi· ℣am noua conspsio michil aliud est quam farina aqua conspersa id est pascha nondum fermentata· ℣ed est notanduꝫ q̃ duobus modis dicitur quis peccare·scilicet peccato ꝓprio vel peccato alieno cui ꝺ̃sentit· ℣erant enim illi quibus loquebatur apostolus azimi id est sine proprij peccati fermẽto·sed erant alieno peccato infecti· dum nõ reprehendebant illum cum possent qui patri suo ꝓpriam nouercã abstulerat· qui inter eos erat ℣nde dicitur eis·Expurgate vetus fermentuꝫ id est abicite illum a vobis per ercõmunicationem· vt sitis noua conspersio id est sine fermento aliem peccati· ℣equit̃ graduale quo vtit̃ ecclesia propter nos qui non habem⁹ adhuc misi resurrectionẽ aie ⁊ expectam⁹ resurrectionẽ corporis scilicet· ℣ec dies quam fecit dominus exultemus ⁊ letemur in ea quia exultando et letando itur in paradisũ·sed cum labore ⁊ angustia et cum maxima afflictione itur in infernũ q̃ non est pax impijs dicit dominus· sed ꝺ̃ms est iocunditas· ℣ax ⁊ quies maria ꝓpter spem gloriose resurrectionis· ℣antat̃ autem graduale scilicet licet sit luctus laborancũ propter baptizatos·qui arripuerunt laborem milicie vt perueniant ad alleluia et erne leticie· ℣randis enim

labor eis super est vt partem habeant in secunda resurrectione· Et est sciendum q est dies tē poris· Vnde hodie si vocem eius audieritis id ē si in tempore quo viuitis et est dies eternitatis Vnde melior est dies vna in atrijs tuis sup milia· Hanc diem hodierna festiuitas inchoat et ideo recte demonstratiue dicitur Hec dies quā cē· Et hodie resurrexit dominus· Sed hec dies dum est in aurora vel in ascensu· vocatur dies salutis et gracie· Cum fuerit in meridie vocabiē dies eternitatis et glorie· Hec decliuium nō sē tit et ideo so lēnitas ista vesperum non habet vt dicitur in ca· sequēti· Postmodum sequitur alleluia· Cantus quidem angelicus scilicet pascha nostrum ymmolatus est cristus prima cōmt hō· ca· quia ipse ē panis angelorum quem desiderant angeli prospicē eciam inquantum ē hō quasi diceret laudate dominum deum quia pascha nostrum ymmolatus est cristus· Deinde sequitur euangelium marci· xvj· ca· Cui h abet figuram leonis· q et crist9 fuit leo in resurgēdo q quia secundum ordinē legūtur euangelia prout in sequēti ti· dicetur· Est autem euangelium Maria magdalena iacobi q salome aro· eme· cē Similiter oportet nos emere aromata bone vo lūtatis ysa· Venite q absq argēto q absq vlla cōmutacione· emite vinum et lac id est aromata virtutum quibus vngitur de9· quia delicie sūt ei esse cum filijs hominum· Et sequitur ibi q angel9 apparuit mulieri bus in vestibus albis· Sed in euangelio mathei quod legitur in vigilia dicitur q aspectus eius erat sicut fulgur et vestimenta eius sicut nix· et per hoc notatur fic dicit gregorius· quod domin9 in iudicio terribilis apparebit reprobis· et blandus iustis vna facie· hoc enim erit ex diuersitate conscienciarum· Quia ergo blandus apparebit iustis ideo ne nimis de resurrectione exultemus sequitur ī offertorio· Terra tremuit et quieuit· in postcōmunione que sicut et alleluia sumitur de epistola· hortatur ecclesia filios suos· vt cum fide veniant ad cōmunionem· d· pascha nostrum et cetera· Aiunt quidam q illud quod dicitur ī introitu· resurrexi· vox est sponsi ad sponsaz eā de morte sua in presenti tempore consolantis· cui sponsa respondet· Posuisti cē· vel est vox generis humani quod in adaz cecidit et per cristum resurrexit· Cetera sūt accent9 angelorum et hominum de cristi resurrectione gaudencū·

De septem diebus post pascha· R·

Hec prima septimana paschalis temporis· licet communiter vocetur septimana in albis· tamen sequens mag̃ ꝓprie vocatur in albis ꝓpter causas in precedenti· ti· positas et hec ē cōmunis huic tempori et precedenti· Est autem tota de septuagesima que terminatur in sabbato in albis· Inde est q tractus in sabbato paschali et gra duale per totam ipsam ebdomodam dicitur q8 laborem significat· Alleluia vero cē· cantica leticie cantantur· vt dictū est sub dominica septuagesima· et hoc propter tempus regressiois quod incipit secundam quosdam in pascha prout ibi dictum est· Isti ergo septem dies computanē cū septuagesima q3 ꝯ septimana ē septīa a quadragesima per quam idem significatur q8 per septuagesimam in cuius septima de cade filij israhel acceperūt licenciam redeundi· et iam quasi liberi erant· ideoq diebus istis cantica leticie inchoatur· Porro omnes isti dies septem sūt quasi vna dies dominica· Vnde semper cantatur in eis· hec dies quam fecit cē· Et in prefacione dicitur· Te quidem domine omni tempore· sed in hoc potissi· die glo· pre cē· Et in eis sē per agitur de resurrectione ad ostendendū q per septem dona spiritussancti venitur ad verā resurrectionem· vel poci9 quia in tota vita ista que per septem dies currit· debem9 anhelare ad gloriam resurrectionis quantum possum9· fic q pascha in veteri testa· p septez dies celebrabatur· q cenofegia id est fixio tabernaculorū· Hec cumq enim hac die facim9 ideo facere debem9 vt in celo tabernacula nostra figam9· quod fit per gloriam immortalitatis vt ille qui crucifixus est ostendat nobis fi am deitatem· cuz dicit in officio nocturno· Ego sū qui sum· et cum dicit se esse illum qui dixit moysi· qui est misit me ad vos· exo· iij· Siquidem pascha est ebdomodaria festiuitas quia qualibet die ebdomode mutanē officia· In veteri enim testamēto tres habuerūt ebdomodarias festiuitates scilicet pascha et pēthecosten· quas eciam nos habem9 licet ad aliud quam illi habuerūt et cenophegiam quam non habem9 nisi quodam modo· vt dicetur in prohemio· vij· partis· Quidam vero scripserunt q festum pentecostes non fuit in veteri testamento festum ebdomodale· Et q in nouo testamento habet· vij· officia· propter septē spiritussancti dona non quia sit festum ebdomod ale· quia tres vltimi dies non hñt omnino ꝓpria officia Ad hoc notandum est q cum in vrbe romana esset magna aeris pestilencia· Beatus gregori9 in temptie paschali ordinauit· vt ymago beate virginis que in ecclesia sancte marie maioris ꝑ uatur quam beatus lucas pinxisse dicitur· et eiꝰ virgin filiima perhibetur processionaliter portaretur· et dum ante processionem reuerent̃ portaretur· ecce tota aeris infectio et turbulencia cedebat ymagini fugiens· ac si eam ferre non posset· sic q post ymaginem mira serenitas remanebat· Tunc autem iuxta ymaginem audite dicuntur tres voces angelorum canencium· regina celi letare alleluia quia quem meruisti portare alleluia· Resurrexit sic̄ dixit alleluia· Ota timq beatus greg· adiunxit· Ora pro nobis deum rogam9 alleluia· que anthiphona ideo hoc tempore frequentat̃· Et tunc gregorius vidit supra castrum crescenci· angelum domini qui

gladium cruentatum tergens·in vaginam re=
ponebat· Intellexit ergo gregorius· q̄ pestis
illa cessasset·quod et factum est· Unde castrum
illud exīde castrum sancti angeli vocatum est·
premissa ymago ecclesia beate marie maioris in
vrbe sup lumen baptisterij seruatur·quam ro=
mam reginam vocant· Per hos autem dies tres
tantum dicūtur p̄s·sicut in dominica resurrec=
tionis· In hoc tamen interest secundum aliq̄s
ecclesias quia tunc dicuntur cum tribus anthi=
phonis·in his vero diebus cum vna sola· Siq̄=
dem ideo tres psalmi per hos septem dies bap
tismales dicuntur quia qui pure baptizantur
septem spiritussancti dona suscipiunt· que p̄ hos
septem dies signantur· Suscipiunt etiam tres
virtutes scilicet fidem spem·et caritatem· que
per tres p̄s·intelliguntur· que nobiscum vsq̄
in finem manere debent· Camim9 ergo tres p̄s
vt recolamus nos hec tria habere· Antiphona
vero vna est quia vnus ē a quo hec oīa sūt·Rur
sus vero quia vt premissum est·hec tota ebdo=
moda est quasi vna dies dominica· Unde est q̄ p
omnes hos septem dies camim9 p̄s·de noctur=
no dominice diei·vel eis adiacētes· Quedam tñ
ecclesie pretermittunt p̄s·maiores et laborio=
sos scilicet confitebor·et diligam te·quia neo=
phitis omnia breuia debent propon·et soror
nostra paruula est·et vbera non habet· Et apo
stolus·lac de vobis·potum non escaz·sed nume
rum supplem9 per illos duos· Cum inuocarem·
Verba mea· Et ita decemetocto p̄s·pficim9 vs
q̄ in sextam feriam· In sabbato autez sumim9
tres de adiacentibus·quos in die dominica ad
primam cantare solemus scilicet·Dominus re/
git me·Domini est terra·et iudica·Sed et illos
duos·Deus deus respice·et ad te domine leuaui
propter causam predictam pretermittimus· In
sequenti vero tempore multiplicandi sūt psal=
mi sicut a boni mores qui per p̄s·intelliguntur
per quos ad gloriam peruenitur quam per to
tum tempus istud figuramus· In quibusdaz tñ
ecclesijs non dicūt nisi tres p̄s· vsq̄ ad pentē
costen a hoc ex institutione alicui mi·prout di=
cetur sub dominica de trinitate· Sed hoc nō be
ne fit hodie· Primo quia causa quare illud insti
tutum fuit hodie cessat· Secūdo quia contra ca
nonem gregorij facūt·pro vt dictum est in·v·
parte sub ti·de nocturnis· Tercio quia inter ca
nonicos regulares·et alios clericos· qui vsur=
pato nomine seculares dicūtur·nulla debet esse
quo ad hoc differēcia·nam a ipsi magna ex par
te antiquitus regulares fuerunt· Et certuz est
q̄ canonici regulares in octaua resurrectionis
dicūt in nocturnis·ix·lectiones cum·ix·respōso
rijs et eciam ecclesia romana·qui enim dicūt q̄
omnia facilia debēt esse eo tēpore propter neo
phitos illam facilitatem nimis extendūt· Nam
due tantum sūt ebdomode neophitorum scilicet
in pascha et pentecosten·et preterea conclu=
ditur eis in ascēsione·vbi sūt nouem respōsoria
et nouem psalmi cum suis antiphonis Nulla em̄
est sufficiens racio quare in sequēti die p9 ascē
sionem dicam9 tantum tres p̄s· cum vna anti=
phona·de hoc eciam dictum est in ti·p̄cedēti·
Nempe secūdum romanum ordinem in omnibus
dominicis nouem lectiones dicūtur·licet·magū
timum concilium a pascha vsq̄ ad pentē· tres
tantum instituerit esse legēdas·vt seruicū ma=
tutinum in die cantetur·quia in futuro trinitas
comprehendetur·a a sanctis in luce domino ser
uietur· Ad primam autem dicūt quidem q̄ p
totam ebdomodam totum psalmum·confitemi
ni ac̄·In quo p̄cipue de cristi resurrectiōe agi
tur·Alij vero solum versū·hec dies ac̄·quez in
prima a in alijs horis pro capitulo dicūt·quia
vitam illam figuram9·in qua doctrina nulli ne
cessaria erit·sed omnes docti gratulabimur·
a exultabim9·Psalm9 vero·Quicumq̄ vult et
cetera toto isto tempore non dicitur·quomiā ad
fidem ptinet·hoc enim tempus significat octa=
uam etatem vbi non erit fides que euacuabitur
sed res que complexendetur non erit figura·sed
veritas· In quibusdam tamē ecclesijs aliter ob
seruatur·quia vbi fides non est·super edificari
non potest·Nim9 tamē symbolum scz· Credo in
deum·ob eandem causam subticetur ad primaz
Nam cum venerit quod perfectum ē·euacuabit̄
quod ex parte est· Unde in cōdenſ·· id est in cō
densitatibus populi vsq̄ ad cornu altaris id est
ad cōmunionem· Non dicitur capitulum neq̄ p̄
ces·vt dictum est in ti·p̄cedenti· Vespertī=
num officium est huius festiuitatis claritate il=
lustratum·nō enim per·Deus in adiutorium me
um intende·quomam in illa vita· non sicut hic
adiutorio indigebimus·sed per kyrieleyson in
choatur·quia vespertina hora sabbati paschal
baptisma fuit per kyrieleyson inchoatum·et in
trinitatis nomine celebratuz a propterea in ea
dem hora a in eisdem verbis per totam ebdo=
modam hanc infestiue regeneracionis iocūdita
tez ·sancta trinitas adoratur· Vel per kyrieley
son incipitur·vt quasi non existens per se offici
um·misse officio continuetur· Nam vt in titulo
p̄cedenti diximus dies hec vespera non habet·
quia decliuium eternitas non agnouit· Tres
p̄s·sub vno alleluia id est gaudio cantanē in q̄/
busdam ecclesijs quia per fidē trinitatis ad vnū
eternitatis gaudium peruenitur· Vel hij tres
psalmi resurrectionem que tercia die facta est cō=
uenīūt ihesu cristo· Pro capitulo sequit̄ hec
dies·sicut in alijs horis·quia ibi non erit neces
saria doctrina·sed exultacio·vel vt notetur sol
licitudo baptizatorum adhuc peregrinancium
et laborāciū quia nondū habent gudiū nisi spei
quo peruenitur ad alleluia rei proinde ymno se
quitur alleluia quod est proprius illorum cui=
um ymnus· Mane descendim9 processionalit̄
ad fontes cum cereo per totam ebdomodaz cā
tantes canticum exultacionis a popul9 sequit̄
scilicet viri per se·a mulieres per se· quod fit̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

memoriam ei9 quod hebrei pharaonī et suis in mari rubro submersis fecerūt· qui in graciarum actiones de submersione hostium p totaz ebdomodam redibant ad mare viri per se· a mulieres per se cantantes illud canticum moysi· Cantemus domino· Diquidem hostes nostri sūt demones· mare rubrum est baptismus in quo submergūtur omnes hostes id est vicia et peccata a demones· Et inde eciam est q neophiti baptizati in sabbato sancto p̄cedente suo lumine scilicet cristo redeūtur ad fōtem baptismi· Hijs septem diebus gracias agentes· quia inimici eoz submersi sūt scilicet vicia et peccata· et tūc circa fontes cantantur psalmi· Laudate pueri scilicet nouiē baptizati· et in exitu israhel de egypto· quia per baptismuz de tenebris peccati eximus· Duo ergo psalmi circa fontes cantantur· q̄ p geminā dilectionez ad fontē vite ptingiē qui baptizatis et baptismo conuemūt· Baptizatis vt· Laudate pueri nē· et est āmonicio laudis ad neophitos· qui facti sūt pueri· id est a vicijs puri· pro quibus mater ecclesia iubilat ad fontes in laudez eius gracie· p quem meruit esse quod in cantico amoris audiuit· Fons ortoz̄ p· a· v· postea transitur ad aliquod oratoriū cū psalmo· In exitu israhel· qui cōuemt baptismo cum dicitur· Quid est tibi mare quod fugisti· Et fit statio ad crucifixum· et reddūtur ei grates· quia ipse est qui baptizat Vnde in euangelio· Super quem videritis spiritum descendentez· nē· hic est qui baptizat et saluatur quia p crucez et in cruce nati sumus animaz̄ nostrarū redempcionez· Hursus per hos septez dies baptismales neophiti quotidie ad ecclesiam ducuntur· Sicut enim filij israhel licet transissent mare rubrum in quo baptizati sūt· non tamē p uenerunt ad terram promissionis· nisi sub ducibus domīo illos pascente ex manna et columna ignis eos p̄cedente· sic et ipsi his septem diebz sub ducibus id est p̄spiteris patrinis et matrinis ducuntur ad ecclesiam et pascuntur corpore domini et cerei p̄cedūt eos· et sic tandez in sabbato quasi peruemunt ad terram promissionis· Cereos autem aliq̄s in sabbato sancto duz baptizarentur habuerunt· per hanc ebdomodam īquibusdaz locis ad missas et vesperas accēdūt et in sabbato in albis· et in sequenti dominica illos accensos offerunt sacerdoti· Diquidem luminaria accensa· bona opera sūt quibus toto tēpore p̄sentis vite· que per septenariuz ducē lucere debent· offeruntur sacerdoti· quia post hāc vitam ad sūmum sacerdotem id est ad cristū cuz luminaribus bonoz̄ operuz vendūt· iuxta illud Vementes autem venient cum· e· p· m· s· Potest eciam dici· q̄ processiōes vespertinales huius ebdomode· reuersionem significant de captiuitate babilonie· Hec est enim ebdomoda reuertencium· qui in fine siue captiuitatis reuertunt ad deum· et vespere trina statione complentur sicut et baptismus in trinitatis nomine celebratur· Qui vero fontes non habeant non exeant· sed quinq̄ psalmos continue dicant· et post collectā die· de cruce collectā adiungant· Ee dez ve spere quotidie repetuntur· quia p̄ vna et eadē die tota hec ebdomoda reputatur· In quibusdam eciam ecclesijs in hijs septem diebus quando descenditur ad fontes· ante fertur quedam serpens ymaginarius super virgam et candela nouo lumine accēsa super caput serpētis retorta affigitur· ex qua cereus paschalis· et omnes alie candele ecclesie accenduntur· Circa quod sciēdum est· q̄ sicut legitur numeri· xxi· ca· Moyses in deserto erexit super palum serpentez eneum· vt qui percussi erant a serpētibus· per illū sanarētur aspectuz in quo cristi passio p̄figurata fuit· Vnde et dominus ait in euangelio iohānis· Sicut moyses exaltauit serpentem in deserto· ita et exaltari oportet filium hominis· Ideo ergo serpens ymaginarius fertur et aspicitur· vt cristi passio memoretur· et per ea vulneribus peccatorum sanemur· Nam serpens in palo· est cristus in patibulo· Ideo in benedictione baptismi· et cum ad fontes descenditur quia baptismus a cristi passione virtutem accepit in quo eciam a peccatis sanamur et mundamur· Fit hec in vesperis quomaz ipse cristus fuit sacrificium vespertinum· vnde p̄s· Eleuacio ma· m· s· ve· Agnus nouus ex filice excussus· cristus passus qui est lumen de lumine· ex quo cetere candele in ecclesia illuminantur· quia ipse illuminat omnem hominem venientem in hunc mūdum· Candela in capite serpentis retorta· ē spinea corona in capite cristi posita· In completorio vero in quibusdam locis pretermittitur p̄s· Qui habitat· sicut in prima p̄s· Quicūq̄· In hijs autem sex diebus dicitur ad missam responsoriū et alleluia· prout infra dicetur· Et dicitur p̄mo responsorium· et post sequitur alleluia· et hoc triplici de causa· Primo quia eīm in laboribz vite presentis exultandum est· iuxta illud· Hilarē datorem diligit deus· Ideo nunc post graduale et versum conuenienter sequitur alleluia q̄s est vox leticie· Sed responsorium actuaz alleluia vero contemplatiuam vitam significat· Responsorium enim significat actionem quā sancti exercebunt in resurrectione corporum· que erit in omni leticia· prout verba responsoriorū huius temporis declarant· que omnia siue versus eorum excepto eo qui cantatur in tercia feria· prout ibi dicetur sūt de p̄salmo centesimo decimoseptimo· Confitemini domino· qui p̄s· sonat confessionem laudis et est de eterna leticia· quia igitur omnis illa laus confessionis siue actio ad gaudium et dei· glorificacionem tendit· merito ab alleluia concludendum est· Et q̄niam eadem actio nichil aliud est· quā laus dei Ideo ad hoc ostendendū post hos sex dies continue canitur sine responsorijs alleluia· Tercio ideo in hijs sex diebus is fit· q̄ senarius numerus ad opera sicut septenarius ad requiem refertur

Hui enim vult peruenire ad requiem· oportet eum primo toto tempore presentis vite bene operari· ¶ Circa hoc sciendum est q; ecclesia hijs diebus sanctorum actum in corpore cum fine leticie recolit hic incipiens actum· vt pertingat ad quietē· p̄mꝰ dies mandat actū septimus reqem gestat· octauus glorificat· ¶ Tempe responsorium illam actionem significat· quam sancti m resurrectione corporum exercebūt· anime quippe sanctorum ante resurrectionem corporum in quiete fūt· sed dum illa recipient in actione erūt et tunc sic erit actio vt non desinat quies· In q̄ete quidem erunt quia non laborabūt nec cogitationibus fluctuabunt· nec erit eciam in quiete illa segnicies desidiosa· sed sic ab huiꝰ vite operibus in fine quiescerēt· vt in alterius vite actione gaudeant Hec autem actio ideo nobis p numerum senariū in memoriam reducitē· sic q; septenarius numerꝰ requiē· ita senarius opera responsorioꝝ significat· Per responsoria enim intelligimꝰ sanctorum actiones que erunt cuꝝ omni leticia vt iam dictum est· Et nota q; p̄dicti versus qui canunt̄ hijs vij· diebꝰ cum responsorijs dicunt̄ eo ordine quo positi sunt in psalmo· C̄onfitemini· Unde sūptisūt exceptis duobus qui in quibusdam ecclesijs p̄ postere ponūtur· ¶ Nam in quinta feria dicūt versum· Benedictus qui venit in nomine dominiq̄· qui ibi ponitur vltimo Et in feria sexta versū· Lapidem quem reprobauerunt edificantes aq̄· et hoc ideo quia in illo plenius agitur de passione saluatoris· quam in alijs versibus ibi positis· et ideo merito illa die cantatur in qua passus fuit· ¶ Nec est omittendum· q; in quibusdam ecclesijs in hijs septem diebus duo in albis sup pellicijs incipiūt respōsorium· Hec dies· Et in alijs quosdam tropos pꝰ altare· quod representat sepulcrum pro eo q; corpus ihesu in eo sacramentaliter collocaē et consecratur· gerentes typum ductum angelorum qui stantes in sepulcro cristū resurrexisse retulerunt· Verba enim illa· Hec dies aq̄· ad resurrectionis diem pertinere noscūtur· Quiꝰ cantando post altare representant apostolos et mulieres timentes· et cristum resurrexisse dicere publice formidantes· Fit autem hoc ad laudes· ad terciam· et ad vesperas· Primo enim q; in hijs tribus speciali ter horis cristi passio est expleta· Nam mane captus et illusus· In tercia flagellatus et linguis crucifixus· In vesperis de cruce depositus et sepultus est· Secundo in signum q; resurrectio tribus vicibus nūciata ē Primo secundum marcum et mathēum· per vnū angelum qui secundum augꝰ· stabat in monumēto non directe· ſ quasi ad hostium· Secūdo per duos angelos· qui secundum iohannez stabant intus· Tercio per ipsū cristum iuxta monumentum· Fit eciam hoc in quibusdam ecclesijs ad missam· eo q; illa in altari celebratur super quod cristi· corpus consecratur· ¶ Ideo aūt a pasca vsq; ad octauam penthecostes cantur alleluia fere in omnibus antiphonis et responsorijs nocturnalibus· et offerendis· et postcommunibus vt celebracio temporis post resurrectionem reducat nobis admemoriam vitam contemplatiuam· sicut tempus quod est ante pascha reducit ad actiuam· Tempꝰ enim ante pascha quod in ieunijs q; oracionibus agimus significat erūnas huius vite· et tribulacionem captiuitatis· in qua dum sumus cantica leticie subticemus· Tempus vero post pascha significat beatitudinem et perpetuam exultacionem in qua post resurrectionem erimus· et ideo relaxatis ieunijs canendo alleluia· quod interp̄tatur laudate dominum frequentamus de quo dictum est in prohemio huius partis· Illud tamē notandum est· q; in quibusdam ecclesijs in hac ebdomoda alleluia cantatur in missa sine finali melodia· q; versus antiphone sine neuma· sed in sequentibus cantatur cum illa· Et hoc ideo quia in hac cantamꝰ pro domino nostro qui in anima et corpore p̄ resurrectione iam factus est gloriosꝰ· et illa finalis melodia expectacionem nostram significat· vel eciam sanctorum secunde stole expectacionem· Tercio ergo quia habemus quod optamus· paruuli namq; plorāt· cuꝝ panem non habent· ſ cum habent quod desiderant tacent· ita et nos quasi ploramus alio tempore· quia non habemus quod desideramus et sancti quasi in desiderio fūt expectacionis· In q̄busdam eciam ecclesijs in magnis solemnitatibus tacetur illa melodia in signum q; sancti p quibus celebramus certi fūt q; secundam stolam quam expectant· amittere non possunt· Jubilꝰ quidem diuersa notat vt dictum est sub natali· ¶ Porro in istis octo diebus cantatur pro memoria neophitorum a singulis diebus singula denotata fūt officia· q; non fit in toto tempore vsq; ad penthecosten et in prima die scilicet in sabbato sācto· et in octaua duplices laudes pronuntur· In prima enim dicitur alleluia· confitemini et tractus· Laudate dominum omnes gētes· ¶ In octaua vero dicitur duplex alleluia· quod ideo fit quia prima vita nostra que fuit āte peccatum· beata fuit· sed non sempiterna· ſ vita que erit in septima quietis· erit beata et sēpiterna· quia ergo prima vita fuit beata· id circo cantatur primo alleluia quod est vox angelica in lingua hebraica quia dignior est· ſ quia ñ fuit sempiterna· ideo humiliori lingua latina cātatur tractus laudate· quia vero vita que erit in septima etate· erit beata et sēpiterna· ideo in sabbato in albis qui ē dies septimꝰ duplex alleluia cantatur propter duplicem stolaz vt ibi dicetur· Nam vita illa que in septima quietis dabiē· non tolletur· in octaua etate· que per octauum officium intelligitur· ſ pocius consūmabitur· ¶ Circa cantica leticie notandum est· q; q̄tuor fūt status ecclesie· Primus est culpe· Secundus culpe et pene· Tercius pene et gracie Quartus gracie et glorie· ¶ Primum repsētat

ecclesia in septuagesima. Ideoq; subticet. Te deum laudamus et alleluia. quia non est speciosa laus in ore peccatoris. et gloria in excelsis deo. quia positus est inter deū et hoīes paries inimicicia rum. Secundum representat in aduentu. ideoq; et supradicta cantica subticētur preter alleluia. quia lex data. deum intelligere docuit et laudare. Tercium representat in estiuo tempore. ideoq; propter graciam acceptaz in festiuis ista cantatur. sed propter penā istā inferialibus subticentur preter alleluia. quod eciam quotidie frequētatur quia spes de resurrectione futura non infirmatur. Quartum repsentat inter octauas paschæ et pēthecostes. Ideoq; supradicta cantica leticie frequentantur et multiplicantur quia tamē nondū habemus gloriam quam expectamus ideoq;. Te deum laudamus et. Gloria in ex. in ferialibus subticemus. Et in dominicis in quibus quasi duplicem resurrectionem representamus. et eciam in festis sāctorum in missa duo alleluia cantamus. sed in ferialibus vnum. vt iam dicetur. Nec te moueat q̄ non rectum ꝯ preposterum ordinez ecclesia repsentat. eo q̄ erunt nouissimi primi et primi nouissimi sic ergo varietas dierum et statuuz humanorum. varietatem inducit officiorum. Querendum tamen est quare diuina officia ita distīguūtur vt alia celebrentur cum solo responsorio. alia cum solo alleluia. et hec quandoq; cum simplici alleluia. quandoq; cum duplici alleluia. Alia simul cum responsorio et alleluia. Et alia cum responsorio et tractu. et alia cum alleluia et tractu. Dici potest q̄ dies festorum quibus responsorium sine alleluia cantur recolunt actus eorum qui prespiteris grauia confitentur. vt ab illis consiliū accipiant penitendi. Ipsi ergo dies aguntur cum solo respōsorio. per quod vita actiua intelligitur. que in labore ducitur sine alleluia quod est canticum leticie. quia ecclesia dolet pro talibus tanquam pro membris vulneratis et nondum sanatis. Ex eo enim q̄ alleluia dimittitur robur ecclesie monstratur. quem habet de suis vulneribus nondum sanatis. Preterea ideo tunc non dicitur alleluia. quia non est pulcra laus in ore peccatoris. In diebus vero profestis que fūt ab octaua paschæ vsq; ad octauam pentheocostes simplex alleluia sine responsorio cantur. Primo quia dies illi vitam contēplatiuam figurant. que erit post resurrectionem. in qua responsio non erit. quia penitencie actus ibi superfluus erit. sed tantuz alleluia canetur de percepta immortalitate. Secundo q̄ tunc pro illis canimus qui iam fūt in patria. ad quos iam non pertinet actio laboriosa quam responsorium notat. sed fūt in dei contemplacōe et exultacione. que intelligitur per alleluia. Tercio quia ante resurrectionem corporum nostrorum anima sine corpore deum laudabit. Quarto quia sancti ante diem generalis resurrectionis simplicem tantum recipiunt stolaz scz anime. Rursuz in priuatis ferijs gloria in excelsis nō. et duplex alleluia non dicitur quia nondū habemus perfectam iusticiam nec gloriam quā expectamus. Sed quia ecclesia iam primam habet resurrectionem ideo alio tempore semper alleluia canit. preter quam in septuagesima vt dictum est in prohemio huius partis et subti. de tempore aduentus. In octauis vero paschæ et in sabbato in albis duplex alleluia dicitur. quia tunc tempus resurrectionis representamus. et in requie que erit in resurrectione duplicez stolam scz anime et corporis percipiemus. quia erimus vtroq; hoie idem in anima et in corpore glorioso. Erim⁹ enim in corruptionis gloria vestiti. In dominicis quoq; que fūt ab octaua paschæ vsq; ad octauam pentheocoste duplex alleluia dicitur. Tum quia in resurrectione quā ipsi dies significant corpus simul cū anima laudabit deum. Tum quia duo sunt vnde letari debet anima in die sempiterna. Vnum de percepta leticia. aliud de percipienda in resurrectione. Tū quia resurrectio dominicque facta est in die dominica. est cause nostre resurrectionis future et ideo in omnibus dominicis quasi octauam dominice resurrectionis representamus. In ferialibus vnum. quoniam ante resurrectionem anima vna dumtaxat fruitur beatitudine. Rursus ideo vsq; ad octauam pentheocostes quia in octaua etate in q̄ erit corpoz resurrectio erimus vtroq; hoie glorioso. In omnibus q̄q; festiuitatibus illo tempore occurrentibus duplex alleluia dicitur. Et hoc primo propter requiem et fruicionem. Secundo quia illi iam de duobus gaudent scilicet de eterna quiete. et de diuina visione. Tercio quia cum iam habeant gloriam anime. securi fūt de gloria corporis. Quarto tunc vnum alleluia cantur quia quiescūt. aliud quia deū vident. Dex vero dies paschales videlicet inter sabbatum sanctum. et sabbatum in albis et dominici dies atq; festiui quos celebram⁹ ab octauis pentheocostes vsq; in septuagesimam in quibus responsorium et alleluia cantur. recolunt actus eorum qui elemosinas largiendo infirmos visitando. et solum que bona fūt operando. per seueranciam habendo in sanctitate quam i baptismo receprūt sine dubio ad contemplacionem dei peruemūt. Inde est q̄ post responsoriū qd vitam actiuam significat. sequitur alleluia qd significat contemplatiuam. sed tunc vnum tantū siue simplex alleluia dicitur. ꝓpter causas supradictas. Prius autez dicit responsoriū et postea sequit alleluia prout supra dictū est. Dominici aūt dies et festiui. a. lxx. vsq; in paschā quorum responsorijs non alleluia. sed tractus subditur. recolūt eos qui fūt in bonis operibus sed videntes laborem vie timent casum. naz tēptacionibz tondūtur. sine quib⁹ hic vita non ducitur. Inter responsoriū enim et alleluia tractus est medi⁹. qui neq; in tanta leticia est sicut alleluia. neq; in tanto opere vt responsoriū. In

vt fertur· cum tūc aliquis offitabat frequēter subito spīm emittebat· Vñ cū aliquis se velle offitare senciebat· otimo signū crucis sibi imprimere festinabat· q̄ ɔsuetudo similiter vsq; hodie obseruaē· ¶ Minor vero letania q̄ et rogaciones et processiones vocaē· fit tribus diebus ante ascensionē· q̄ sicut legitur in burkardo li· xiij· c· Exigentibus· inuenta est apud vienn· a beato mamerto episcopo vienn· qui ꝓpter pestem luporum et aliarum feratum in galeis hominum acriter pimencium· et ꝓpter periculosos terremotꝰ illic crebro otingentes indixit populis ieunium triduanū et letanias instituit· cessante vero illa ꝓsecucione· ieunium illud in ɔsuetudinem annue obseruacōis deuenit· Et sicut quidam referūt· fuit p ecclesiam obseruatum· vt vniuersaliter obseruet· Et g̃ hꝫ letania minor q; a minori scz a simplici episcopo q̄ in minori loco scz in vienna inuēta est· Illa vero Et maior q; in maiori loco scz rome· q̄ a maiore scilicet a magno greg· et ꝓ magno q̄ grauissimo morbo inuenta est· Minor tñ antiquior est tempore· Nam instituta fuit tēpore senonis imperatoris maior vero tēpore mauricij imperatoris· Fiūt eciam letanie ꝓt plures alias causas Vñ liberi⁹ papa statuit vt ꝓ guerra· ꝓ fame ꝓ pestilencia q̄ huiusmodi aduersitatibus imminē tibus semper letania fiat vt sic ista p supplicaciones oraciones· q̄ ieunia effugiam⁹ q; g̃ hoc tempore maxime bella emergere solent et fructus terre qui adhuc in teneritate vl' flore sunt pluribus modis facile corrūpi solēt· et ideo hꝫ tempore fiunt letanie· vt rogemus deū· q̄ talia a nobis auertat q̄ ab aeris intēperie· et a belluis et ab hostibus cristiane regionis· nos eripiat et defendat· sup hoc patrocinia sanctorum specialiter et generaliter implorantes· et ideo rogaciones vocanē· Dicunē eciam ꝓcessiones· quia tunc ecclesia ꝓcessionem facit generalem· ¶ Et est notandum q̄ rogam⁹ sanctos ꝓt nostram inopiam ꝓpter eoꝝ gloriam· et ꝓt dei reuerēciam· Quādo aūt letaniam ꝓ imminentibus periculis in penitēciali et flebili habitu facimus· illam vltimam ꝓcessionem mulierum plangencū post dominū qñ ducebaē ad crucē repte sentam⁹· Plangentes iuxta mandatū dñi super vos et sup filios vestros· Fiūt eciam hoc tēpore letanie· quia cristo ascēdente qui dixit· Petite et accipietis· ɔfidencius ecclesia petit· ieunat enim tūc et orat· vt paꝝ habeat de carne· ꝓpter carnis maceracionē· et acquirat sibi alas ꝓ oracionē· que ē ala qua anima volat in celum vt sic xp̄m ascendentē libere sequi valeat· qui ascendit· pandens iter ante nos· et volauit sup pennas ventoꝝ· Et hꝫ est causa· quare vltimam letaniam· siue vltimū ieuniū ascensioni ɔtinuatur· vt videlicet ꝓpter oraciones et ieunia· deposita mole carnis xp̄m ascendentē sequi possumus· ¶ In letanijs ergo fit ꝓcessio et cantatur in quibusdam ecclesijs in principio ꝓcessionis Exurge dñe aī· frequentandum eciam esset· et a pueris dicendum illud canticum angelicum· ¶ Sancte deus sancte fortis sancte et immortalis miserere nob Nam sicut iohannes damascenus refert in libro· iij· cum apud ostantinopolim ꝓpter quandam tribulacionem fierent letanie· q̄ dam puer ex medio populi· rapt⁹ est in celum· et hoc canticum ibidem edoctus· Deinde ad populum rediens illud in ɔspectu omnis populi Et cantauit· et mox omnis tribulacio cessauit· qđ canticum caldedoñ· et sinodus approbauit· huius ergo cantici laus et autoritas colligitur· ¶ Primo ex eo· q̄ angel⁹ illud docuit· Secūdo ex eo· q̄ ad eiꝰ placionem illa tribulacio cessauit· Tercio ex eo· q̄ tantum ɔcilium approbauit· Quarto ex eo· q̄ demones illud valde timent· Ceterum in ꝓcessione ipsa· ꝓcedūt crux et capsa reliquiarum sanctoꝝ· vt vexillo crucis q̄ oracionibꝫ sanctoꝝ demones expellanturvt dictū est in quarta pte in ti· de accessu pontificis ad altare· Portantur eciam vexilla· ad representandum victoriam resurrectionis et ascensionis cristi· qui cum magna preda celos ascendit Vñ vexillum ꝓ aera incendens· est xp̄s in celum ascendens· et sicut vexillū in ꝓcessione· ipsa multitudo fidelium sequitur· sic et cristum ascendentem magna sanctorū collectio comitatur· Portantur eciam vexilla ad imitacionem eiꝰ· quod dicitur· in ysa· xi· c· Et leuabit dñs signum in naciones· et cōgregabit populos israhel· et dispersos inde colliget a quatuor plagis terre· Quod vero cruces et vexilla portantur· a ostāt̄ino sūpsit ecclesia qui cum in somnis crucis signū vidisset eiq; dictū fuisse vinces in hoc signo iussit crucem in vexillis bellicis insigniri· Quod in letanijs crux maior a crucis baiulo de altari sumitur· recolit· q̄ de cristi humeris tulit eam Symon cananeus· in quibusdam locis fit letania per campos· vt eciam a segetibus demones expellantur· vel pocius vt a dño obseruenē· Quā⁹ aūt in ꝓcessione quid significet dictum ē in p̄cedenti titulo· idem ac· pō· ad al Cō sueuit q̄ quidam draco cum cauda· longa erecta· inflata duobus p̄mis diebus ante crucem et vexilla p̄cedere vltia vero die q̄si retro aspiciens cauda vacua atq; depressa retro sequitur· Nēpe draco iste significat dyabolum· qui p tria tempora scz ante legem· et sub lege· et tempore gracie· que per hos tres dies significanē· homines fefellit· et nunc fallere cupit· In duobus primis temporibus regnauit· et quasi dñs orbis fuit· cauda longa id est potenter· q̄ inflata id est superbe incedens· Vnde xp̄s illum mūdi principem vocat· Et io· ait in apoc· vidi sathanaz de celo cadentem velud fulgor et traxit secū terciam partem stellarum id est hominuz· In cuius rei figuram duobus diebus modo predicto p̄cedit· In tempore vero gracie per cristum victus est· et data est apostolis eiciendi spiritus immundos potestas ꝓpter fidei dilatacionem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

amissa· post crucem sequitur cauda vacua et de
missa· et non longa quia nō audet ita potenter
regnare vt prius· sed per suggestiones et la=
tēter homines seducit quos videt pigros in bo
nis operibus et remissos· nec viam vite sectan=
tes· quasi fur tetro aspiciens si quis oberret et
a rectitudine fidei cadat quē ad se ḡsi caudam
trahat et sibi incorporet sicut et in deserto fili
os israhel infirmos ⁊ debiles ⁊ ą̄ aberrātes re
manebāt vltimi hostes post tergum venētes
necabant· ℣n letanijs debemus secundū aurelia
nū ociū ieiunare uel saltez cibis ą̄dragesimali
bus et cappis nigris in signū penitēcie vti nec
debet quis vti veste solēni ꝓpter quod vocāt
ꝓcessiones nigre non tamen debent cruces ni
gre vocari· ℣n letanijs quoqz debent omnes a
seruilibus opibus vacare· scz viri et mulieres·
serui ⁊ ancille· et donec terminentur proces=
sionem adesse· vt sicut omnes peccauerunt sic et om=
nes pro venia supplicēt· ℣Omnes ad deum corda
cum manibus eleuent id est studium oracionis
erigant· ¶ Post processionem cantatur missa i
aliqua ecclesia· ℣Et est introitus· ℣Exaudiuit nō·
Rememorat enim ecclesia preterita dei benefi=
cia ad maiorem spem· et dei largitas inuocatur
vt per hoc comiciat futura· ex eo enim ꝙ mul
tociens exaudiuit ꝓpenditur· ꝙ adhuc exaudi
et· exaudiuit inquam de templo suo sancto scili
cet per graciam· et quia non potest huius esse
exaudicio sine dilectione· ℣Sequitur vers⁹· Di
ligam te nō· ℣Iterum quia nō exaudiuntur· nisi
per confessionem· ideo dicit iacobus in epistō=
la· ℣Confitemini alterutrum peccata vestra que
est iaco· vl· c· et vt maior spes habeāt adhibet
exemplum de helya qui pecijt vt non plueret·
et non pluit annis tribus· et mensibus sex et po
stea ꝙ plueret· et pluit· ℣Si enim helyas sol⁹ ex
auditus est· multo forcius tota ecclesia exaudie
tur manus enim domini non est abreuiata· ℣Se=
quitur vnum alleluia· ℣Confitemini· ℣Sed cum in
diebus antecedentibus duplex alleluia canteū
quare in hijs diebus vnicum tantū dicitur· ℣Tē
cū in alijs ieunijs non dicatur alleluia quare in
hoc dicitur· ℣Ad primum dicim⁹· ꝙ sicut sepe di
ctum est· duplex alleluia cantatur in anteceden
tibus diebus ꝓpter duplicez stolaz que habebi
tur in resurrectione cōmuni· anime videlicet ⁊
corporis· ℣Officium autē paschale quod hoc sig=
nificat finitum est· et ideo remota causa remoue
tur effectus· ℣Ad secundū dicim⁹· ꝙ ideo in alijs
ieunijs non cantat alleluia qđ est canticum leti
cie· quia fiunt ꝓ peccatis· ꝓpter quod dicuntur
ieunia meroris· ℣Hoc autem ieunium a ieiunū
pentheco est· sunt exultationis quia non fiunt ꝓ
peccatis· sed vt potestas dyaboli remoueatur
et pestis· et ideo in eis alleluia cantatur· ℣Prete
rea in hoc ieunio dicitur alleluia ꝓpter gaudiū
ascensionis quod immimet ¶ In euāgelio vero·
℣Si quis vestrum nō· luc· xj· c· ostenditur ꝙ de
bemus petere ꝑseueranter per amicū· qui dicit
amico· ℣Amice comoda michi tres panes nō· si ꝑ
seuerauerit pulsans propter improbitatem ei⁹
surget· et dabit ei· per hoc habēt ꝙ eciam exi=
stens in peccato mortali· si perseueranter pec
erit exaudietur· propter improbitatem· ℣Alle=
gorice· amicus noster est cristus a quo intellec
tus theoricus petit tres panes scz fidem· spē
et caritatem quia amicus id est intellect⁹ pra
ticus· s· racio inferior venit de via id est de con
fideracione temporaliū· ℣Sequitur· et nō habeo
quid ponam ante illum· quia non inuenit in ta=
libus spiritualem refectionem· et sic petit supe
rior intellectus pro inferiori· vel pro tota ani
ma· non enim potest habere vł racio inferior a=
liquam refectionem spiritualem nisi ab intellec
tu superiori· cuius est ꝺtemplari celestia· ℣Se=
quitur postea ibidem· nunquid si pecierit panē
id est caritatē· lapidem dabit ei id est indu=racō
nem qđ est ꝺtrarium caritati id est nūquid da=
bit contrarium· q· d· nō· ℣Similiter si pecierit pi
scem id est fidem qui nutritur in aquis baptis=
mi· nūquid pro pisce dabit ei serpentem id est
infidelitatem a qua est omnis vis peccati· q·
diceret non· ℣Aut si pecierit ouū id est spez· quia
in ouo est spes pulli· nūquid porriget ei scor=pi
onem id est desperacionez· que retro et occulte
pūgit sicut scorpio desperancium eīm est retro
abire· q· d· non· ℣Vel ꝓ panem intelligūtur om
nia que hominis victui sūt necessaria· vt cibus
et potus per ouū· omnia genera fetuū animali
um et fructuum ꝓ piscem omnia genera natali
um· ℣Postcōmumo· ℣Petite et acci· sūpta est de e
uangelio· ℣Ad horas dicitur capitulū· ℣Cōfitemi
et illud· ℣Helyas homo erat· et illud· ℣Si quis er
rauerit· que sūt iaco· v· c· ℣In festo autem beati
marci· dicunt quidam epistolam· ℣Qui timet de
deū· que ecē· xv· c· Alij dicunt· ℣Similitudo vul
tuum· que est ezechi· i· c ¶ Euangelium ego sū
vitis· quod est io· xv· c· Alij vero dicunt· ℣Defig
nauit· ℣Secunda quoqz die rogacionum· est ide
officium· quod in ꝑma· nisi quia in quibusdam
ecclesijs euangelium de matheo legitur· in quo
est eadem sentencia·

de vigilia ascensionis·

¶Quia vero ieunium de quo premissum
est non sufficit sine operibus miseri=
cordie ideo in vigilia ascēsionis· que
ēt̄ercia dies rogacionū· ecclesia mo
net ad opera misericordie dicens in introitu· q̄
est in quibusdam ecclesijs· ℣Misericordia domini
nō· ℣Dicit enim gregorius; ℣Si vis oracionez tu
am ad celum volare· fac ei duas alas scilicet ieiu
nium et elemosinam· cum bonis enim desideri⁹
volam⁹ ad celum· ℣Unde de domino dicitur· ℣Ele
uatis manibus ferebatur in celum· ℣In alijs tam
ecclesijs dicitur· ℣Omnes gentes· ℣Epistola vero
que est in quibusdam ecclesijs multitudinis nō
videtur concordare· ꝑmo videtur ꝓpostera=
cio· quia post ascensionem domini factum est vt
multitudinis credencium esset cor vnū et anima

vna·sed hoc fit duabus de causis·Prima vt epi
stola consonet euangelio·subleuatis oculis aĉ
iob·xvij·c·in quo dicit dominus·Pater clari=
fica id est manifesta filium tuum et postea ro=
gat dicens rogo vt vnum sint · sicut ego et tu
vnum sumus·hec autem vnitas ostēditur in epi
stola·Alia·causa est·quia quando ex vero cor=
de dantur elemosine omnia reputātur commu
nia·sicut dicit apostolus de manna q̄ qui plus
collegit non plus abundauit·et qui minus non
habuit minus·qui enim diues est non debet·p̄p
ter hoc non debet amplius comedere · sed alijs
distribuere·et hoc dicitur in epistola· et erant
illis omnia communia·Ideo autez predictū euā
gelium dicitur hodie quia qui passurus orauit
hominibus innotuit cum ascendit · Vel quia in
fine concludi tur·Ego ad te venio in quo rogat
pro hijs quos dedit ei pat̄·vt sint in patre vnū
cum omnia sint in fide et caritate vnuz id est cō
cordia vniti vicissim·Vnde precedit epistola ·
Multitudinis credentiū·Hilarius vero expo=
nit sic predicta verba·Rogo vt sicut ego et tu
vnum sumus scilicet non tantum voluntate·sed
etiam natura·sic et ipsi vnū sint scilicet vnita=
te spiritus a gracia spiritussancti· In alijs ta=
men ecclesijs dicitur epistola· Omnicuiq̄ vestrū
ad ephō·iij·c·Offertorium est·Viri galilei·ac=
tuū·i·c·Postcommunio est·Non vos iohō·xiiij ·
capitulo· In alijs vero ecclesijs dicitur·Petite
mathō·vij·ca·Quia ergo in hoc officio de elemo
sina et operibus misericordie agitur·ideo in q̄=
busdam locis·vt premissas sibi alas acquirant
elemosinarum largicioni intendunt· quam tam̄
vsq̄z in festum ascensionis deferunt·quasi tunc
post cristum in celum aduolent et vt tunc libe=
rius vacare possint·Quidam tamen non incon=
grue supradicta officia paschalis ebdomode p
septez dona spiritussancti·ad eos referunt·qui
fiunt in baptismo renati·vt renatus afflatꝰ spi
ritu sapiencie sancto dicat· Resurrexi·p quid
resurrexerit·euangelium declarat scilicet p re=
surrectionem domini dñi quid inde acquisierit
spiritus instruit intellectus dicēs· Introduxit
nos in terram scilicet ecclesiam·et ad huc addit
spiritus consilij·aqua sapiencie potauit eos·
Quid inde quoq̄ acquirere debeat spiritus in=
dicat fortitudinis dicens· Venite benedicti pa
tris mei· q̄ ex hijs collatis beneficijs deum lau
dare debeat spiritus sciencie docet dicens·Vic=
tricem aĉ· Quid resurrectio renatis attulerit i
dicat spiritus pietatis dicens·Eduxit eos domi
nus in spe·et ad huc spiritus timoris adiungit
dicens·Eduxit dominus populum suum· pro=
bijs omnibus beneficijs in baptismo collatis ho
minibus·angeli gratulantur· homines deo cō
fitentur·et ad cristi precomia semuicem exhor
tantur·gracias agunt·nubilant beneficia·a be/
ficiorum causas rememorant·et ad maiora con=
fidenter aspirant et circa hoc cetere partes of
ficiorum subscripte ebdomode versantur·Et in
de est·q̄ hic mutatur ordō dōnorum ¶ Etat=
tende·q̄ per officia huius ebdomade ad quatu
or introitus quater·et ad tres·ter ponitur al=
leluia·quia sancta trinitas a quatuor mūdi pti
bus collaudatur·de cristi resurrectione·et ō ho
minum redempcione· In prima dominica scilicz
quasimodo geniti·baptizati monentur a matre
tanquam infantes innocenter viuē·et hac sācte
scripture concupiscere vt paschale sacramen=
tum per cristi resurrectionem acquisitum·mo=
ribus et vita teneant·mundum vincant· vt cuz
cristo triumphent·et leticiam in corpore et in
anima simul optineant·p̄pter quam leticiam al
leluia duplicatur·quia mortem euaserunt · et
spem vite habere meruerunt· vel propter acti
onem et contemplacionem·vel propter gaudi=
um predicatorum et conuersorum· In secunda
vero dominica scilicz misericordia domini·bap
tizati iam instructi cristi misericordiaz int onāt
et trinitatem predicant·Nam misericordia spi=
ritum·in verbo filium in deo patrem annunciāt
preponunt vero spiritum· per quem sūt sanct
ificati·deinde filium·per quem redempti·dein=
de patrem·cui reconciliantur Et quia trinitatē
concinunt ideo ter iubilant alleluia· In tercia
dominica·scilicet iubilate·baptizati ad laudem
dei·totum mundum inuitant et trinitatem per
sonat·cum ibi in deo patrem et in nomine filiū
in laudem spiritumsanctum accipiunt · Et quia
per duo precepta caritatis firmātur in fide tri
nitatis ideo prius bis·deinde ter concinūt al=
leluia· In quarta dominica·scilicet cantate rur
sus baptizati ad dei laudem gentes conuersas
inuitant et trinitatem commemorant · dum ibi in
domino patrem per mirabilia filium·per iusti=
ciam intelligunt spiritumsanctum et quia fidē
trinitatis· gentes a quatuor mundi partibus
acceperunt·ideo trinitatez sub quarto alleluia
concludunt· In quinta dominica·scilicet vocez
iocunditatis·Rursus baptizati liberatorem su
um gentibus suis annunciauerunt· annunciant
qui trinitatem·per ter positum concinūt alle=
luia·et sicut ibi continetur instancia predicanci
um·sic in officio·Exaudiuit de tēplo sancto suo
sollicitudo se ab errore conuertencium·et in of
ficio vigilie·Omnes gentes·applausus intelligi
tur ascensorum·

¶ Sequitur de festo ascensionis dñi·A·

In festo ascensionis domini quod celebratur
die quadragesima post paschā· quia cristꝰ
die quadragesima post resurrectionem ce=
los ascendit fit processio solemnis · Precepit
enim dominus discipulis suis vt precederent i
montem oliueti·vt viderent ipsum ascendere·
et fecerunt ei processionem·et ipse eleuatis ma
nibus ferebatur in celum· De hoc dictum est in
quarta parte sub titulo de ac·pon· ad al · Hec
processio significat ascensum de virtute in vir=
tutem et cantatur responsorium de ascensione

vt inuitemur ad ascendendum post dominum. De bethania autem que interpretatur obediencia de qua eduxit apostolos ascendit dominus. per quod significatur q̄ fine obediencia nullus potest ascendere in celū. Vnde quidaz cantāt in processione. responsoria pertinencia ad ipsā eductionem vt. eduxit dominus. Quod vero ascendit de mōte oliueti significat q̄ per opera misericordie oportet nos ascendere. Cum igit̄ hac die processionem racionabiliter agamus. nichilominus et hoc racionabilius est q̄ non celebretur antequam tercia dicatur sed ea cantata. licz in die pasche a ceteris dominicis aliter fiat. et in paschali ꝓcessionem i dominicalib9 aq̄ benedicitur in memoriam a veneracionē baptismatis ideoqz precedunt terciam. in qua spiritus sanct9 super discipulos ascendit. vt sicut prius baptizamur. et postea spiritumsanctuz accipimus sic aqua benedicta prius nos a loca nostra respergimus et postea aduentus spiritussancti memoriale id est terciam decantamus.

¶ Cur autem in dominicis diebus baptismatis memoria renouetur. superius enodatur. ¶ In hac vero die tercia cantata processio celebrat̄. similiter a omnes q̄ fine aque benedictione celebrantur. Cum vt misse conungatur officio tuz quia nullus eam sequitur nisi sanctificatus spiritussancto. De hoc eciam sub dominica in ramis palmarum dictum est. ¶ Facta processione cātatur antiphona. O rex glorie. propter illud. Non vos relinquam orphanos. ¶ Sequitur introitus. Viri galilei. quid admirantes aspiciētes in celum. Immotis enim oculis aspiciebant et diuci9 asperissent. nisi angeli eis intimassent q̄ recederent dicentes. Hic ihesus qui assumptus est a vobis in celum. sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem in celum id est sic veniet ad iudicium in nube. Nubes significat graciam. quia sine nube et sine gracia nullus potest ascendere. eciam cristus secundum q̄ homo et hoc significabat nubes in qua ascendit quia vero de ascensione domini ē ineffabile gaudium. ideo sequit̄ versus. Omnes gentes plaudite manibus. ¶ Sequitur epistola. Primum quidem sermonem et cetera. actuum. i. capitulo in qua habetur de ascensione. Postea sequitur duplex alleluia. quia dominus ascendit in duplici stola. Et ita eadem racione cantantur duo alleluia in ascensione que durāt vsqz ad pēthecost. qua et in tempore paschali. primum alleluia est. Ascendit deus in iubilacione id est in gaudio ineffabili antiquorum patrum qui cum eo ascendebant. et apostolorum et angelorum dicenciuz. Quis est iste rex glorie ysa. Quis est iste qui venit de ebdom. ¶ Sequitur et dominus in voce tube id est in voce horribili quia de voce loquitur angelorum. vel dominus per angelos cum dicebat apostolis. Sic veniet aī. vel quia inuitabat ad nupcias eternas. sicut et tuba solebat antiquitus inuitare ad nupcias tēporales. Secundum alleluia est. Ascendens cristus in altum. Aliqui tamen dicunt. Non vos. iohannis. xiiij. capitulo. ¶ Sequitur euangelium marci rugientis. vltimo capitulo. Recumbentibus duodecim discipulis et cetera. vbi sequitur Et exprobrauit. Ecce rugitus. in fine habeē de ascensione. Dominus quidem ihesus postquam locut9 est eis. assumpt9 est in celum. ¶ Potest eciam dici. q̄ eorum que hac die cantantur. q̄dā sunt ascensionis pacte. vt illud narrat iob. p9 passionem et cetera. Et illud. Ascendit deus et cetera. Quedam sunt consolacio sponsi ad sponsam. vt illud. Non turbetur cor vestrum neqz formidet. Et illud. Tempus est vt reuertar. Et illud. Si non abiero paraclitus. Quedam sunt congratulacio spōse ad sponsum. vt illud. Exaltare domine. Et illud. Quis nubem in narracione spes concipitur. in consolacione erigit̄ in gratificacione certificatur vel delectatur. Similiter in diurno narratur ascensio in epistola et in euangelio. vbi dicit̄. q̄ dominus assumptus est in celum a sedet ad dextram dei in equalitate patris. Et in alleluia. Dominus in syna. consolatur sponsus. in alio alleluia. Non vos relinquam agratulatur sponsa. In offerenda narratur perfecta esse ascensio et in communione dicens. Psallite deo. qui ascendit super. c. ce ad orientem. hoc est vsqz ad verbum sibi personaliter vnitum. quod non dicitur ortum vel oriturum. sed oriens. quia semper filius a patre ꝓcedit. vel super celum celi ad orientem. hoc est super firmamentum celi ad orientalem plagam Quod autem cantatur in introitu a offertorio viri galilei. sumitur de epistola in qua clausula percutitur ab angelis eoruz superbia qui trās fixerunt. et eorum mundana sapiencia qui non congnouerunt. et eorum pigricia qui talenta sibi commissa cum lucro debito non reportauerūt et sollicitatur eorum desiderium qui aduentum domini diucius expectauerunt. Hoc enim officium totum consistit in sollicitudine et gaudio. Hoc enim festum habet decem dies octauas. vt dictum est sub titulo. de sancta pascha. Hac die fiunt in quibusdam partibus elemosine generales vt dictum est in precedenti titulo et in titulo de rogacionibus. Dicitur autez hac die ad horas capitulum. Primum quidem. Et illud. Cumqz intuerentur. Et illud. Viri galilei. que sunt actuum. i. capitulo. ¶

De dominica post ascensionem.

Nunc consequenter dicendū est de dominica post ascensionem. Siquidem ablato a se sponso magis deuota est ecclesia. Vnde orat in hac dominica in introitu. Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te. Et sequitur ibi Vultum tuum domine requiram. q. d. Desiderio et cogitacione sequar te. qz sum filia aquile. Sequit̄ epistola

Estote ñ·i·pe·iiij·in qua habetur·q vnusquisq; sicut accepit grāz illā in alterutrum administret·et de commissione talenti·et q mutua caritate sectemur eos et sint hospitales mutuo sine murmuracione a cetera Hic em̄ adaptat nobis pennas virtutum·quibus volare possumus ad celum post cristum·quia bonis operibus·scilicet caritate a misericordia·quasi de monte oliueti ascēdim9·Sequitur duplex alleluia vnū est in quibusdam ecclesijs dominus in fina in sā cto·Sed quid est hoc quod dicit· Dominus aūt non ascendit de monte syna·sed de monte oliueti de bethania·sicut habet̄ luce vltimo· Ad qđ dicendum·q de syna·in sancto ascendit quātū ad interpretationem· Syna enim interpretat̄ mandatum·Ascendit enim de sancto mādato· quod est· Ite et p̄dicate euangelium omni creature· Vel mandatum sāctū est· Negociamini dum venio· Ipse em̄ est homo peregre· p̄ficiscens qui vocauit seruos suos a· Vel de sancto mandato ascendit·q; p implecionem mandatorum dei ascendit cristus in quantum homo·et alij p9 ip̄m· Euāgelū vero ē de p̄missione spiritussancti· Cū venerit paclit9 qui a patre procedit spiritus veritatis a· io·x·c· Alia patēt Sicardus episcopus cremoñ· dixit in mitrali· q apostoli p9 p̄mā vnctionem· quā in xp̄i morte fuscperant in fufflāte illo et dicente· Accipite spiritumsanctū·secundā expectabant· q̄ p̄miserat dñs dicens· Si abiero·mittā paclitus ad vos· Expectantes ergo decantāt in introitu· Exaudi·qui versus de psalmo·xvij·s· Dñs illuminacio assumitur· cuius titulis est in finem· psalmus dauid·priusquā iniret̄· agit̄ enim ibi de vnctione dauid que fuit triplex· Primo enim vnctus est in figmum regis futuri· Secundo in regem super tribum iuda· Tercio super totum israhel· Nos quoq; idem cantamus·quia vnctionem terciam expectamus· Prima enim vnctio est in baptismo· Secunda in confirmacione aut in pemtencie confessione Tercia erit·in resurrectione· Vel prima fuit in apostolis· Secunda in iudeis· Tercia in gentibus· Et quoniam apostoli vt diximus erant expectantes in templo et orantes·laudantes·et benedicentes deum·idcirco in nostra expectacione in epistola· Estote prudentes inuitamur ad orationes·a in offerēda· Lauda anima mea dominum prouocamur ad laudes· Cuius autem effectus fuerit illius apostolice vnctionis· euangelium declarat· Cum venerit vbi dicitur· Vos testimonium perhibebitis·quia ab inicio mecum estis· In quibusdaz tamen ecclesijs est offertorium· Ascendit deus et postcommunio· Pater cum essem· Et attende q ob premissam causaz scilicet quoniaz apostoli expectabant indui virtute ex alto·hec ebdomoda dicit̄ expectacionis·in qua solent quidam ieunare et oracionī vacare· vsq; ad pentex·eo q apostoli ieunasse legūtur per hoc tēpus· Sed magister gilbert9 p̄bat ieiunandum non esse·quia est de paschali tēpore et de quinquagesima pentēc· Hiero· quoq; ambrosi9 et augustinus· aiunt inter pascha et pentecostes nō esse necessitate ieiunia indicenda· Voluntate enim omni tēpore a cibis p̄cipiendis possum9 abstinere·ſ ex necessitate nō oportet Unde ambro· p hos quinquaginta dies ieiunium nescit ecclesia·sicut ipa dñica qua dominus resurrexit· Sunt enim omnes hi dies velud pascha et in dñica celebrandi·in quibus sicut ait bēda· maioribus epulis·et ymnis celestibus est vacādum ob reuerenciaz dominice resurrectionis·et ob memoriam dñice quinct9 cum discipulis·ob spem glorie immortalitatis· Verumtñ ob hac auctoritate penitentes excludūtur· Sed a gregoriō letamas excipit·et eciam concilium aurelianeñ·illud tñ voluntarium est·Illud eciaz notabile est·q octauam ascensionis· que deberet in quinta feria terminari· vlterius oportet p̄rogari Licet em̄ officiū dominice in quinta feria repetat̄·tamē in nocturnis officijs sexte feriē et sabbati·inuitatorium et responsoria de ascēsione cantantur· Nec tñ nocturnales psalmos dicimus cum tribus lectionibus et te deū laudamus omittim9· Prorogat̄ ergo octaua·cum et apostoli essent laudantes deum·de hoc dictum est sub pascha· Nec vacat a misterio quomaz apostoli expectantes·p obseruacionez decē preceptoz paclitum misteriū denarij accipere meruerunt·et nos eciam expectantes ob eandē obseruacionem denariū vite p̄cipiemus eterne· In hijs decem diebus legendi fūt act9 apostorum·quos qui psequit̄ spiritūsanctū accipiet· et denarium promerebitur·

De vigilia pentecostes

Sequitur de vigilia pentēc·in qua fit̄ in vigilia paschē celebratur baptisma·quia iste due festiuitates fūt maiores·et magis necessarie inter omnes· In vigilia enim paschē celebratur baptismus·quia in passione cristi omnes baptizamur· quia redimimur et iustificamur· Nichil enim nasci nob̄ p̄fuit nisi redimi profuisset·Itē redimi nichil p̄fuisset·nisi paclit9 mittere ē a iō in vigilia pentēc·celebrat̄ baptism9· quia tunc per spiritum sanctum mundamur et sanctificamur· quoniam dominus in celum ascendens discipulis p̄misit dicens· Johānes quidem baptizauit aq̄ vos aūt baptizabimi spūsancto· non p9 multos dies id ē p9·x·dies qđ a fcēm ē p̄ē is g ecclia in decima die p9 ascēsionē celebrat baptismū ad nōndū q nri neophiti baptizāt̄ in spiritusācto quēadmodū a illi· Baptizāt̄ eē hodie solemniter Tū ad is vt p9 paschā nati·vel necessitatibus impediti baptizent̄· Tū qr petr9 hodie triamilia hominū baptizauit· Tum quia dei filius i dei digito fortē deuicit ideoq; idē op9 p idē misterium rep̄sentat̄ digito veniēti et filio resurgenti

Tum quia baptismi regeneracio. ꝓpria est spi=
ritussancti operacio. Tum qz sicut hodie descē
dit in apostolos quem descensū baptismum ap
pellauerat dicēs. Vos autē baptizabimini spi=
ritusācto. sicut i baptismate descēdit liez inuisi
biliter in baptizatos. Sz cum tamē spiritussāc=
to die dominica hora tercia missus fuerit in di
scipulos. Quare baptismus fit i sabbato hora
nona. Videtur enim q deberet pocius hora ter
cia celebrari. Respondeo q̄uis baptisma fiat in
sabbato tamē ad illud baptisma ptinet quod a
postoli acceperūt i die penthē. et q̄uis illud ea
dem die uel hora non celebretur ꝓpter aliquas
fluctuantes mūdi occasiones. Tū ꝓpter sacrāmē
tum quod in se continet imitando cristi mortem
et eius resurrectionem. ne membra caput p̄cedāt
debemus illud baptisma eidem diei et dacionem
spiritussācti eidem hore deputare. In baptismo
eñ non tantuz repsentat sepultura saluatoris
sed eciam mors cristi per quam baptismus ple/
nam recipit efficaciā et ipse hora nona emisit spi
ritum. Centurio quoqz sicut ex actibus aposto
lorū habet eadem hora audiuit ab āgelo. Audi
te sūt oracioēs tue et eadem hora a beato petro
baptizatus est et hora nona āgelus domini ve
nit ad eum nuncians ei ut mitteret ad petrum q̄
eum baptizaret inde ergo mos moleuit ut hora
nona fiat baptismus solemnis. Alie eciā sūt hui=
us hore ꝓgatiue ꝓut dictum est i quīta pte
sub ti. de nona. Ideo autem spiritussanct9 dat9
est discipulis hora tercia qz fidē sancte trinita
tis p̄dicaturi erant. Hoc sabbatum intitulatur
sabbatum duodecim lectionum. quia in primiti
ua ecclesia duodecim lectiones legebantur. vt
dictum est sub quarta feria tercie dominice ad
uentus. Officium autem hu9 diei fere idem est
in pluribus ecclesijs cum officio sabbati pasca=
lis et lectiones leguntur ante baptismum. ad i
structionem baptizandorum et leguntur sine ti
tulis. prout ibi dictum est. Verumtamen que=
dam lectiones ibi leguntur que non hic et que
dam ibi. que hic. preposterе tamen. ibi est enim
prima lectio. In principio hic vero est prima.
Temtauit Item ibi prius legitur. Apprehen=
derunt septem mulieres ac̄. et postea scripsit
moyses ac̄. hic vero econuerso. Circa quod no
tādū est. q̄ duo fuerunt patres vnus secunduz
carnem scilicet adā. q̄ propter inobediencia deo
displicuit. et in quo oēs peccauerunt. et mor=
tui sunt. Alter secundum spiritum scilicet abra
am. qui propter obediencia placuit deo q̄ eius
imitatores liberati sunt et viuunt. De primo a
gitur in vigilia paschе. vnde tunc primo legit̄
In principio ac̄. vbi describitur dignitas ho
minis. pro quo omnia facta sunt. vt causa eius
miserabilior appareat. et inde est q̄ non sequit̄
ibi canticum. quia non bene nobis cātauit. ymo
per eum nascimur ad luctum. Addicitur tamen
lectio. Factum est in vigilia ac̄. in qua per figu
ram maris rubri. agitur de baptismo in quo e=
gipcijs spiritualibus submersis. vere filij isra=
hel liberati sunt. vnde sequitur ibi canticum vi
ctorie seu leticie scilicet. Cantemꝰ domino. Sz
quia imitatores adhuc ad hoc vt liberentur. Pri=
mum instruendi sunt in fide. et postea in mori=
bus. ideirco primo legitur ibi lectio illa. Appre
hendent. in qua de fide agitur. et in qua cristꝰ
a septiformi gracia spiritussancti apprehensus
ostenditur. et postea illa Scripsit moyses. in q̄
agitur de moribus. In hac autem vigilia agit̄
de patre spirituali. scilicet abraam. Vnde legi
tur tunc prima lectio scilicet Temtauit deus a
braam. et post eam dicitur canticum leticie qz
nobis bene cantauit. et per eius fidē ad gaudiū
properamꝰ. Vnde dictum est ei. In semine tuo
benedicentur omnes gentes. Aiunt tamen qui=
dam nullum tractum sequi debere. quia post p
missionem sibi factam nullum cecinit canticum a
braam. quia nullum socium cum quo cantaret
habebat solus dei cultor. et peregrinus in ter
ra aliena. Hec autem lectio bene congruit huic
diei. quia in effusionem spiritussancti data est
gentibus benedictio. de qua dixit dominus ad
abraham. In semine tuo benedi. ac̄. Huic eciaz
recte congruit oracio. Deus qui abrae ac̄. Se=
cunda lectio est. Scripsit moyses que datam le
gem declarat. que hodie data est. et nouam sig
nificat. que in cordibus fidelium diffusa est vn
de canticū sequitur in quo eterna leticia repro
mittitur. Sed quia veri abrahe filij bonos ha=
buerūt mores antequam septem mulieres app̄
henderent virum vnum id est antequam cristꝰ
septiformi gracia spiritussancti repletus nasce
retur. a postea in nouo testamento per baptis
mum cristo coniuncti sūt ideo postea legitur le
ctio. Apprehenderunt. vij. mulieres virum vnuz
que septem dona spiritussancti pronūciat. que
bonis moribus quemlibet virum informant. vn
de sequitur canticum. quia bonos mores gaudiū
comitatur. Quarta lectio scilicet. Audi israhel
virtutes que dona comitantur insinuat. vt sa=
pienciam. prudenciam. lumen. et pacem. vnde
canticum sequitur quia ꝓ his a nobis eterna
liter gratulabimur. Prima ādez resonet histo
riam. Secunda allegoriam. Tercia tropologiā
Quarta vero anagogez. Prima ergo lectio est
Temtauit deus abraham. Sed quid pertinet
modo dicere de immolacione ysaac magis enim
pertineret ad vigiliam paschе. Respondeo. di
citur propter ꝓmissiones. que sūt ibi videlicz
Multiplicabo semen tuū sicut stellas celi. bap=
tizati enim sūt stelle. Et iterum. In semine tuo
benedicentur omnes gentes. Hoc enim conue=
nit baptizatis. qui sūt verum semen id est veri
filij abrahe. In lectione vero. Apprehendent
septem mulieres ac̄. per septem mulieres figni
ficantur septem dona spiritussancti. que danē
in baptismo alia patent. Postea fit processio
ad fontes. sicut et in vigilia paschе et cantatur
missa sine introitu. qz ecclesia non habet adhuc

ſpiritum ſanctum· ſaltem in tanta plenitudine
in quanta expectat eum in craſtino· qui eſt pñ
cipium et finis omnis hom·In vigilijs ergo pa
ſchæ et penthecoſte·incipit miſſa a kyrieleyſon
ſine introitu· prout dictum eſt· ibi et dicitur ¶
Gloria in excelſis deo·et hoc more apoſtolo⁹
qui eciam priuſquam ſpiritumſanctum accipe=
rent·erant iugiter in templo laudantes et be=
nedicentes dominum·Kurſus quia angeli gau=
dent de renatis·ideo ſubiungitur· Gloria in ex
celſis·poſtea ſequitur epiſtola de actibus apo
ſtolorum·Cum appollo nō·in qua habet̄ q⁹ pau
lus baptizatos a iohanne· quoniam inſpiritum
ſanctum non credebant·dixerunt enim· Sed ne
q⁹ ſi ſpirituſſanctus eſt·audiuimus·Poſtmodu⁹
ſequitur vnum alleluia ſcilicet·Confitemini m
graciarum actionez pro baptizatis·quia ab om
ni peccato liberati ſunt·Dicitur ergo hodie al=
leluia·nec dicitur·Flectamus genua·quia hoc ē
ieunium exultacionis et leticie·propter reſur=
rectionem et aſcenſionem·Sequitur tractus· ſz
quare hoc cum ſpirituſſanctus omnia faciat le=
uia· Ad hoc dicēdū eſt·q⁹ hoc fit propter bap
tizatos·qui multos tractus miſeriarum paſſu=
ri ſunt ſi vixerint ¶ Poſtmodum ſequitur euā
gelium iohannis·xiij·c·de promiſſione ſpiritus
ſancti·Si diligitis me mandata mea ſeruate et
ceteꝛa·Credo in vnum deum·non eſt eciaz omit
tendum· quia cum ſymbolum hoc deriuatum ſit
a ſymbolo apoſtolorum fidem quam habebant
inſinuat·Offerenda emitte· manifeſte ad ope=
racionem ſpirituſſancti pertinet· quia per eum
renouatur facies terre ex delicto ade maledicti
per eum dominus benedicitur·per eum celum ſi=
cut pellis ertenditur·id eſt ſcriptura· vt quaſi
nichil lateat explanatur·Similiter et commu=
nio·Vltimo et ceteꝛa iohannis·vij·c·ad eandez
pertinet ſpirituſſancti operacionem· qui facit
flumina velud aque viue de ventre · credentis
exire·id eſt affluenciam ſalutaris doctrine · Et
eſt vt quibuſdam placet hec miſſa· per benedi=
camus domino concludenda· ¶ In veſperis hij
pſalmi ſecundum quarundam eccleſiarum con=
ſuetudinem concinuntur·ſcilicet·Laudate pue=
ri·Laudate dominum omnes gentes·Lauda ani
ma mea dominum·Laudate dominum quoniam
bonus eſt pſalmus·Lauda iheruſalem dominum
eo q⁹ in hijs pſalmis laudes dei magis reſonare
videntur vbi enim ſpiritus ſpirat·organuz ad
laudes inuitat·

In die ſancto penthecoſtes·A·

Penthecoſtes ſicut a paſcha apud he
breos celebre feſtum erat · quod p⁹
quinqz decades paſche celebrabatur
vnde et vocabulum ſumpſit Nam pē
thecoſtes dicitur a pentha·quod quinqz· et co
ſtes quod eſt decem· Vocatur enim pentha·qñ
quageſimus dies a paſcha· prout iam dicetur·

Inter hoc feſtum et aduentum domini cā tatur
alleluia et gloria in excelſis prout dictum eſt ī
prohemio huius partis·et ſub titulo de ſeptem
diebus poſt paſcha· Idcirco autem alleluia fre
quenter cantatur per totam ebdomadā penthē·
quia per dies penthecoſt·eccleſia p baptiſmum
deo populos congregat · et ideo ſaluti eorum
congaudens quouſqz albis vtuntur veſtibus ·
ymnum laudis de cantant· Tunc eciam ſtantes
oramus in ſignum liberacionis eorundem·qui p
dona ſpirituſſancti de morte ad vitam reſuſcita=
ti meruerunt ·Hac enim die miſſus eſt in apoſto
los in linguis igneis· ¶ Sane octaua penthe
coſt·a quibuſdam celebratur· quia ſicut in ſep
tenario ebdomadarum qui precedit intelligit̄
perfectio bonorum operum ſeptiformis ſpiri=
tus·ita in octaua intelligitur conſūmacio pre=
miorum quorum vtrumqz appropriatur ſpiri=
tuiſancto· licet tota trinitas vtrumqz operet̄
quoniam indiuiſibilia ſūt opera trinitatis· Sz
quia ſpirituſſanctus eſt amor patris et filij· et
ex ſolo amore hoc dat et dabit nobis dominus·
idcirco ſpiritui ſancto aſcribitur·Alij vero non
celebrant octauam penthē·Nam cum ſolum sep
tem ſint ſpirituſſancti dona·ſolum ſeptem die=
bus debet fieri feſtum penthecoſt· Et ideo cle=
mens papa·dicit in ſua epiſtola decretali·q⁹ ꝫ
feſtum caret octauis· Sed pari ratione nec pa=
ſcha deberet octauam habere· niſi ſolum vnam
diem propter vnitatem· ¶ Kurſus hoc feſtum
ſeptem diebus agitur·propter preſentis vite
ſeptenarium·vel propter animarum ſabbatiſſi
mum·Vel quia per ſeptem ſpirituſſancti dona·
corporibus et animabus plena gaudia confe=
runtur·Vnde et ſeptem vltimi pſalmi a laudi=
bus intitulantur· quia per ſeptiformis gracie
operacionem gaudia conferuntur eterna·De ꝫ
dicetur ſub dominica prima poſt penthecoſt ¶
¶ Vtrum penthecoſtes ſit ebdomadaria feſtiui
tas·dictum eſt ſub ti·de ſeptem diebus poſt pa
ſcha· ¶ In nocte penthē·leguntur tres lectiones
et dicuntur tres pſalmi cū tribus antiphonis
ſicut fit in nocte paſche·ad notandum vnum eſ=
ſe opus tocius ſancte trinitatis in potencia mi
raculorum Quidam tamen nouem legūt lectio
nes·ſicut fit in alijs dominicis·ſed tamen cano=
nicum eſt· tres dumtaxat legere· propter ſa=
cramentum baptiſmi in trium perſonarum no=
mine celebrati·Vel ob triduanam domini ſepul
turam cui ſumus in baptiſmo conſepulti ¶
¶ Kurſus ideo tres pſalmi cum tribus antipho
nis dicuntur·quia ſpirituſſanct⁹ tria circa apo
ſtolos operatus eſt·Naz veteres innouauit·in
nouatos·confirmauit· et confirmatos ad alios
conuertendos miſit· Ad primuz pertinet quod
dicitur in prima antiphona·Fact⁹ eſt repente
de celo ſonus·Ad ſecundum·quod dicitur in ſe=
cunda·Confirma hoc deus· Ad tercium · quod
dicitur in tercia·Emitte ſpiritum tuum·Horuz
enim miſterio docti ſunt alij · et ſpirituſſancto

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

interi9 recreati· Et quia in ipſis apoſtolis duo operatur ſpirituſſanctus ſcilicet remiſſionem peccatorum· et operacionem miraculorum ac̃· idcirco ille antiphone terminantur per duplex alleluia· verum ſi diligenter attendere volum9 et conferre pſalmos et antiphonas· que dicuntur in paſcha cum hijs que dicuntur in pentẽ coſten· alia racio inuenitur· Nam ibi infra ebdomadam fit variacio pſalmorum· antiphonarum et tonorum· Hic autem nec in ipſa die nec in aljs fit variacio· et omnes ille antiphone ſũt vnius toni ſcilicet octaui· et eiuſdem differencie· ¶ Racio autem eſt· quia quaſi duplex baptiſma legimus apoſtolorum· Primum· in quo percepetunt remiſſionem peccatorum· Nam eos baptizatos eſſe criſti baptiſmo ambigendum non eſt vt dictum eſt ſub titulo de vigilia paſche· Et ſecundum quod receperunt ad robur virtutum et ad operacionem miraculorum et ad repulſionem illecebrarum omnium ſecularium· Primo baptizatus fuerat petrus cum ad vocem ancille criſtum negauit· Secundo baptizat9 fuit in die pentẽ· cum coram regibus et principibus non timuit predicare verbum dei· ¶ In primo ergo multa inſtabilitas et varietas fuit circa diſcipulos· In ſecundo vnifor̃itas et ſtabilitas In hunc eciam modum· in eccleſia dei duo ſunt genera bonorum· ſcilicet actiuorum et contemplatiuorum· Actiua vita conſiſtit in bonis operibus id eſt in ammiſtracione exteriorum· in qua conſtituti· ab amore temporalium non omnino ſeperantur· licet amorem dei· amori temporalium preferant· Contemplatiua conſiſtit in dilectione dei et contẽplatione· Hee due vite per mariam et marthaṁ ſignificate ſunt· marie pars dicta eſt optima· iuxta illud· Maria· optimam partem elegit et cetera· Non tamen repẽhenditur pars marthe· quia et ipſa actiua vita bona eſt· que hic inchoatur· et terminatur· Cõtemplatiua vero optima eſt· que inchoatur hic et in futuro conſũmatur· In illa tamen eſt multa varietas· in iſta vnifor̃itas· Prout in hac vita eſſe poteſt· Antiphone ergo cum pſalmis que cantantur in paſcha pertinent ad vitã actiuam· et idcirco in eis eſt varietas· Antiphone vero et pſalmi que cantantur in pentẽ· pertinent ad contemplatiuam vitam· et ideo in eis ẽ vnifor̃itas· In prima enim antiphona· que i paſcha cãtatur· dicitur· Et conſilium meũ nõ eſt cum impijs· hic dicitur· Factus eſt repente de celo ſonus et cetera· Spirit9 ſeu ventus veniens ſolet pulueremⁿ a facie terre deicere· Magna enim differencia eſt inter donum ſpirituſſancti· quo ſeparantur fideles ab impijs et donum· quo omnis puluis terrenarum cogitacionum a pectore humano tollitur· illud ad actiuã vitam pertinet hoc ad contemplatiuam· In ſecunda ibi dicitur· Poſtulaui patrem meum ac̃· hic vero dicitur· Confirma hoc deus ac̃· Ad omnes quidem fideles pertinet eſſe de hereditate domini· ſed ad paucos pertinet eſſe a terrenis cogitacionibus ſeperatos et in hoc confirmatos· ne ad terrena redeant· ſed per conuerſacionem eſſe in ihe̅ruſalem celeſti et ibi alleluia cãtare nõ ceſſent· quod hic petitur· In tercia ibi dicitur· Ego dormiui et ſomnum cepi et cetera hic dicitur· Emitte ſpiritum tuum et creabũtur ac̃· Omnes fideles et bona a vicijs reſurgunt vel reſurrexerunt· ſicut criſt9 a mortuis reſurrexit quod ibi dicitur hic vero paucis renouatur facies terre id ẽ racio anime· quod fit ab omni pulucre terrenorum deſideriorum immundis Ibi ergo· hoc eſt in vita actiua· que ibi oſtenditur eſt inchoacio· hic autem hoc eſt in contemplatiua que hic oſtenditur eſt perfeccio et conſũmacio ibi varietas· hic vnifor̃itas· et propterea ibi variant̃ antiphone et p̃s· hic non propter hãc conſũmacionem et vnifor̃itatem notandam· Antiphone ſunt· viij· toni et eiuſdem differencie· quia octo ſunt beatitudines quarum octaua redit ad caput· Nam prima dicitur· Beati pauperes ſpiritu· quoniam ipſor̃ũ et cetera· In octaua· Beati· qui perſecucionem paciuntur propter iuſticiam· q· i· e· r· ce· propter hanc eand̃ conſũmacionem notandam· in quibuſdam eccleſijs celebratur octaua pentecoſt per hos quoq; ſeptem dies· tres quotidie leguntur lectiones vt ſeptem fratres· tres procurent sorores id eſt ſeptem dona ſpirituſſancti· per illos ſignificata· tres virtutes ſcilicet· fidem ſpem· et caritatem prout gregorius proſequitur in moralibus horum enim dierum officia ſeptem donis ſpirituſſancti adaptantur· Heſternum igit̃ et hodiernum pertinet ad ſapienciam et intellectum· vt ex operibus patet· ¶ Per totam eciam ſeptimanam ſunt ſolemnitates ſeruande· dicitur enim gloria in excelſis alleluia· credo· ite miſſa eſt· et te deum laudamus· prout in ſequẽti titulo dicetur· Dicitur eciam ad horas capitulum· Dum complerentur actuum· ij· Et illud Spiritus domini· Sapiencie primo capitulo· ¶ Et illud· Caritas dei· romañ· v· capitulo· ¶ Sequitur videre de officio miſſe· et quidem in die pentecoſt· celebratur feſtum de aduentu ſpirituſſancti· Viſibiliter enim deſcendit tunc in diſcipulos· et fuit hoc miraculum et argumentũ quod non potuerunt calumniari iudei· Reſurrectionem enim et aſcenſionem calumniabantur ſed hoc non potuerunt facere de aduentu ſpirituſſancti· quia ex omni nacione que ſub celo eſt conuenerant ad diem feſtum· et tunc deſcendit ſpirituſſanctus viſibiliter in diſcipulos· ſicut criſtus promiſerat· et loquebantur omnibus linguis coram omnibus· Et ideo incipit introitus· ſapiencie· p̃mo capitulo· Spiritus domini repleuit orbem terrarum id eſt eccleſiã· que dicitur orbis terrarum· Sicut enim extra orbẽ terrarum nichil viuit· ad litteram· ſic extra eccleſiam nil viuit ſpiritualiter· ¶ Sequitur· Et hoc quod continet· omnia id eſt ſpirituſſanc9

cuius bonitate omnia subsistunt· Habet sciencia vocis id est linguarum· Et ita potuit dare et dedit apostolis· ¶ Vnde confusi sunt inimici cristi· Et ideo sequitur versus· Exurgat deus et dissipentur inimici eius· Per spiritum enim sanctum omnes demones compelluntur et eiciũtur· ¶ Rursus impleuit orbem terrarum· dum apostolos mebriauit· quorum sonus in omnem terram exiuit· de quo sonu dicitur in epistola· ¶ Factus est repente de celo sonus· Et quoniam orbis terre per quatuor climata seperatur ideo quater in introitu alleluia concinunt· Duplex vero alleluia quod post epistolam· significat duplicandam leticiam· Vel spiritumsanctuz bis apostolis fuisse datum· scilicet de terra et de celo· Vel eos spiritu et mẽte psallentes· Vel duorum populorum conuersionem Et hoc quod cõtinet omnia scienciam habet vocis id est nouit· qua mente quisqz loquebatur· vel habet sciencia omnium· per que et de quibus potest vox humana variari· Vel scienciam vocis id est vocem scientie habet id est facit nos habere· vt q̃ ipso inspirante apostoli proferrent cum intelligencia pronunciarent· Et nota· q̃ spiritussanctus paraclitus dicitur· quod verbum grece· latine sonat aduocatus· quod nomen a filio et spitusancto ascribitur Vnde dominus in euãgelio· Rogabo patrem meum et alium paraclitum dabit vobis· Et iohannes in euangelio· ¶ Aduocatum habemus apud patrem ihesũ cristum iustum· Dicitur eciam paraclitus consolator· Nam paraclitus dicitur latine consolacio ¶ Postmodum sequitur alleluia de actibus apostolorum· ij· capitulo· Dum complerentur dies pentecostes· dies scilicet· l· s· a· resurrectione Sicut enim quinquagesima die a pascha fiebat pentecostes iudeorum ita et nostrum fit· Et sicut populus israhel quinquagesimo die ab immolacione agni paschalis· siue a pascha· quod celebrauerunt in ramatha venerunt ad montẽ dei oreb· vel coreb· vel synai· quod idem est· et tunc legem acceperunt ita et die quinquagesimo a resurrectione domini datus est spiritussanctus discipulis in superiori cenaculo· illius aduentum exspectantibz· Precipitur enim leuitici· xxiij· vt in die pentecost· offerantur noui panes· scilicet proposicionis de nouis frugibz per quod figmficatur· q̃ debemus deo gracias agere· ex eo q̃ eadem die dedit nouam legem p spiritumsanctum· in qua die data est lex vetus scilicet quinquagesima die a pascha· de quo dicetur in prohemio septime partis· de dono cuius debemus laudare deum quod est offerre panem nouum· quia eciam lex vetus spiritualiter intellecta noua est· Et attende quoniam agnus immaculatus est· xiiij· die aprilis· Lex vero data est· iiij· die mensis tercij· Dicitur tamen esse data tercia die· Nam enim vt inquit scriptura· aduenerat tercia dies· et mane inclinauerat· et ceperunt audiri· tonitrua· Die namqz tercio descendit dominus noster super montem ad dandam legem· et moyses ascendit ad deũ et descendens· narrauit omnia plebi maneqz rursus ascendens duas tabulas scriptas accepit Et caue vt in secundo mense triginta dumtarat computes dies secundum lunam· ergo· xvj· in mense p̃mo xxx· in secundo et quatuor in tercio faciunt q̃ quaginta· ¶ Rursus in quinquagesimo anno erat ubileus annꝰ· qui interpretatur remissionis annus· quia septenis annorum ebdomatibz id est· xl· et nouem annis teritur· in quo clangebant tube et omnia debita remittebantur· serui manu mittebantur et libertas concessa confirmabatur· Antique possessiones alienate omnibus restituebantur vt dictum est sub domini ca quinquagesime· Similiter in diebus penthecost· hinc numerum post domini resurrectionẽ obseruamus suscipientes adventem in nos spiritussancti graciam· per quem efficimur filij dei et virtutũ possessio nobis restituitur· et remissa culpa et tocius debiti cirographo euacuato· ab omni seruitutis nexu liberi efficimur· Propterea iste numerus quinquagesimus resultat ex septenario numero ducto in seipso superaddita vnitate· Septem enim sunt ebdomade a pascha vsqz ad pentecost· et ita competẽter q̃ quagesima die a pascha est pentecost· in quo datur spiritussanctus cuius dona sunt septem· que dantur ab vno· Judei enim septenarium numerum non sine figura in omnibus obseruant· ut dictum est sub quinquagesima· Ascensio ante facta fuit quadragesima die qui est numerꝰ penitencie· et hoc competens fuit quia per penitenciam homo fit similis deo et hoc est ascendere· Sed videtur q̃ sicut iudei ab immolacione agni typici· xl· dies computãdo ibi faciebãt suum pentecost· ita et nos quinquaginta dies ab immolacione agni deberemus computare· a sic deberemus nostrũ pentecost· facere in die veneris· antequam modo facimus quod docet computacio· Ad hoc dicimus q̃ non faciebant computacionem ab immolacione agni· sed a sequenti dominica· Vnde legitur leuitici· xxiij· ¶ Numerabitis ab altera die sabbati id est a dominica que est altera dies post sabbatum· numerabitis dico septem ebdomadas vsqz ad alteram diem septime ebdomade· hoc dixit spiritussanctus per moysen· innuens per hoc pentecost· cristianorum quod semper est in die dominica· Scicit ergo lucas de hac die· Dum complerentẽ dies pentecost· erant omnes discipuli pariter in eodem loco id est in consona et concordi vnitate· et factus est repente de celo sonus· quia existentibus in penitencia que est annus iubileus· et complecio pentecost· et existentibus in vnitate datur spiritussanctus· sed repete quia nescit tarda rerũ habere molimina spiritussancti gracia· In igne autez descendit· quia sicut ignis illuminat et inflammat· ita spiritussanctus illuminat ad cognicionem dei et inflammat ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

amorem dei. Apparuit ergo in linguis igneis. vt facundi essent in omni genere linguarum. Et quia ipsa est lingua que de occulto fine hominis verbum protulit in vterum virginis. et profert verbum in corde hominis. matthei. x. Vos non estis qui loquimini. sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis ipse enim quos replet eloquentes facit. Sequitur. Quasi aduenientis spiritus vehementis. hoc autem dicit q̄ nichil potuit resistere spiritui sancto. nec apostolis. Vnde dominus in euāgelio matthei. Ego dabo vobis os et sapienciam cui non poterunt resistere et contradicere omnes aduersarij vestri. Et de beato stephano scriptum est in actibus. q̄ non poterat resistere sapiencie et spiritui qui loquebatur. Quia vero in epistola dicitur. Et factus est repente de celo sonus. tanquā aduenientis spiritus vehementis et cetera. ideo ad hoc representandum in nonnullis ecclesijs elanguntur tube. dū sequencia dicitur. Venit enim spiritussanctus in spiritu vehementi. quia sicut ventus vehemens proicit puluerem a facie terre. sic spiritussanctus eicit a corde hominis omnem terrenitatem. Tubis quidem vtebantur antiqui. vt legitur in numeris. ad multitudinem congregandam. ad dimicandum. et ad ogratulandū in diebus festiuis cum diuersitate tamen sonorum quarum vsus fuit tāte virtutis in iubilo vt ad crepitum siue sonum earum corruerent muri ihericho. Hec siquidē sunt duo testamenta vel predicatores. quibus ad proximum fidei populus euocatur. ad penitenciā et lacrimabilem compunctionem excitatur. ad laudes domino exhibendas inuitatur. et ad montem syon et ad ciuitatem sanctam iherusalem. et multorum milium angelorum frequenciam et ad futurum dei iudicium prouocatur. Et vide quia in aduersis et prosperis tubis elangitur. quia omne tempus conuenit verbo dei. Vnde. Benedicam dominum in omni tempore. Semper laus eius in ore meo. De organis dictum est in quarta parte sub titulo de sāctis. Tunc etiam exalto ignis proicitur quia spiritussanctus descendit in discipulos. in igneis linguis. et etiam flores varij. ad denotandum gaudium. et diuersitatem linguarum et virtutū. Columbe etiam per ecclesiam dimittuntur. in q̄ ipsa spiritussancti missio designatur. Post epistolam dicitur graduale in quibusdam ecclesijs quia festum paschale terminatum est. Tamen in quibusdam alijs dicitur duplex alleluia. quia spiritussanctus datus est gemine prole. Euāgelium. Si quis diligit me. iohannis. xiiij. capitulo manifeste est de spiritusancto. Post communio est. Factus est actuum. ij. capitulo. Quare hoc festum celebratur a iudeis. et quare a cristianis dicetur in prohemio septime partis.

De secunda feria.

Sequitur secunda feria. in qua ostenditur. q̄ non tantūmodo data est lex iudeis. sed eciam gentibus. Vnde in troito est. Cibauit eos ex adipe frumenti id est de intelligencia spirituali et de petra melle. id est melliflua doctrina cristi que est petra saturauit eos. et hoc habetur in epistola. Aperiens petrus actuum. x. capitulo in qua habetur. q̄ adhuc loquente petro. descēdit spiritussanctus. Vel frumentum cristus est cuius adeps est spiritussanctus. quo fideles faciantē. cum spiritusancto replentur. qui eciam saciantur melle de petra id est doctrina de cristo procedente. in quo sunt omnes thezauri sapiencie et sciencie dei. Hic autem propter promissiones que ibi continentur concinitur quater alleluia. sicut et in feria tercia et sabbato exponetur. De hoc dictum est in tercia dominica post pascha. Alleluia est. Spiritus domini. sapiencie primo capitulo. Aliud alleluia est. Loquebantur. actuum. ij. capitulo. Euangelium vero. iohannis. iij. capitulo. non videtur conuenire spirituisancto. sed concordat epistole. ibi enim ostenditur q̄ non tantum iudeis. sed eciam gentibus data est lex dicens. Sic deus dilexit mundum. supple non tantum iudeos. vt filium suum vnigenitum daret. et postea sequitur. vt omis qui credat in illum non pereat. Et nota terribile verbum. q̄ qui non credit in eum iam iudicatus est. Preterea per hoc q̄ de dilectione mencio fit spiritussanctus qui amor est. et satis exprimitur. Post communio est. Spiritussanctus iohannis. xiiij. capitulo. Et est sciendum q̄ per totam hanc septimanam in missa sunt solemnitates seruande. vt gloria in excelsis. credo. ite missa est. et te deum laudamus. et alleluia vt baptizatorum saluti congaudeamus. et vt future leticie plenitudinem figuremus. Postremo notandum. q̄ dominus nō predicauit gētibus per se. sed per apostolos. Vnde. Ite baptizate eos in nomine patris. et filij. et spiritussancti. sicut ysaac iunioti filio suo nichil precepit. de offerendo sibi cibo. vt benedictionem acciperet. sed per operacionem rebecce primatū benedictionis accepit. q̄ quia hec facta sunt dei occulto iudicio. ideo officium huius secunde ferie pertinet ad concilium. quod est donum spiritussancti.

De tercia feria.

Sequitur tercia feria. et quia spiritus sanctus non datur nisi per ministros iō in tercia feria dicit̄ in troito. in persona prelatorum. Accipite iocunditatem glorie nostre. in quo quia per geminam dilectionem ad fidem pertingimus trinitatis. ideo quinquies concinimus alleluia. et est sensus. Accipite iocunditatem glorie id ē spiritū sanctum qui vos glorificabit et clarificabit vt quisq̄ de se dicere possit. quod dicit̄ in cōione

Spiritus qui a patre procedit· ille me clarificabit· Sequitur epistola· Cum audissent apostoli·actuum·viij·capitulo vbi sequitur· Tūc imponebant manus super illos· et accipiebant spiritumsanctum·quia in impositione manus accipiebant spiritumsanctum· ¶ Euangelium·iohannis·x·capitulo concordat epistole vbi dicitur· Qui non intrat per ostium et cetera· Nō enim intrat in ecclesiam qui non intrat per eos qui sunt hostium·scilicet per cristum et apostolos· Nam heretici non dant spiritumsanctum· nisi in quantum conueniūt cū ecclesia· Et quoniaz apostoli et eorum successores patriarchas in spiritu fortitudinis sunt aggressi·et aggrediuntur· ideo officium hodiernum pertinet ad fortitudinē· que ē spiritussancti donum· ¶ Rursus spiritussanctus ostiarius est qui per ostium introducit ad patrem·quod eciaz in offertorio canitur· Portas celi id est apostolorum scripturas aperiet· Postcommunio est· Spiritus q̄ a patre·iohannis·xi·capitulo·

De quarta feria·

Sequitur quarta feria in qua fiunt ieiunia quatuor temporum· Apostoli namqz nobis exemplum ieiunādi hoc tempore reliquerunt qui post susceptum spiritum·s·sicut mentes auerterant a ceteris mundi illecebris· sic et ab epularum appetitu· Licet enim quamdiu cum illis fuit cristus non ieiunarēt·post ablacionem tamen eis spontaneis se subdidere ieiunijs· Sponso enim ablato eis ieiunandum erat sicut dominus predixerat·qñ sponsus auferet̄ ab eis tunc ieiunabunt· Vnde· Repleti spiritusancto sponte ieiunare ceperunt·quo circa in precedenti secunda feria quidam estiualem inchoant quadragesimam· Alij vero sanius hodiernum ieiunium autumant esse huius temporis quadragesime inicium cui quidam terminum statuunt in festiuitate sancti iohānis·siue sex habeat ebdomadas siue non· Verej festiuitatem sancti iohannis includunt·et eo vsqz ieiunantes sine termino prefixo precedunt· donec senarium compleant numerum· Hanc quadragesimaz probat hiero·nō esse necessitatis·sed voluntatis dicēs· Nos vnā facimus quadragesimam·illi tres· quasi tres passi fuerint saluatores·non q̄ per totum annum ieiunare non liceat· excepto pentecost· sed quia aliud est necessitate· aliud voluntate munus offerre· Sed hoc dixit hiero·contra mō tanum hereticum· qui apud suos tribus quadragesimis statuit ieiunandum· Et dicitur hoc ieiunium estatis·quod est ieiunium exultacionis in quo genua non flectimus· ymo cantica leticie dicim9·vt dictum est sub quarta feria tercie ebdomade aduentus· ¶ Hoc autem ieiunium statutum est ab ecclesia in tali tempori· quia q̄ in se sentit graciam sanctispiritus·leuiter et cū gaudio ieiunat· et eciam quia super ieiunantes descendit spiritussanctus visibiliter· Et ideo incipit introitus· ¶ Deus cum egredieris in conspectu populi tui et cetera· Egredietur autem dominus·quando aliquo signo visibili venit ad auxilium hominum· Egressus vero est· cum dedit nobis filium suum· qui venit pandens iter ante nos·vt dicit michē· Egressus est eciam per sancti spiritus missionem·quando visibiliter descendit super apostolos· Et quia per hec dissipati sunt inimici·ideo sequitur versiculus· Exurgat deus et dissipentur inimici eius·a cetera ¶ Sequitur in quibusdam lectio de principio sapiencie scilicet· Diligite iusticiam qui iudicatis terram·vbi ostenditur qualiter poterit haberi spiritussanctus·ibi· Spiritussanctus discipline effugiet fictum et in fine dicitur Spiritꝰ domini repleuit orbem terrarum et cetera· ¶ Postmodum sequitur epistola· Petrꝰ et cetera·actuum·ij·capitulo·in qua ostendit· q̄ super ieiunantes descendit spiritussanctus a ibi sequitur· Non enim isti sunt ebrij sicut vos dicitis·cum sit hora tercia diei· Sed hoc est quod dixit dominus per propheta ioel· Effundaz de spiritu meo super omnem carnem·et prophetabunt filij vestri· et filie vestre et cetera· ¶ In alijs vero ecclesijs· dicitur primo lectio· Petrus petrus·et postmoduz epistola· Per manus autem actuum·v·capitulo· Due itaqz lectiones leguntur·quia duo populi ad fidem conuertuntur·vel quia ordinandi in vtriusqz testamēto·pagina imbuuntur· Sequitur alleluia·quia est ieiunium exultacionis vt dictum est· Et dicunt quidam· Pater cum essem·iohannis· xviij capitulo· Sequitur euangelium·iohannis·vj· capitulo· Nemo venit ad me·nisi pater qui misit me traxerit eum scilicet per spiritumsanctuz et post sequitur· Patres vestri manducauerūt manna·et mortui sunt·qui manducat ex hoc pane viuet meternum quia egressum est coram cristiams manna spirituale·sicut ante coraz iudeis temporale·sed manducātes corporale· mortui sunt·qui vero manducauerit spirituale·nō morietur morte·scilicet incredulitatis seu ieterna li· Vnde patet·q̄ elegancius egressus est dominus coram nouo populo·quam coram veteri Communio est· Pacem aī·et est iob·xiij· capitulo·Et attende q̄ officium huius quarte ferie predicat scienciam·que est donum spiritussancti·quiqz a deo sanctos illuminat q̄ de quinqz libris moysi paucisqz prophetarum scripturis librorum copia creuit·quod mistice innuit nob euangelium de quinqz panibus et duobus piscibus quod hodie in quibusdā ecclesijs legit·

De quinta feria·

Sequitur quinta feria· que secundum aliquas ecclesias non habet introitū proprium· Sed quia dominus descēdit in die dominica· per missionē spiritussancti· et quinta feria ascendit in celum·

ideo diei dominice et quinte ferie· cōmunis est introitus· A dominica ergo mutuat· nec habet proprium· vt a sabbato in sabbatum· septem dumtaxat sint officia septem donis spiritussancti deputata· Quidam tamen et huic officio mutuato nō incōgrue dnō ascribūt huius ascripciones non a sabbato sed a dominica facere incipientes· In dominica etenim ponunt spiritum sapiencie· In secunda feria intellectus· In tercia consilij In quarta fortitudinis· Et in hac quinta spiritum sciencie· qui dat scrutari profunda· sicut cantatur in alleluia· Spiritꝰ omia et cetera· In quibusdam vero ecclesijs cantaē introitus· qui in sequēti dicitur feria· s· Repleatur os meum laude tua· Alique vero ecclesie habent proprium officium· s· Deus patrum nostrorum· da nobis spiritum gracie et cetera· in quo ecclesia orat filijs dari spiritumsanctuz ad remissionem peccatorum· et ad facienda miracula· Et quia per spiritumsanctum fiunt miracula· ideo habetur in epistola· Philippus et cetera· que est actuum octauo capitulo· q̄ philippus multos claudos sanauit et spiritus immundos eiecit· et factuu est gaudiuu magnum in illa ciuitate· scilicet samarie· Et quia per spiritū sanctum omnia ista fiunt· ideo sequitur euangelium luce· ix· capitulo· Conuocatis ihesus· xij· discipulis suis dedit eis potestatem super omnia demonia· et post· Non ferretis virgam· neq; peram qui fieri non possunt· nisi spiritussancti abundancia habeatur·

De sexta feria·

Sexta feria est introitus· Repleatur os meum laude· vt possim cantare alleluia· quia qui gaudet ore et corde potest ieunare ieunio exultacionis Et quia est dies veneris in qua passus est dominus· et dies spiritussancti· ideo dicit petrus in epistola· Aperiens· actuum· x· capitulo q̄ in quibusdam ecclesijs legitur q̄ christꝰ suscitatus est a spiritusancto· Unde ibi habetur· Suscitauit ihesum solutis doloribus inferni· sicut scriptum est· Non dabis sanctum tuū videre corrupcionē in quo figmificata est illa spiritussancti operacio· qua synagoga nunc mortua pietate resurgz postquam plenitudo gencium eadez introierit pietate predicat ergo hoc officium pietatem· Posset eciam pertinere ad spiritum timoris· pro eo q̄ dicitur in euangelio· Et repleti sunt timore et extasi et cetera· In quibusdam ecclesijs legitur· lectio· Exultate filij syon· que est ioelis ij· capitulo· et quia per spiritumsanctum fiunt miracula· Sequitur euangelium· Factum est luce· v· capitulo· de palitico sanato· a quia ꝓpter hoc debet laudari dominꝰ· Sequitur offertorium· Lauda anima mea dominū· Cōmunio· Spiritus vbi vult spirat· iohis· iij·

De sabbato·

In sabbato est introitꝰ· Caritas dei diffusa est in cordibus nostris· ad ro· v· c· a competit spiritui sancto· qui est caritas et eciā diei sabbati quia in sabbato future quietis maxime diffundetur· vt qui igniculus est in syon· caminus sit in ihrusalem· Et sequitur versus· Dñe deus salutis mee· in die cla· et nocte coram te· Ille enim in quo diffusa est spiritussancti gracia laudat deum in prosperis a in aduersis· Sequitur epistola· Iustificati ex· ad ro· v· c· in q̄ habetur de huius diffusione· Quia enim caritas dei diffusa est· non permittit eam paulus intra fines terre promissionis tantum coartari· imo ostendit· q̄ non tantum iudeis· verum eciaz gētibus datus est spiritussanctus· dicens ipsis iudeis· Vobis oportebat primum predicari· sz quia repulistis verbum dei a vos indignos fecistis vite eterne· Ecce conuertimur ad gentes In alijs vero ecclesijs dicitur epistola· Conuenit vniuersa ciuitas aē· actuum· xiij· Quia ergo gentibus datus est spiritussanctus· ideo sequitꝰ alleluia· Laudate dominum omnes gentes· In hoc enim ieunio non tacentur cantica leticie ꝓpter reuerenciam festi· nec secundum miceñ· cōcil· genua flectimus· sed stantes oramus ꝓpter neophitos gaudentes· q̄ a peccatis surrexerūt In alijs ecclesijs dicitur· Repleti· sunt omnes· actuum· ij· c· et· Spiritus domini ornauit celos iob· xxvj· c· Postea sequitur euangelium· Surgens ihesus· luce quarto· c· de socru petri salvata· que figmificat synagogam· que sanata est a petro ab infidelitate· et ꝓfectius per fidem ipsius sanabitur in futuro· et sic conuenit cum epistola· Fiunt autem hac die ordines quia super ordinandos descendit spiritussanctus· a eciā super ieiunantes· et ideo dicunt quatuor lectiones ante lectionem damelis· prout dictū est sub q̄rta feria tercie ebdomade aduentꝰ· Primo est de principio libri sapiencie· in qua ostenditur quibus datur spiritussanctꝰ· et quibus non· scilicz illis qui sencīūt de domino in bonitate et in simplicitate cordis querūt illum· In alijs vero ecclesijs· pma est de ioelis· ij· c· Effundam de spiritu meo super omnem carnem· quia sicut spiritussanctus super apostolos descendit visibiliter ita sup ordinādos dñdit iuisibiliter· Secūda est· Locutus est· que est leuitici· xxiij· c· Tercia est· Dixit moyses que est in deut· xxvj· c· Quarta est· Dixit dominꝰ ad moysen· que est leuitici· xxvj· c· Offertorium est· Intonuit dominꝰ· Postcommunio vero· Non vos relinquam aē· a de effusione spiritussancti loquitur· Potest eciam dici· q̄ hoc officiū figurat duoꝝ cordiam populorum iudei· videlicet a gentilis· Dij fūt duo ceci· de quibz dr in euāgelio· q̄ fūt illūiati a xp̄o· De q̄ cordia loquitur paulꝰ in epistola ad iudeos et gentiles dicens· iustificati ex fide pacem habeamus ad deū· p dñm nostrum ihesū cristum· Sed quia pax aut cordia vera· non fit nisi per caritatem· ideo precipitur in introitu· Caritas dei

diffusa est· in quo ter ponitur alleluia· quoniã ad fidez trinitatis peruenitur per obse quia caritatis· Lectiones eciam ad ieiunium ptinentes attestantẽ operacionem ⁊ graciam spiritussancti vt prima· Effundam de spiritu meo· Et secunda· Locut9 est vbi dicitur· Numerabitis septez ebdomadas vsqz ad alteram diem expleciõis ebdomade septime presentem intelligit festiui tatem· que olim dicebaẽ festiuitas ebdomadarũ Et quia postquam gẽtes intrauerũt reliquie saluabuntẽ· ideo nũc flentibus· et sponsum expectantibus dicit dñs in poste cõmunione· ſſon vos relinquam orphanos· Huia igitur hec concordia fiet imminente die iudicij· qui eciam electis erit causa timoris· ideo hoc officiuz pertinet ad timorem· vel quia timor introducit caritatem licet caritas foras mittat timorẽ· Et attende· quia secundum augẽ· in ordine officiorũ isto rum descendendo computam9 In ordine vero paschalium ascendendo· quia per hoc descensus spiritussancti ad nos· per illa noster ad ipsũ figmificatur ascensus· Et caue quia preter premissa officia ad ieiunũ pertinẽcia que in q̃rta et in sexta feria· et in ſſ sabbato exposuimus· alie· quidem lectiones et euangelia in eisdez diebus inueniuntur q̃ forte solemnitati magis appropinquare videntur· sed tamen hec ⁊ illa gẽciam spiritussancti· personant· et operacionem Vnde quidam hodie non incongrue duas missas celebrant· Vnam in tercia de festo cum gloria in excelsis· ⁊ credo· Aliaz in nona ꝺ ieiunio sine gloria in excelsis· in qua fũt clerici ordinãdi q̃ merito in hac ebdomada ordinantur· vt spiritussancti dona percipere mereanẽ · Et memento q̃ in hac die terminaẽ quinquagesima ⁊ ideo hodie freq̃ntaẽ ⁊ cantatur ꝑ gꝺuali· Alleluia· Nec flectunt genua· ptinet em̃ ad octauã· Generale quidem e· q̃ quociẽs ꝺ tpe in die gracie materia laudis assumiẽ aut dies ad octauam refertur· genua nõ flectim9 ſſ in oraciõibz statesz collatã nob grãz· ⁊ oferẽdaz gliaz ꝓfitem̃· vt cũ olim essem9 fui curui· nũc fracto iugo mceda m9 erecti vt in dñicis diebz· in sanctorũ nataliciis ⁊ paschalibz inclinare tñ capita possum9 · vt mulieres deuotas ad monumtũ venientes imitemur ⁊c·

De octaua penthecostes·

In plerisq̃ locis in octaua penthẽ· fit festum sancte trinitatis· Postquaz em̃ celebrata est festiuitas p̃ris in natiuitate· q̃ natiuitas ꝺ festiuitas p̃ris· ⁊ postq̃ celebratũ e festũ filij in pascha· ⁊ festũ spiritussancti in missione ipsi9 merito in octauo penthẽ· fit festũ eorũ fit festũ· ſ· trinitatis vt ondaẽ q̃ tres psone fũt vn9 de9· Et ſſ e ꝓma causa q̃re celebraẽ festũ trium psonarũ diuinarũ fit· Secũda causa e q̃ ad inuocacionẽ sancte trinitatis daẽ in baptismo spiritussancti· vt ꝓmissuz e· Tercia causa e· vt ostẽdat ecclesia filijs suis illum· a quo fũt oia bona cuius hẽ ymaginẽ · ⁊ cui9 debet habẽ fiũtudinẽ videlicet dei ⁊ sancte trinitatis· quã semp laudare debem9 Et q̃ tota intẽcio e laudare ipsũ· ideo in quibusdã ecclesijs in singulis ãtiphonis laudũ· ꝓponẽ versicul9 q̃ laborẽ significat ad ostẽdend q̃ toto labore totoq̃ vi sibi debem9 nos vertẽ ad laudãdũ deũ ⁊ sanctã trinitatẽ· et eodez mõ fit in quibusdaz ecclesijs in festo bte marie in antiphõis laudũ· ꝓ eo q̃ ipa se totã dedit in laudẽ dei· vñ tũc in euãgelio ꝺ Maria aũ obseruabat oia verba ꝫ oferẽs in corde suo· ⁊ q̃ ipa priuilegiata fuit in ẽgnitate· ipa em̃ est ẽgo ẽgnũ· In antiphõis q̃z de bto laurẽcio· et de beato paulo· ⁊ de beato stephano p̃ponũtur quidaz versus antiphonis ad maiorem laborem notandũ· quem in suis martirijs sustinuerũt Beat9 enim laurẽcius grauj9 ceteris passus e Vnde beatus sixtus dixit ei· Maiora tibi debentur pro cristi fide certamina · Beatus vero paulus plus ceteris laborauit· ꝑdicãdo· Et beat9 stephan9 pro cristi fide p̃m9 martir extitit· Sed in hoc est differencia· q̃ in nocturnalibus antiphonis tantum de beato laurẽcio p̃mittuntur quia passio sua· de nocte ꝯsumata e· vnde dixit Nea nox obscurum non habet· Et iterum · ſſon est inuenta in me iniquitas· et ita apparet q̃ totus fuit sacrificiuz laudis· vnde semper dicebat Gracias tibi agẽ domine · Mane vero corpus eius conditum fuit· ⁊ ideo tantum nocturnalibus ⁊ non laudũ antiphonis· versiculi p̃ponuntur Rursus q̃ versus laborem· ⁊ bonũ opis fructum significãt· put tactuz e in ꝓmio q̃nte partis· merito in dictorũ sanctorum nataliciis specialiter p̃mittuntur antiphonis· ad notãdũ q̃ ipsi excellencius labores · ⁊ bonorũ operum fructus· suis nataliciis et martirijs p̃miserunt· Item in quibusdã ecclesijs antiphona de martirio bti petri p̃postẽ p̃ponunt̃ versiculis· ideo q̃ ipe pecñt· vt in cruce caput suũ ad terram verte reẽ· Hij autem versus tropi vocanẽ · q̃si laudes ad ãtiphonas ꝺuertibiles· Tropos em̃ grece· ꝺuersio ꝺ latine· Quia ergo semp sanctam trinitatez laudare debem9· ideo ad missaz ꝺ introitus· Benedicta sit sancta trinitas· quẽ alicuin9 sũpsit de tob a· rij· Postmodum sequitur epistola de apoc· Vidi ostium apertum in celo et in circuitu sedis id est ecclesie q̃ est edes dñi mare vitreuz id est baptismũ in quo submergũtur omnes egipcij id e oia peccata· et nota quia dicit mare vitreum ꝓpt corporis fragilitatem et perspicuitatẽ quã recipit in baptismo· et e incircuitu q̃ ad eccias venire ñ possum9 nisi p baptismũ Sequit· Simile cristallo· q̃ qui prius erant aque fluxibiles fiunt p graciam in baptismo acceptam firmi sicut cristallus que fit ex aqua congelata· ⁊ diuturno gelu in naturam lapidis consolidata· Et ſſ est vna causa q̃re in hac die legitur ſſ epistola q̃ in ea dicitur de baptismo· in quo p invocacionem trinitatis dantur· vij· dona spiritussancti· Secunda racio est quia in ea mutamur ad laudes trinitatis

Cum ibi sequitur q animalia plena oculis ante et retro id est ꝑlati dabant gloriam et honorē et benedictionem·sedenti sup thronū viuenti· in secula seculorum·Sedens autem super thronum est deus trinitas·Unde sequitur·Et ꝓci / debant·xxiiij·seniores in facies suas·mittentes coronas ante eum·hoc significat· q omnia bona nostra debemus attribuere ei·atq omne illud ex quo meremur coronam·¶ Sequitur·Et non habebant requiem dicēcia·Sanctus·sanctus sanctus·et ideo in introitu·et in alijs offi cijs tociens repetitur·Benedicta sit sancta trinitas·et ꝓpt̄ hoc responsorium siue eciam graduale quod respondet epistole est·Benedict9 es dñe·qui intueris abyssos·daniel'·iij·c·Versus est·Benedicite deum celi·thobie·xij·c·¶ Et alleluia·Benedictus est domine nē·Offertorium·Benedictus es domine·Et postcommunio Benedicim9 deum celi nē·thobie·xij· capitulo Euangelium est·Erat homo ex phariseis nicodemus in quo habetur de baptismo qui i inuocacione sancte trinitatis sanctificat baptizatos· In alijs vero ecclesijs dicitur epistola·Gaudete ꝓfecti·que est ad corinth·vi·c·Et in alijs dr Vidi ostium·que est apocalip·iij·Et euangelium·Cuz venerit paclitus·ioh·xiiij·c·Sciēdū est·q' historias de sancta trinitate·a de inuencione sancti stephani·cōposuit sanctus stephan9 laudicen·¶ Curtū cum a tilia rex·qui cristianos ꝑsecutus est fere omnia volumina cristiane religionis destruisset·Alicui9 magister karoli et lodouici filij eius rogatu·Bonifacij arc ep̄i mogūtin·multa de ecclesia st·officijs descripsit vnde et moguntinen̄·concil'·approbante mstituit·q' a festo paschē·vsq ad dominicam istam tres tm̄ dicerent̄ lectiones·a hac die de trinitate cantari vsq ad dñicaz seq̄ntē·et tūc mei pere·Dñe in tua misericordia nē·et apposuit officiū de trinitate·videlicet responsoriū·ātiphonas·missam·et sequenciam·q̄ oia obtulit alexandro papa·Ille vero respondit·nō esse celebrandū festū de trinitate·sicut nec de vnitate· Nā singul' diebz fit festū trinitatis et vnitatis q̄ semp dr·Gloria p̄ri·et filio· et spirituisāc̄to et p̄missas historias et officiū nō admisit·verū supueniente hæresi arriana fere fuit fides trinitatis extincta·Sed hylarius·eusebius·et ambrosius restituerunt·Consensit igitur eadez de causa·Gregori9 magn9·vt de trinitate specialia cātarem9·et ecclesias in ipsi9 honorē edificarem9 Unde ergo ē·q' de historia trinitatis inuenitur varia consuetudo·alij namq nō vtūtur ea·sequentes reprobacionez alexandri pape·Sed m qualibet dñica·ab octaua pentēc·vsq ad aduentum·cantant in nocturnis nonū responsorium de trinitate·mi festum aliquod impediat·vt eam confiteantur·per quam saluantur·a in missa·Alleluia·eam hilariter profitentes vt dictum est sub quarta parte·sub ti·de alleluia Alij vero vtuntur ea·cantātes eam m hac p̄ma dominica·sequentes primam institucionem alicuius·Alij ponunt eam in fine temporis declinacionis scilicet in vltima dominica·videlicet ante dominicam de aduentu sequentes vltimaz approbacionem·gregorij·Romani ergo mun̄ꝑ de trinitate celebrant festum·nec eciam has octauas faciunt·Sed in prima dominica post penthecost·incipiunt historiam·Preparate seu deus omnium·Alij vero celebrāt hodie de octaua scilicet de spiritussancto·et ponunt eandem epistolam·et idem quod prediximus euangelium· propter baptismatis sacramentum·ceteris obseruatis·sicut in die pentēc·celebrant autem octauam· ad insinuadam perfectionem· vel consūmacionem operum sanctispiritus· Per septem enim dies·operacio gracie spetiformis· In octaua vero consūmacio declaratur·Et quoniaz in octaua redit ad caput ideo omia sicut in die festo·a vespera in vesperam· in ipsis vesperis et tribus nocturnalibus psalmis obseruant· De hijs octauis augustinus dicit·Celebracionem octauarum feriarum noui homines celebramus Baptismus neophitorum·Licet in sabbato pagatur ad illum tamē baptismū ptinet quē apostoli susceperūt in die pentēc· cui9 octaua dies est dominica sequens·Qui vero ponūt historiam·Preparate·seu·deus omnium·meli9 facūt q̄ romanā secunē ecclesiā·nre pegrinacōis recolentes·et p̄currētes historiam·Nā p septuagesimam figuram9 expulsionē generis humani de patria paradisi·Per q̄dragesimaz seruitutē populi·sub pharaone·p paschā immolacionem agni·p q̄draginta dies paschales quadraginta annos in deserto·p rogaciones·terre ꝓmissionis ingressionem·p septem dies pentecostes·in quibus septem dona diuiduntur·terre date· diuisionem p tempus quod ab hodie· sequitur significamus populi afflictionē et gubernacionem factam per iudices et reges·ideo q̄ leguntur quatuor libri regum· prout in sequenti titulo dicetur·¶

De prima dominica post penthē·

Hic dicendum restat de prima dominica post penthecostes·que est vna de principalibus dominicis·Et incipit hic quartum tempus·scilicet peregrinacionis·quia sumus in via veniendi ad patriam·Sed quia hostes habemus priusquam illuc peruenianmus scilicet carnem mundum·et dyabolum·et ideo legitur de libris regum·in quibz agitur de bellis et de victorijs·vt multū ad pugnandum fortiter contra hostes vt victoriam habeamus·sicut iudei de philisteis·et nād̄ gloriemur in celis· quia nō est nobis tantū luctа aduersus carnem· sed eciam aduersus aerias potestates· Unde primo dicimus in vesperis· Benedictus dñs deus meus nē·Et historia est deus omnium·seu secundum romanos·Preparate· Sed quia bellum fine distincte nō geritur· ideo sequenti tempore subburguntur

libri salomonis. Item quia insurgunt vicia. cō
tra que necessaria est paciencia. ideo subsequē=
ter subiungitur historia de iob. Recte ergo im
uitamur ad pugnam. quia postquam digni fu=
mus in numero uictorum haberi per librū nume
ri iam perlectum. et in statu perfectionis per
nouam legem. scz per deutronomij. in quo ha=
betur. Diliges dominum deum tuuz ex toto cor
de tuo. et ex tota anima tua. et sumus sub ilx su
per librum iosue et sub iudicibus id est sub pre
latis per librum iudicum. q sumus sine accep=
cione personarum per librum ruth. qui fuit mo
abitis. Restat tamē pungnare. quia tūc magis
temptat dyabolus. et sic ordinantur libri re=
gum in quibus tractatur de bellis ipsorum ad
alios libros. Adaptantur eciam et aliter pri=
me quatuor dominice. quatuor libris regum.
prout dicetur sub quarta et sub septima et sub
decimaquinta dominicis. Leguntur autez in ta
li tempore et post missionem spiritussancti et
post festum trinitatis. quia quando accepi=
mus graciam spiritussancti. extunc sumus simi=
les deo. et per hoc filij. sumus summi regis.
et per consequens sumus reges. Unde in a=
pocalipsi. Fecit nos reges et sacerdotes deo
et patri suo et cetera. Petr9 in canonica. Vos
estis genus electum regali sacerdocij et cetera
ergo cum sumus reges. et habeamus aduersa=
rios. non restat nisi vt regnum nostrum defen
damus. quia ex hoc nobis inuidet dyabolus. q
ad illud regnum sumus assumpti. vnde fuit ip=
se deiectus et ideo nobis grauis imminet pu=
gna. Sempe ostenditur nobis dauid in ex=
emplum. qui vicit per humilitatē et p iocundi
tatem mentis. et vnctus fuit ter. primo a sam=
uele in bethleem. in signum regm. Secundo su
per domum iuda in regem super tribus iuda. a
viris iuda in ebron. Tercio iterum in ebron. et
in confirmacione regm super totum israhel.
Si militer nos si bene pungnabimus. ter inun
gemur. Primo in baptismo. in signum regni
Secundo in confirmacione. Tercio in pa=
radiso quando regnum nostrum confirmabitur
Saul eciam nobis proponitur in exemplum.
qui per inobediencia amisit regnum. Unde
non simus inobedientes sicut ipse fuit ne perda
mus regnum eternum. Dauid autem fuit humi
lis in omnibus operibus suis. quod patet quia
cum luderet coram arca domini indutus ephot
lineo. depositis regalibus vestibus. desperit
eum michol filia saul dicens ei. Quod nudatus
fuerat sicut vnus de scurris. et ille respondit.
Ludam. q vilior fiam ante dominum qui elegit
me et cetera. Item quando venit ad eum na
tham. propheta et redarguit eum de peccato
suo publice penituit. Item iocunditatem
mentis habuit. Et omnia bona a se facta ad de
um retulit. Unde de eo cantat ecclesia. Pre
ualuit dauid in philisteum. in funda et lapide.
in nomine domini. ecce exultacio in deo. Non
enim confidebat in se. Funda dauid est predica
cio. per quā fundaz predicacionis eicitur dya
bolus de cordibus hominum. cum per duraz re
prehensionem incutitur timor q concipitur pe
nitencia. Lapis vero dura reprehensio est.
Quia ergo huiusmodi victoria habet p humi
litatem. ideo ad missam incipit introitus. Do=
mine in tua misericordia speraui. ecce humili=
tas dauid exultauit cor meum. ecce mentis io=
cunditatis. per hec duo vincitur pungna. Et
quia ille solus vincit. qui nichil sibi. sed omnia
bona sua deo attribuit et sperat in eo. ideo bene
sequitur oracio. Deus inte sperancium fortitu
do et cetera. Postea sequitur epistola de cari
tate. Deus caritas est et cetera. i. iohannis. iiij
capitulo. quia per caritatē reges sumus. et p
eam facimus bona opera meritoria regni. per
que regnum nostrum defendimus q obseruam9
Unde sequitur. In hoc apparuit caritas dei q̄
Post deus caritas ē q̄. ibi eciam ostenditur. q
diligere debemus deum q proximū. In euan
gelio autem. Homo quidā erat diues. luce. xvj.
capitulo. ostenditur q non debemus diligē di=
uicias. per diuitē. qui induebat purpura et byf
so. et p penam eiꝰ vt ēm dicit ecci. v. c. Qui a=
mat diuicias. fructum non capiet ex eis. q̄ amat
scz amore libidinoso. naturali vero vel caritati
uo potest. quia diuites cum iusticia q operibus
bonis non abicim9. habet ēm in euangelio de
mendico lazaro. in cuiꝰ psona incipit gradua=
le. Ego dixi domine miserere mei. Et sequitur
versus de operibz misericordie. Beatus qui in
telligit super egenum q pauperem id est intel
ligit et precogitat illud quod est in egeno et
paupere. scilicet egestas et paupertas. vt ei
subueniat. Dicit ēm gregorius. q debemus eos
vocare patronos et amicos nostros. quia eciaz
fratres nostri sunt q sic facere nobis amicos de
mamona iniquitatis. et de male acquisitis vt cū
defecerimus per mortem recipiant nos in eter=
na tabernacula. hoc nō fecit diues ille in epulo
Et quia ī aliquo noluit pauperi subuenire. ido
cum eo districtissime fecit dominus. vt non pos
set habere guttaz aque ad refrigerium lingue
Et ideo sequitur alleluia. Deus in iu. for. et pa
q̄. Postea sequitur offertorium in persona
mendici. scilicet. Intende voci oracionis mee.
quia q nō obliuiscit̄ deus oraciones pauperum
Sequitur postcommunio. Narrabo omnia mi
rabilia tua. ps. d. q̄. In quibusdam tamen ec
clesijs legitur hodie euangelium. Estote miseri
cordes. quod est luce. vj. capitulo. Et est scien=
dum. q vrbanus papa. iiij. statuit fieri festum
de corpore cristi quinta feria post hanc domi=
nicam concedens magnam indulgenciam tam
clericis officiantibus. quam populis conueni=
entibus ad diuina prout in officio super hoc or
dinato habetur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De secunda dominica.

Dictum est q̄ ꝑma causa qua defendim⁹ regnum nostrum est caritas que dilatatur p ꝯsideracōnem eternaꝝ nupciarum de quibus in apoc̄. Beat⁹ qui vocatus est ad cenā nupciaꝝ agm. Ñ m hac secunda dominica habē de huius cena in euangelio luce. xiiij. c. Homo quidā fecit cenā magnam et vocauit multos. et misit seruos suos hora cene dicere muitatis vt venirent. nc̄. Hora cene est ex quo porta padisi apta est p ipm. Sequit̄ Et ceperūt omnes se simul excusare. Nam ꝑmus dixit. villam emi. et necesse habeo videre illam. Secūdus dixit. Juga boum emi. va. et eo ꝓbare illa. Tercius dixit. vxorem duxi. et ideo non possum venire. Dns vero dixit ad seruū suū. Vade compelle intrare vt domus mea impleat̄. Multos em̄ ꝯpellit intrare p tribulacōnes. Illi ergo qui vocati fuerant. non venerūt quia auari. q̄ per primū se excusant̄. superbi vel gulosi. qui p secundū. et luxuriosi. qui p terciū intelligūtur hac cena se reddūt indignos Ñ versus. Villa. boues. vxor. cenam clausere vocatis. Mundus. cura. caro. celum clausere renatis. Et quia m⁹ isti se reddunt indignos. ideo dns alios vocat.

Quia vero p ꝯsideracōnem huius cene dilatatur caritas. Et quia dominus ꝑtegit habentes caritatē. Ideo incipit introit⁹. Factus est dominus ꝓtector meus. et eduxit me in latitudinē caritatis. Sequit̄ vſus de caritate. Diligā te domine fortitudo mea nc̄. firmamentum meum nc̄. In oracōne vero petit caritatē sancti nominis tui nc̄. In epistola. Nolite mirari. j. ioh. iij. c. habetur de vita eterna. p cuius intuitū amor accipitur. et sequit̄ in fine de caritate filioli. Nō diligamus verbo neq; lingua. sz ope et veritate. Hec est lingua dolosa. qua dicunt amatores mūdi. Rogo te habe me excusatū. Dicunt eciaz bonis et sanctis viris. Rogate ꝓ nobis. et tamen venire nō curant. Et attende. q̄ ꝑmi duo excusant se. Per ꝑmum enim [illegible] intelligunt̄. Per secundū omnes qui delectant̄ in quocq; sensib⁹ corpis. Per terciū vero luxuriosi. qui se non excusant quia nō hnt cor. sicut habet̄ in osee. iiij. Fornicacō vinū et ebrietas. auferūt cor. Magis em̄ absorbet hominē fornicacō quā superbia vel auaricia. Quia ergo vt dictū est lingua talium excusancium se. dicit̄ lingua dolosa. Ideo ecclesia a lingua dolosa petit se liberari in responsorio. Ad dominum cum tribularer clamaui. In versu. Domine libera me nc̄. Et quia ꝑfectus est q̄ nō peccat in lingua ideo sēdo thono cantat̄. Postmodum sequitur. Alleluia similiter de caritate. Diligam te dne fortitudo mea nc̄. Caua vero ꝯsideracione vite eterne accipitur. caritas visa cena. petit aperti in offertorio. Cōuertē dne. Et quia ibi cantabim⁹ vocalit̄ vt ait cassiodorus sup psalmistā. Omis spūs laudat dnm. nō erat ibi tantus cena. sz eciam maxima solemnitas. Vñ m treñ. j. Vie sion lugēt. eo q̄ nō sint q̄ veniūt ad solemnitatez. ideo in poste communione ꝑmittit se cantaturū ibi dño dicens. Cantabo dño q̄ bona tribuit michi. et psalmista nc̄.

De dominica tercia

Tercia causa quare inflammamur ad defendendū regnū nostrū. est ꝯsideracō benivolencie dei qua nos custodit q̄ diligent̄ querit. Ideo in euāgelio huius tercie dominice. Erant appropiāntes. luce. xv. habetur. Quis ex vobis homo habens centum oues. i. angelos et homines. et si ꝑdiderit vnam scilicz hominē nonne relinquit nonagintanouē in deserto. i. in celo et vadit querē ꝑditam nc̄. Aut que mulier habens dragmas decem. scz angelos et homines et ꝑdit vnam scz hominez in q̄ ymaginē sua depinxerat. nōne accendit lucernam. i. naturam humanā. in qua lumen deitatis posuit. vmēdo se ei et querit diligent̄ donec inueniat. et cum inuenerit ꝙocat amicas et vicinas dicens eis. Congratulamī michi. quia inueni dragmam q̄m ꝑdideram. Ita dico vobis. Gaudium est in celis an. dei sup vno peccatore peragen. Ecce quanta est benivolēcia dei erga nos ista benivolencia accendit in nobis caritatem. Quia vero ad nupcias eternas nō intrant superbi. neq; luxuriosi. neq; auari. vt ꝑmissum est. Ideo introit⁹ huius domice est. Respice in me nc̄. et dicit. Vide humilitatē meā ꝯtra superbiam. a labore meo ꝯtra luxuriā quia inops et pauper sum ego ꝯtra auariciam. Et ꝓpter ꝑdicta monet nos petrus ad humilitatez. dicens in epla ꝑma. v. c. Humiliamī sub potenti manu dei vt nos exalter nc̄. Et post sequit̄ ibi. Sobrij estote et vigilate in oīombus. qm̄ aduer. v. di. tā. el. rugit. q. quē. de. Et quia tantam curam habz dns de nobis. Ideo in graduali inuitat nos ecclia dicens. Jacta cogitatū tuū in dño. a ipe te enutriet. Versus. est dum clamarē ad dnm. ex vo. meā nc̄. Alleluia est. Dne refugiū. Offertorium est. Ꝓperent in te omnes qui nouerunt nc̄. quia de sperantibus in se habet curam. Quia vero dns non inuenit̄ nisi quis pemteat. Cū vero ꝺs peniitet ad dnm clamat. Ideo sequit̄ postcōmunio. Clamabo. Rursus hoc officiū est de penitēte. sic̄ apparet ex ipa ꝯmunione. et ex euāgelio. vbi p dauid intelligit̄ quilibet penitēs ibi dicit̄. Gaudium est in celo sup vno peccatore. pe. agē. nc̄. et ex introitu et aliis. et iō cantat̄ festum beati iohannis baptiste. qui legitur populum ad penitenciam prouocasse.

De dominica quarta.

Quarta causa qua defendim⁹ regnū nostruz sunt opera misericordie. Unde in euangelio luce. vj. qd̄ legitur in hac quarta dnica dicit̄ in quibusdam ecclesijs. Estote misericordes sicut et pater vester misericors est. Et post sequit̄ Mensurā bonā a cōuertam. et cogitatā et supefluentem dabūt in sinum vestrum. Quia vero nō potest homo opa misericordie facere nisi ꝑius illuminetur a deo. jō

incipit introitus. Dominus illuminacio mea. Et quia p opa misericordie est ecclia terribilis. vt castrorum acies ordinata. sicut dicit̃ in canticis canticorum. Sequit̃ versus. Si exurgant aduersum me castra. non timebit cor meum. et si exurgat in me prelium. nc̃. Et postea petit in collecta misericordiã et graciam dandi elimas. cũ dicit. Protector in te sperantium deus nc̃. In epistola vero Existimo. que est ad Roma. viij. c. ostendit̃ pmiuz vbi dicit apostolus. Nõ sunt cõdigne passiones huius tpis. ad futuram gl̃az. que revelabit̃ in vobis. Et post sequit̃. Et omnis creatura ingemiscit. expectans revelacõez filiorum dei. Et vt hãc gloriã ecclia possit adipisci. petit in rñsorio venã ỹ peccatis. Propicius esto peccatis nostris dñe. Sequit̃ Alleluia. In te domine speraui quia in se sperãtibz propicius est. vñ psalmista. Quoniã in me sperauit liberabo eum. Adaptãt̃ ecliã iste quatuor precedentes dñice quatuor libris regũ sic. In pmo em̃ libro habet̃ quõ dauid inunctus fuit. vñ in pma dñica incipit introitus. Dñe in misericordia tua speraui. Et in rñsorio habet̃. Et vnxit me vnctione misericordie sue. et oleo exultacõis. Vnde sequit̃ in introitu. Exultauit cor meũ in salutari tuo. Et ita ostendit se vnctũ oleo leticie p misericordiam dei. In secõ libro habet̃ quõ liberatus fuit ab inimicis et vnctus bis. vt haberet latitudinem regni. Vnde in secõa dñica incipit introitus. Factus est dñs protector meus. et eduxit me in latitudinem vt late regnaret. In tercõ libro habet̃ quomodo mortuus fuit. Vnde in tercia dñica vtitur ecclia voce decedenciũ dicens. Respice in me et miserere mei. et in versu. In te dñe speraui. In quarto libro habet̃ deplctis. qui illumiati sunt a deo. vt viderẽt ventura. et ideo in q̃rta dñica dicitur in introitu. Dñs illumiacio mea.

De dominica quinta.

Quinta causa qua defendimus et optinemus regnũ nostrum est pax cum inimicis ecclie et pacifica in aduersis. ad quam inuitat beatus petrus in epla huius q̃nte dñice. Omnes vnanimes pma pe. iij. c. et nõ reddentes malũ p malo nc̃. Vnde in euãgelio habetur de rethe petri. ỹ multi sunt qui rumpunt rethe beati petri. i. concordiam et vnitatẽ fraternã. Et ideo in psona tolleranciũ incipit introitus. Exaudi dñe vocem meam qua clamaui ad te nc̃. Versus ẽ. Dñs illuiacõ mea nc̃. illumiatus eniz a deo saluat̃ ab hostibz quia sperat in eo. Pro pdicta aũt pace cum inimicis ecclie impetranda orat ecclia in collecta dicens. Da nobis q̃sumus dñe vt a mũdi cursus nc̃. In aliquibz tamẽ ecclesijs dicit̃. Deus qui diligentibz te. Sequitur euangelium luce. v. c. Cũ plime turbe irruerẽt in ihm nc̃. vbi sequit̃. Preceptor per totã noctẽ laborantes michil cepimus. Tales qui laborant in nocte et michil capiũt sunt qui p terremis pdicant. Sequit̃. In verbo aũt tuo relaxabo rethe hoc facit qui habet sciencia a vitam. Talis em̃ concludit multitudiem piscium copiosaz. Vnde in pncipio tot capti sunt boni et mali. q̃ rethe rumpit̃ per quod significat. q̃ ecclie vnitas in hac vita rumpit̃ a quibusdã ỹ post resurrectionem capti sunt multi. a tamẽ non est scissum rethe. per qđ significanẽ boni qui nõ scindũt vnitatem ecclie. et ideo in offertorio dicit ecclia se laudare deuz. qui quantũ ad bonos filios dedit eis intellectũ. vt non rumpãt rethe. i. vnitatẽ ecclie. Benedicam dñm qui michi tribuit intellectum. In postcõmunione vero dicit ecclesia se optare vnitatẽ a hanc petere a dño. Vnã mãt peciỹ a dño licet em̃ plura petat quotidie. tamẽ dicit̃ vnũ petere. quia ad vnũ finem. i. ad habẽdum deũ omnia petẽda petit et hoc est qđ ibi sequitur. Hanc requirã vt inhabitẽ in domo dñi omnibus diebus vite mee. Hoc ideo dicit. q: tũc legitur Paralip. j. verba dierz qui habet eandem materiã cum libro regũ. et significat. q̃ q̃ in diebus suis bñ reperit se habebit dies eternitatis. Et attẽde q̃ hoc officium cantat̃ circa festum bti Jacobi q̃ sic̃ dicit̃ in euãgelio. Relictis rethibus secutus est dñm. et factus est piscator hoim. i. supplãtator re a noie vicioꝝ.

De dominica sexta.

Quia vero non valent omnia pdicta. nisi fiat eẽ plena iusticia fidei. a ĩnouitate vite. Ideo in hac sexta dñica legit̃ secundus liber paralipomenõ vbi habet̃. q̃ confortauit dñs salomonez per qđ significat. q̃ dominus spũaliter suos confortat dando eis fortitudinem. Ideo dicitur in officõ huius dñice. Dñs fortitudo plebis sue. et ptector nc̃. Versus est Ad te dñe leuaui aiam meam. q: ab ipso est omnis fortitudo. a tunc bene regimus regnũ nostruz quod maxime fit si tendat homo ad pmissiones dei. vnde dicit̃ in oracõe. Deus qui diligentibz te bona inuisibilia preparasti nc̃. In epla autem Quicunq; baptizati sumus nc̃ Ad Ro. vj. c. hortatur nos paulus. vt in nouitate vite ambulemus. aliter em̃ nichil valent alia. Et vt ỹ possimus orat ecclia in responsorio. Conuertẽ dñe aliquantulum nc̃. Ille vero qui ambulat in nouitate vite preparat se ad laudandũ deum in pñti et in futuro. Vnde sequitur Alleluia. Te decet ymnus deus in sion. Ad hanc oracionem vel perfectionez hortamur in euãgelio mathei. v. c. Nisi habundauerit iusticia vestra nc̃. Et sequit̃ ibi. Si offers munus tuũ ante altare nc̃. Et quia nõ potest homo hec facere sine auxilio dei. Jõ orat in offertorio. Dirige gressus meos in semitis tuis nc̃. Et quia talis potest offerre. ideo sequitur in postcõmunione. Tollite hostias nc̃.

De dominica septima.

Sequitur. vij. dñica in qua legunt̃ libri salomonis. vt parabole. eccliastes. canti ca libri sapiẽcie. quem philo apposuit. et ecclesiasticus quem ihs syrach edidit. et tamẽ salomoni attribuit̃. Hij libri qui sunt de opib9 sapiencie salomonis. legũtur a kalẽdis augusti

vsqz ad kalendas decembris quia mensis iste ca
lidus est . et estum significat viciorum . in q̄ nos
oportet sapientē regē sicut in medio nacōis p̄
ue et puerse . Vel quia mensis iste sez augustus
sextus est . Vnde sextilis ante augustū cesarem
vocabaē . et verus noster salomon in . vj . etate
venit qui fecit vtraqz vnū . qui fuit dei virtus et
dei sapiencia qui docuit nos sapienter viuere a docē
hic est xp̄s rex regum . qui septē pambzas pau
cis piscibus . vt legitur in euāgelio hodierno . sa
ciauit eos qui de longe venerāt . et eum triduo
sustinuerant . Rursus in hac dñica incipit eccliā
parabolas salomonis . Post festū em trinitatis le
gitur liber regum . qm̄ homo quando trinitatis
similitudinē habet . Fit rex et sacerdos . Vnde p̄
ponunt ei exempla de regibus et sacerdotibz . si
cut sub p̄ma dñica dictum est . Postea vero se
quuntur libri doctrinales . p̄ponuntur em̄ exem
pla doctrinis . q̄ plus mouent facta q̄m dicta .
Actu . j . Cepit ihs facere et docere . et sic ordinātē
libri ad semuicem vt p̄cedant libri exemplares
regum . et palipomenon . et sequunt̄ libri doctri
nales salomonis que doctrina est refectio spūalis
de qua habet̄ in euāgelio huius vij . dñice . de is
dicetur sub dñica xj . a . xx . Et q̄ huic doctrine ho
mis opibus rndere debemus . incipit introitus .
Omnes gentes plaudite manibz . Et beatus pau
lus inuitat nos in epla ad ro . vj . c . vt rndeamus
illi doctrine seruiendo deo dicens . Humanū dico
p̄pter infirmitatē carnis nostre . Nā in quibus
dam ecclesijs sequit̄ Kñz . Beata gens cuius est
dñs deus eorum . i . que deum habet p dño ei soli
seruiendo et sequit̄ versus . Verbo dñi . i . doctri
na dñi . celi firmati sunt . i . maiores . sicut apostō
li et alij sancti . Sequit̄ in quibusdā ecclesijs al
leluia . Attendite populе meus legem meā . Lex
est illa refectio . illa aūt refectio ostendit̄ in euā
gelio marci . vij . Cū turba p̄ma nā . Et est
notandū q̄ ibi dicit̄ q̄ quidā de longe venerūt
sez illi qui de peccatis enormibz redierūt et pe
nituerunt . Qui em̄ in peccato mortali est nō ha
bet quid manducet . Erāt aūt quatuor milia sez
habentes quatuor cardinales virtutes . et come
derunt et saturati sunt . quia lex dñi saciat . a re
manserūt septē sporte sez p̄dicatores . sez habē
tes septem dona spūssancti . et reficientes alios .
In alijs vero ecclesijs legit̄ euāgelium . Attēdi
te a falsis p̄phetis . Quia vero hūs doctrinā . vi
det in quāto piculo sit institutus . Videt em̄ se
esse in fornace babilonis . ideo in offertorio . Si
cut holocaustū nā . Danielis . iij . c . petit se libera
ri . et vtitur voce trium puerorum . In postcōmu
one vō . Inclina aurem tuam nā . petit liberacōz
acceleratā .

De dominica octaua .

Sequit̄ octaua dominica . in qua docz nos
ecclesia vitare omnē vanitatem . Hoc
em̄ debet esse effectus doctrine in nob̄
quia in doctrina docet nos fieri spūales . et remo
ueri a corpalibus desideriis ad similitudinē bē
virginis cuius festum instat . Vnde introit9 in
cipit . Suscepimus deus misericordiā tuam . i . fi
lium tuum ihm̄ xp̄m nobis ex misericordia datū
in medio templi tui . i . in omnium ecclia tua sedm
nomen tuum deus . Deus em̄ vbiqz notatur . sic a
laus tua in fines terre . i . vbiqz . Templuz eciam
est beata virgo in qua vere suscepimus dei mise
ricordiam . vnde circa eius festū rōnabiliter p̄
sens cantam9 officium . cum sit templū dñi a sa
crarium spūssancti . Sequit̄ epla ad ro . vij . c .
Debitores sumus nō carni . vt sedm carnē viua
mus nā . in qua docemur deuitare omnē carnali
tatem . et ad ostendendū q̄ hoc possumus . sequi
tur . Non em̄ accepistis spm̄ seruitutis iteruz in
timore . Sz spm̄ accepistis adoptiōis filioz . q̄ gu
stato desipit omnis caro . Sed quia nō p̄t is
fieri . nisi dñs protegat . ideo orat in graduali .
Esto michi in deum protectorem . Rursus q̄ non
potest habere hec omia . nisi qui gaudet in dño
ideo sequit̄ Alleluia . Exultate deo adiutori nō
Gaudium emm spūale excludit omnē carnalita
tem . Quia vero quidā sunt vita casti et humi
les . Sz ficte . ab his docet caueri in euāgelio . ma
thei . vij . c . Attendite a falsis p̄phetis . qui p̄ten
dunt castitatem . et sūt luxuriosi . Vel p̄pter hu
mianam laudem sunt casti . sicut fatue virgines .
quibus dicit̄ . Amen dico vob̄ nescio vos . Sz do
minus humiles vere saluat . Vnde sequit̄ offer
torium . Populū humilē saluū facies dñe . a ocu
los superborum humiliabis . Quia vero p delicias
spūales omma deuicamus . ideo dicit̄ in postcō
mumone . Gustate et videte quoniam suauis est
dominus nā .

De dominica nona .

Postmoduz sequit̄ nona dominica . in qua
legit̄ liber sapiencie . sapiencia aūt est
cogitare de celestibus . a leuare cor ad
illa . vnde monet nos ad hoc maxime p̄pter festū
assumpcōms beate virginis qđ instat . quando
sez assumpta est in celū . Et quia homo se sup se
leuare nō potest nisi eum dñs trahat . ideo dicit̄
in introitu . Ecce deus adiuuat me et dñs suscep
tor est aīme mee . i . susceptor . Sicut em̄ itur
ad celestia . non passibus corporis sz assimulacōne
mentis ad deū . in quo vitantur omnia mala . de
quibus sequit̄ in epla p̄ma ad cor . x . c . Nō sim9
concupiscentes malorum nā . Postea sequit̄ ibi .
Fidelis deus qui non patietur vos tēptari . sup
id qđ potestis . sed faciet cum tēptacōne p̄uen
tum vt possitis sustinere . p̄us tamē timorem mu
tuit dicendo . Qui stare se putat videat ne ca
dat . In graduali vero qui surſum rapit̄ red
dit gracias deo di . Domine dñs noster q̄m ad
mirabile est nomen tuū in vniuersa terra . Quo
niam eleuata est magnificēcia tua sup̄er celos .
non tantum in xp̄o et beata virgine . i . super ce
los materiales et spūales . verum eciā in sanctis
sup celos materiales . In euangelio luce . xvj .
monet vt si nō possimus per nos volare ad celū
faciamus nobis amicos de māmona iniquitatis

idest de diuicijs inequaliter possessis dicens Homo quidam habebat villicū ꝛc̄. homo iste scuit sic per prudenciā carnis disponere q̄ amotus a villicacōne fuit receptus in domibus domī et ꝑ miquitatē fraudis. Sic ⁊ ille laudat̄ qui p miquitatē fraudis scuit sibi in futurū ꝓuidere multomagis laudabit dñs eos qui dant elemosinas qđ est prudencia spūs de quo dicit apostol⁹ Est vita et pax. quia homo sibi ꝓuidet in futuro. Postea sequit̄. Quia filij huius seculi prudēciores sunt filijs lucis in gñacione sua. i. in hijs que ptinent ad generacōnem suam. idest circa temporalia. Et ego dico vobis facite vobis amicos de māmona miquitatis vt cum defecerit is scz moriendo. recipiāt vos in eterna tabernacula que sunt sua ℣ beati pauperes spū qm ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Et quia non tantum p elemosinas sz etiam per oīones volamus ad celestia. ꝯ est Alleluia. Dñe deus salutis mee. in die clamaui et nocte coram te. ℣ Quia vero hec tabernacula p opa iusticie habent̄. Sequit̄ offertoriū Justicie domī recte letificantes corda ꝛc̄. ℣ Quo aūt ordine hec fiant ostendit̄ in postcōmunīoe Primum querite regnū dei. matthei. vj. c.

ꝑter cunctos sanctos gloriosa dei genitrix virgo semp maria primatū obtinet·vtpute que est sanctis dignior·et excellencior vniuersis in cui9 honorem ecclesia in quatuor anni temporibus quatuor solemnes celebrat festiuitates videlicz Annunciacionem·Assumpcionem·Natiuitatem·et Purificacionem·Omn̄ em̄ tempe ipsam in memoria habere debemus que omn tempe ad filiūm suum pro nobis peccatoribus intercedit·quaꝝ due sunt sibi·et domino nostro cōmunes scz purificacio et annunciacio·Hec autē quatuor festiuitates fiunt secundū quatuor benedictiones·que in ipius virginis salutacione continentē·Prima est·Aue maria gracia plena·que prime festiuitati cōpetit scz annunciacionī·quando vicz eam angelus salutauit·et de spū sancto concepit facta gracia plena·Secūda est·Dominus tecum·que competit assumpcioni·quādo vicz assumpta est in celū·quia tunc fuit cum dño suo ideſt filio·vt est dominus·ante em̄ non viderat eum dominuz ita manifeste in se·Tercia benedictio est·Benedicta tu in mulieribz·que cōpetit natiuitati·qz tunc nata est mulier in vtero sanctificata·Nulla em̄ alia mulier fuit in vtero sanctificata·et ideo dicta est castꝝ ꝓpter singularitatez quia nunq̄ demones castꝝ illud fregerūt·Quarta benedictio est·Benedictus fructus ventris tui·que congruit quarte festiuitati·scz purificacōi qz tunc obtulit illū benedictum fructum in templo·Quidam eciam faciunt quintū festum·scz de conceptione beate marie dicētes·q̄ sicut celebratur de morte sanctoꝝ·non ꝓpter mortem·sed qz tunc recepti sunt in nupcijs eternis·similiter p̄t celebrari festum de cōcepcione·non qz sit cōcepta quia [illegible] cōcepta·sed quia mater dñi est concepta·asserentes hoc fuisse reuelatū·cuidam abbati in naufragio constituto quod tñ non est autenticū·vnde non est approbandū·[illegible]·scz per concubitū maris et femine·Veruntamē licet fuerit ocepta in peccato·dimissum est ei illud originale peccatum·et sanctificata fuerit in vtero·sicut et hieremias·et sanctus iohes baptista·quare merito natiuitas eius et beati iohis bap·celebrant̄·natiuitas dico ex vtero·quādo vicz in lucem seu in mundū prodierūt·Sed natiuitas eoꝝ in vtero·scz quādo infuse sunt anime in corporibus eoꝝ non celebratur·vt p̄missum est·Certum eciam festū est festiuitas parietis·scz festum natalis·Sed quoniam tunc est eciā simul festum filij·quod plenū exigit officium·ideo non solemnizat̄ de illa vsqz in octauas·tunc vero solemnizat̄ sic vt iam dictū est in ꝓxemio·Septimum quoq; festum est beate marie ad martires·de quo sub festo omniū sanctorum dicetur·Nunc vero festum purificacionis secundū huius septime ptis diuisionē·in ordine temporis·alia festa virginis p̄cedit·idcirco hic de illo dicam9·Est autē hodie duplex festū·Primum quo ad partū quod dicit̄ festum ypapanti·i·obuiacio·qz in illa solemnitate anna ꝓphetissa

et ſymeon obuiauerũt beate marie venienti filiũ ſuum xp̃m in templum offerre· ¶ papantos enim grece· dicit̃ obuiacio latine· ab ypo quod eſt ire et anti quod eſt contra· quia aduentus dñi in templum· ſignificat aduentũ eius in eccleſiã· et in mentẽ cuiuſlibet fidelis anime que eſt templũ ſpirituale· ¶ hunc aduẽtum p̃edixit dñs per malachiam ꝓphetam· inq· ¶ Ecce ego mitto angelũ meum ante faciem tuam· qui ꝑparabit viam ante faciẽ meam· et ſtatim veniet ad templũ ſanctum ſuum ꝛc̃· ¶ Vel dicitur ypapanti· id eſt p̃ſentacio· ex eo q· xp̃c in templum eſt p̃ſentatus· ¶ Secundũ quo ad parientem· et dicit̃ feſtũ purificacionis· quia beata virgo licet purificacionẽ nõ indigeret· nec legi purificacionis obnoxia teneret̃· quia nullo modo immunda fuit nec peperit cõcepto ſemine tamen voluit facere ſecũdum p̃ceptum legis· Dicitur em̃ leuitici· xij· ¶ Mulier ſi ſuſcepto ſemine peperit maſculũ immunda erit ſeptẽ diebus· immunda quidem erat a conſorcio hominũ· et ab ingreſſu tẽpli· expletis vero ſeptẽ diebus munda efficiebat̃ quo ad conſorciũ hominũ· ad huc tamen vſq; ad diem triceſimumtercium· quo ad templi ingreſſum immũda erat· donec purgaret̃· uſ̃ritum menſtrui fluxꝰ· ¶ Sed cõpletis quadraginta diebꝫ die quadrageſima templũ intrabat· et puerum cum muneribꝫ offerebat· ¶ Si aũt feminã peperiſſet tempus duplicabat̃ et quo ad conſorcium· et quo ad ingreſſum· ſicut et duplicat̃ quo ad corpis formacionẽ· ¶ Nam in quadraginta diebus corpꝰ maſculi organizat̃ et perficitur· et in quadraginta anima infundit̃· vt ſepius· ¶ Corpꝰ vero femine in octoginta diebꝫ p̃ficit̃· et in octogeſima anima inſpirat̃ vt ſepius· ¶ Sic ergo ſi maſculum peperat quadraginta· ſi feminã octoginta diebꝫ a die natiuitatis ꝓtus· a templi arcebatur ingreſſu· hodie tamẽ ſtatim ingredi nõ ꝓhibetur· ne ſibi pena in culpã vertat̃· ¶ Veruntamẽ mulier dum ſentit ſibi imminere dolores partus· non intret eccleſiã· vel ſaltem caueat ne polluat illam· ¶ Sacerdos autẽ mulierem vicinã ꝓtui ſepe moneat· q· cõfiteat̃· ita q· cum dolor ꝓtus vrgebit eam· ſit parata accipe eukariſtiã· ¶ Nam inhoneſtum eſt· q· tempe partus ꝑſpiter dñi cum ea moretur· ¶ Eſt autem triplex racio· quare p̃cepit dominus die quadrageſimo puerꝫ in templũ offerri· ¶ Primo ad notandũ· q· ſicut die quadrageſimo in materiale templũ ducit̃· ſic in quadrageſimo die a concepcione· vt ſepius anima infundit̃ in corpꝰ· tanq̃ in ſuum templũ· ꝓut in hiſtoria ſcolaſtica dicit̃· quãuis phiſici dicant· q· in quadrageſimo ſexto die corpus ꝓficitur· ¶ Secũdo vt anima que in die quadrageſima corpi infuſa· ab ipſo corpe maculat̃· in die q̃drageſima templũ ingrediẽs per hoſtias expiet̃· ¶ Tercio ad inſinuandum q· illi merentur celeſte templũ ingredi· qui decem p̃cepta decalogi cum fide q̃tuor euangeliſtarum obſeruauerint· ¶ Tranſactis ergo purificacionis diebus piens ingrediebat̃ templum offerens filium vel filiam· et munera ꝑ ſe ſcz ꝓ peccato pullum columbe ſiue turturez· ꝓ filio vero· vel filia offerebat agnũ agniculũ in holocauſtum· que agnus habere nequibat· offerebat duos turtures· aut duos pullos columbarum· alterum in holocauſtũ ꝓ ꝓtu· alterꝫ vero ꝑ ſe ſcz ꝓ peccato ſuo· ¶ Unde in euangelio dicitur· Vt offerent par turturum ꝛc̃· ſecundũ legis conſuetudinem ideſt ſicut lex exigere videbat̃· ¶ Mulieres igit̃ in hoc beatam virginẽ imitant̃· cum in quibuſdam locis· poſt partus tranſactis q̃draginta diebus eccleſiam ingrediũtur ſignificantes· q· ſi virginẽ ipſam fuerint imitate· poſt vitam p̃ſentem ingredient̃ cum ea eternam· ¶ Celebrat̃ ergo hoc feſtũ die quadrageſima a natiuitate dñi quia beata virgo die quadrageſima a natiuitate xp̃i· ad templum veniens· ipſũ ſecundũ legẽ p̃ſentauit· ¶ Rurſus hoc feſtum ſequit̃ poſt feſtiuitates natalis dñi· circumciſionis· et epiphanie rõne miſterij· ſicut et racione miſterij voluit dominus in templum p̃ſentari· ¶ Et hoc dupliciter· ¶ Primum miſterium eſt· naſcit̃ enim primo deus per fidem in homine· et ſequit̃ circũciſio· quia quãdo fides eſt in homine purificat̃ homo· ¶ Unde in actibus· Fide purificãs corda eorꝫ· ¶ Qui vero habẽt bonã fidem relinquũt omnia mala opa· et tũc apparet deus ſed tunc facienda eſt penitẽcia· vt in nobis maneat ſicut in templo ſuo et tũc fit ibi oblacio et offert̃ ei par turturũ· ideſt mundicia mentis et corpis· quod nõ poteſt fieri· niſi in luctu ¶ Sicut turtur gemit ꝓ cantu· et duos pullos columbarum ideſt gemmã ſimplicitatẽ· ¶ Secundũ miſteriũ· quia in templũ venit in hac die· vt notetur aduentus eius· in mentem cuiuſlibet fidelis anime· ſiue in eccleſiã· in quam ſemp paratus eſt intrare· Unde in introitu dicit̃· ¶ Suſcepimus deus miſericordiam tuã in medio templi tui· quia xp̃c eſt lignũ vite in medio paradiſi paratus equalit̃ omnibus ſubuenire· et bona ſua largiri· ſecundũ nomen tuũ deus· ita et laus tua deus ꝛc̃· q· d· ¶ Sicut creaſti omnes et recreaſti· ita et laudandus es per totum mũdum· ¶ Hoc eciam expoſitũ eſt in ſexta ꝑte· ſub octaua dñica poſt pentẽ· Vt autẽ veniat in mẽtem noſtram· hortat̃ eccleſia filios ſuos· vt occurrant· Unde dicit in p̃cipio matutinalis officij· ſcz in inuitatorio· ¶ Ecce aduenit ad templum ſanctũ ſuum· dominator dñs· gaude et letare ſyon occurrens deo tuo· ſcz ꝑ fidẽ et bona opera· ¶ Et ꝓpter hoc· feſtũ iſtud dicit̃ ypapanti· ideſt obuiacio· q· ſi volumus q· ille veniat in mẽtem noſtram· accipiamus in mentẽ noſtram eius ſimilitudinem· Unde dicit in reſponſorio primo· Adorna thalamũ tuum ſyon ſcz virtutibꝫ purificate· et ſuſcipe scz virtutes et ſic veniet in te· ¶ Epla vero eſt· ¶ Ecce ego mitto angelum· que eſt machab· c· vlt̃· ¶ Et euangelium· Poſtq̃ impleti ſũt dies· luc̃· ij· c· ¶ Et poſtcõmunio· Reſponſũ accepit ſymeon· luc̃· ij· c· ¶ Et nota· q· tpe iuſtiniani impatoris fuit magna mortalitas apud conſtantinopolim· et ideo tunc conſtituta eſt ſolemnitas purificacõis marie in reuerencia eius ob cauſas

p̄missas. Solet aut̄ q̄ri. cum adhuc pollulēt infinite hereses. quomodo sit verū. quod in nono responsorio dicit̄. scz. Beata virgo omnes heres ses interemit. Ad quod dicim⁹ q̄ hoc fecit quantum in se fuit. qz ipsa ostendit eum visibilez qui inuisibil' fuit. Primo em̄ non poterat inuenirī q̄n quidam ipsum querebant in deliciis carnis quidam in diuiciis. quidam in libris philosophorum a non erat ibi. Vnde in canticis. Quesiui et non inueni eum. Modo vero nō potest aliquis errare in via nisi velit. Vnde manifeste habet̄ in ysa. Hec erit recta via. vt etiā stultus nō erret p eam. et que erit illa via. Ecce dabo in sion salutē. et in hierusalem gloriā meā. Dicit̄ hodie ca. Ecce ego mitto malach. iij. c. Et illud. Eradicaui. Ecc. xxiij. ca. Et illud. Quasi cedrus. quod est ibidē. Fit autem hac die p̄cessio generalis que significat p̄cessionem illam quā beata virgo et ioseph ad templū fecerūt qui in p̄cessione ante cancellos cantāt. Responsum accepit ā. significat p̄lxetas. natiuitatem domini et misericordiā pronunciantes. Melodia respondenciū est gaudiū hanc dei misericordiam suscipiencium. Tenētes igit̄ candelas in manibus dicamus. Suscepim⁹ deus misericordiam tuā ā. Quod vero cantat̄ in ipsa p̄cessione. et in euāgelio. Accepit eum symeon in vlnas suas. ostendit q. debem⁹ eum non tm̄ corde. sed eciā in brachijs portare. Vnde in cāticis. Pone me vt signaculū sup brachium tuū. et vt sigillū sup cor tuū. Et ad corinth. Empti estis em̄ p̄cio magno. glorificate et portate deum in corpore vestro. Debem⁹ ergo quidē portare. non tantū deitatem vel humanitatē. sed vtrunq; sicut fecit simeon. quod significat̄ p candelam quā ferimus in p̄cessione. Per ceram em̄ p apes opere virginali cum melle p̄ducta. Nulla em̄ libidine resoluuntur. humanitas siue caro xp̄i ex virgine sūpta. Per lumen deitas. quia deus noster ignis cōsumens est. deutro. iiij. Per lichinem in cera alia candidissima vel deitas in carne latēs vel secundū alios moralitas intelligit̄. Vel per lumē pater per ceram filius p lichinem spūssanctus. Rursus candela in manu accensa. est fides cum bona opacione. Nam sicut candela sine lumine mortua dicit̄. et lumen p se absq; candela non lucet. sed mortuū esse videt̄ sic et opacio sine fide. et fides sine opacione mortua esse dicitur. Lichinus sub cera occultatus. recta intencio est. Vnde greg. Sic fiat op⁹ in publico. vt tamē intencio maneat in occulto. Candele autē benedicūtur vt eas digne ferant oēs. Sunt em̄ multi habētes int⁹ tenebras. licet extra lucere videant̄. Digne ferētes sūt. qui sicut extra lucent per lumen. q8 ipsi ferunt in manibus ita lucent interi⁹ per veram fidem. et in hoc est festiuitas et gaudiū magnuz Portant̄ itaq; in p̄cessione cerei ardētes. p̄pter sex causas. Primo vt vnusquisq; se illuminet. et opa sua lumine patefacta alijs insinuet. Secūdo vt ritū gentiliū in melius cōmutet religio xp̄iana. Romani nanq; de quīto in quītū annū in kal' februarij. ad honorez februe mātis martis qui vt putabant erat deus belli. lustrabāt vrbem tota nocte cum cereis et facibus accensis vt filius eiꝰ eis victoriam de hostibus cōcederet ciuiꝰ matrē tam solemniter honorabant q̄ festum aburbale dicebatur. Ipsi eciā in mēse februario sacrificabant februo idest plutoni cum ceteris dijs inferualibus. p animabus anteces sorū suoz. vt p̄piciarent̄ ipsoz eis solemnes hostias offerētes et tota nocte eoz laudibus cum cereis facibz accensis vigilātes. Mulieres quoq; romanoz his diebus festum lunimū exercebant. gentiles nanq; p eo quod dicit̄ pluto deus infernalis. cōcupiscēs p̄serpinaz speciosissimā eam in principio huius mēsis rapuit. deamq; fecit quā ceres eius mater et parentes facibus accensis. per siluas denocte in ethna. mōte cecilie multo tempore quesierūt put poetaz fabule fingunt. Idcirco et ipse in principio mensis februarij in memoriā huius rei denocte vrbem lustrabant ambiendo ipsā cum facibus ardētibus. Idolatre em̄ sicut legit̄ in libro sapiencie. obscura sacrificia faciebāt. Hos igit̄ lustrandi mores. Sergius papa mutās in melius statuit festum purificacionis in honorez matris domini in eodem mense. et tunc p̄cessiones fieri vt plebs vniuersa portās cereos ardētes in manibus p ecclesias p̄cederet. in memoriā celestis regni. quando omnes electi lucentibus bonoz ac tuum lampadibus. obuiā sponso venientes. mox cum eo ad nupcias supne ciuitatis inībunt. Ter cio vt p hoc prudētes virgines imitemur quaz beata virgo est caput. vt accēsa in nobis lampade castitatis. et bonoz opum cum eis in templū glorie ad vez sponsū ingredi mereamur. Quarto quia lumen q8 est ad reuelacionē gentiū sicut dixit symeon. hac die p nobis est presentatum. Hec ergo p̄cessio significat illā symeonis. Quinto ad notantū duimtatem. et humanitatē christi vt premissum est. Sexto ad ostendendū virginis puritatem. ne quis audiens eius purificacionem credere possit eam purificacioe indiguisse. Portamus ergo candelas accēsas quasi ipso facto dicat ecclesia virgo beata purificacione non indiget. sed tota rutilans tota splendens et p̄pter causas p̄dictas candelaria nuncupant̄. Hoc festum caret octauis. quoniam licet xp̄c legaliter fuerit p̄sentatus in templo. nullus tamen doctorum coartat q̄ infātes die quadragesima natiuitatis eoz presentent̄ in templo. Vnd̄ sicut p̄sentacio pueroz ad templū secūdum veterem ritū defecit quia hodie fit in baptismo. ita et octaua pāpantis. In octauis em̄ sicut per primū diem recolimus. quod factū est ita per octauā rem p qua factū est de festis ānunciacionis. assumpcōnis. et natiuitatis in suis locis dicet̄.

De cathedra sancti petri.

Ō cathedra sancti petri ecclesia solemnizat. quando vicz apud antiochiā cathedrali honore sublimatus esse plhibetur. q̄ sublimacionē dicunt quidaz

facta esse a theophilo principe anthiocēo· cuius filium defunctū post annos quatuordecī petrus fuscitauit· et ipsū et populū ciuitatis conuertit· ꝓpter qđ ibi ecclesiā ostruxerunt in cuius medio excelsam cathedrā collocauerūt et petrus vt ab omnibus audiri et videri posset exaltauerūt· in qua sedit septē annis· De hac igitē honore solemnizat ecclesia quia tunc prelati ecclesie ceperūt loco pstare· et honore sublimari· Tunc em̄ completum est illud psalmiste· Exaltent eū in ecclia plebis nē· Et nota q exaltat⁹ est triplicīter et ideo triplex festū celebrat̄· Primo exaltatus est in ecclesia militancīū eidem plidendo· et eam in fide et moribus laudabiliter regendo· Ad qđ pertinet hodierna festiuitas· vt pmissum est· Secdo in ecclesia malignācium· ipsam scz dissipando et ad fidem conuertendo ad qđ ptinet scdm festum quod dicīt vincula· Tunc em̄ ecclesiam malignācium dissipauit· et plures ad fidē conuertit· Tercio in ecclesia triumphanciū· in eam scz introeundo feliciter· ad qđ ptinet tercium festū quod est passionis eius· Rursus fit ei festū triplex ꝓpter alias quinq racionēs· Primo ꝓpter priuilegium Fuit em̄ pre aliis priuilegiat⁹· et ideo magis honoratus in autoritate· Nam fuit princeps apostolorū· et claues regni celorū accepit· Fuit ecia feruencior in xpi amore· Et efficacior in virtute Nam ad eius vmbrā sanabanē infirmi· Secundo ꝓpter officium· Ipse em̄ officium placionis sup vniuersā ecclesiā habuit· que in tres ptes mūdi scz asyam· affricā· et europā· diffusa est· et ideo ecclesia ter in anno p eo solēnizat· Tercio ꝓpter beneficiū· quia ipse qui potestatem ligandi atq; soluendi habuit· liberat nos a tribus generibus peccatorū scz cogitacionis· locucionis· et operacionis· Vel quia in deū in ꝓximum et in nos peccam⁹· Vel hoc bñficium potest esse triplex bonū qđ virtute clauiū peccator in ecclesia consequīt· Primū est absolucionis a reatu ostensio· Secdum est pene purgatorij in tpalem cōmutacio· Tercium pene tpalis super partē relaxacio· Quarto ꝓpter debitū· quia scz tripliciter pauit et pascit nos· scz verbo exemplo et tpali subsidio· Quito ꝓpter exemplū· vt scz nullus desperet· eciā si tercio xpm negauerit sicut ille· si tamē velit cum eo deum corde· ore et ope confiteri· Hec est pternitenduz· quia hoc festū de cathedracione sancti petri· olim festū beati petri cpulaꝝ dicebatur· Fuit em̄ mos gentiliū scdm magistrū iosbem de helech· annis singulis in mense februarij hac die vinū et epulas deo offerre supra sepulchra parentum moti forte ꝓpter illud thobie· iij· Panem tuū et vinum tuū super sepulturā iusti cōstitue quas denocte demones ostimebant· ipsi tamē ab animabus circa sepulchra oberrantibz quas vmbras vocabant vastari putabāt· qđ sācti patres extirpare volentes· festū de in cathedracioē sancti petri· tā de illa que rome quā eciā de illa que antiochie fuit facta· statuerunt fieri illo die quo talia a gētilibus fiebant· Vñ ab illis epulis hoc festum ostiuit appellari festum beati petri epularum· Hac tamē die non dicīt in quibusdā ecclesijs misi vna collecta· et de illa incathedracione que fuit antiochie facta· Dicīt autem epla· Petrus apli⁹ seruus que est· i· petri· i· et euangelium· Venit ibus in ptes· matth· xvj· c· Tractus est· Tu es petr⁹· matth· xvj· c· Ad horas dicitur caplim· Petr⁹ apli⁹ prima petri· i· c· In festo beati matthei apli· dicīt epla· Exurgens petr⁹ in medio actuū· i· c· et euangelū· Confiteor tibi pr̄ matth· xj· c·

De annunciacione beate marie virginis·

Festum annūciacionis beate marie est· quom̄ angelus ei bonos rumores nūciauit· et ipsa saluatorē concepit· Tūc autē implete sūt ꝓphecie· Vnde ecclia legit et cantat de ꝓphetis quare introitus est· Rorate celi desup er nubes idest p̄dicatores pluant idest annunciāt iustum· i· xpm qui ant homafice dicīt iust⁹ xpc· aperiat̄ terra idest beata virgo· Aperiat̄ mquā per offensum et germinet idest cōcipiat saluatorē· i· xpm· de hoc dictū est sub prima pte dñica de aduētu· Epla· est· Egredietur virga· ysa· xj· c· Alie tamē ecclesie dicunt Locutus est dñs ad achaz que est eiusdē· vij· c· Euangelium est· Missus est gabriel· luce· i· c· et quod ibi dicīt· Et hic mensis q̄· sic exponīt hic mensis scz marcius in quo beata virgo concepit· est sext⁹ illi· i· a decepcione illi⁹· scz elizabet que vocat̄ sterilis· quia illa concepit· ioh· bap· viij· kalend· octobris· Dicīt eciam p horas caplim· In diebus illis notum faciet deus· hiere· xxx· c· Competit autez hoc festum tempori veris· Nam tpi veris deus factus est homo et omia facta sūt noua· Hoc aūt festum est de dnmo et de beata maria· quare eadem prefacio dicīt in natali et in annūciacione domim· De ānunciacioē dñi consueuit opponi q̄ gloria in excelsis et ite missa est et te deū laudam⁹ in ea cantari non debēt· de quo dictum est in ꝓhemio huius pti· Si hoc festū fuerit in dnmica passionis vel octauaꝝ· ad secūdam feriam transmutabit̄· Hoc em̄ generale est in priuilegiatis dominicis diebus· Si autē in triduo ante pasca occurrerit in sabbato ante palmas scdm quosdā anticipabit̄· Quidā vero illud transferūt ad octauas· Similiter si fuerit in die pasce non congrue poterit infra ebdomadā celebrari in quo hystoria de aduentu cōpilata cantatur· Vnde melius est si ad secundā feriam post octauas transferatur· In hac die vt dicitur per diuersa temporum curricula deus multa operatus est· Que quidā sic egregijs versibz pstrinxit Salue festa dies que vulnera nostra colercens· Angel⁹ est missus est passus et in cruce xpc· Est adam fact⁹· et eodem tempe lapsus· Ob meritū decime cadit abel fratris ab ense· Offert melchi sedech· ysaac sup̄ ponitur aris· Est decollat⁹ xpi baptista beatus· Est petrus erectus iacobus sub herode pemptus· Corpora sanctoꝝ cum cristo multa resurgunt· Latro per cristū tam dulce sus-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

scipit amen·

De sanctis philippo et iacobo apl̄orum·

PAscale tempus sicut sepe dictū est octauam significat etatē vbi bonum qđ erit singulorū mdispari caritate erit omnū·quia vnusquisq; de bonis alterius gaudebit vt de suo·et bonū omnū erit singulorum· Vt ergo temp9 pascale decordaret solemnitatibz·que infra illud euenūt·p̄sertim cū apli in ecclesia primitiua non haberent pticulares solēnitates·statutū fuit vt in kalendē maij· celebrarē solemnitas ad honorē omnū apl̄orū vt dies varij nō viderentē diuidere quos vna dignitas et applatus in celesti gloria fecit esse sublimes quod festū greci celebrare dicūtur in festo apl̄orum petri et pauli· Hac eciaz die festum est apostolorū philippi et iacobi·quia forte die ista passi sunt· Sane iacobus iste dictus est minor ad differenciā iacobi cō postelle siue zebedei qui dictus est maior·non etate sed vocacione sicut contingit in epis qui loco apostolorū sunt·quoniaz qui primo consecratus est·alios quantūlibet maiores antecedit· Primo eī a domino vocatus est· et primo ei adhesit et sibi magis fuit familiaris ·In secretis eī illū vocabat·scz qñ transfiguratus est et qñ suscitauit mortuū in domo· Dictus est eciā iste iacobus alphei qui fuit filius alphei Dictus est eciā frater domini secdm carnē·quia dicit̄ fuisse cōsimilis ei facie·vel quia erat filius alphei frīs ioseph viri beate marie·et marie sororis eius· Qui eī ex vtraq; pte sanguinis coniungebātur·apud iudeos fratres vocabant̄· Ihe fils enim putabat̄ filius ioseph·vel dicit̄ frater domini·i·consobrinus· quia filius sororis beate marie· quez mortem tusci seruant· Sed et ioseph dicit̄ cognatus domini·vel quia pater putatiu9 vel qr cognatus domini ex pte matris·scz beate marie· Ad clariorem aut̄ p̄missorum euidenciā notandū est qr ioachim pater beate marie accepit vxorem noie annam que habuit sorores noie ymeriā· Hec aūt ymeria genuit elizabet et eliud Elizabet genuit iohem bapti· De eliud natus est emineud· De emineud natus est sanctus seruaci9 cuius corpus est in opido traiecti·super fluuiuz mosai in epatu leodicen· Anna autem tres viros dicit̄ habuisse scz ioachim·cleophā frem ioseph et salome· De primo habuit filiam scz mariā matrem domini quā dedit ioseph nuptui que xp̄m genuit· Generacio ip̄us ioseph et marie posita est in·vj·pte sub festo natal̄ domini· Primo aūt viro defuncto·de scdo similiter genuit aliā filiā nomine mariā quā alphęo postmodū in augem dedit· Hec aūt maria genuit ex alphęo quatuor filios· scz iacobū minorē ioseph ustū qui et barsabas dictus est·symonē et iudā· Ex tercio vero scdo mortuo· genuit aliam sic filiam noie mariā et zebedeo in conugē tradidit·ex quo duos filios habuit·scz iacobū maiorem et iohem euangelistam· Porro iacobus iste merito siue p̄fessionis cognominat9 est ustus· Ex vtero eī dicit̄ sanctus fuisse· Ipse eī a petro et iacobo et iohe apostolis ordinatus est prim9 hierosolimitanorum ep̄s· Ipse eciā vna cum basilio ep̄o cesarieñ·addidit nobis ī scriptis missē celebracionē Ipse qz tradiē primus celebrasse missaz post pascha dñi in hierusalē·et petrus primus in antiochia·Iste vinū vel siceram nō bibit·nullam carnē commedit nunq; tonsus·nunquaz vnctus·nunq; balneo vsus est·et in tātum genubus terre defixis orabat vt eius camelorū excedere duriciā crederentur· Iste precipitatus est a iudeis de pinnaculo templi cum nomen xp̄i p̄dicaret·et cum p̄titis fullonū interfect9·Fullo eī est qui lineos pannos candificat· Quidam eī dixerunt ꝓpter peccatum interfectōis ei9·iudeos destructos fuisse per titum et vespesianū·et ita non attribuūt destructionem illam morti xp̄i· In hac festo dicunt quedam ecclesie introitū·Exclamauerūt neemie·ix·c· Epl̄a stabunt iusti·que est sapie·v·c· Euangelium· Non turbē cor vestrum·qđ est ioh·xiiij· Et postcōmunionem· Tanto tempe ioh·xiiij·c· Dicitur eciā ad horas capl̄um· Stabunt iusti·sapiencie·v·c· Et illud· Nos insensati·qđ est ibidē Et illud non esurient·apoc·vij·c·

De inuencione sancte crucis·

IN sācta cruce domini sda spes habē· Sicut eī beata virgo portauit dominū·ita et sancta crux suo modo·et sicut dat dom̄in9 aquis baptismalibus sanctificare·et alijs sacramētis ita p tactum dominice carnis sanctificatū fuit illud lignū vt nos suo modo sanctificare possit·et quia ita crux saluat ꝑ talem effectum quē habet·ideo de eo cantaē· O crux splēdidior cē·que sola fuisti digna·fuisti·scz dignitate tibi data·portare talentū mundi cē· et qr finis crucis est gloria·ideo in fine pluriū antiphanaz de cruce dicit̄ alla· Dicit̄ autē per horas capl̄um· Michi autē absit gaudere· Fit autē duplex festum de cruce vicz exaltacionis·de quo suo loco dicē·et inuencōis·quia inuenta fuit crux tempore eusebij pape·a beata helena matre constantini mediante iuda·qui tūc iudeus erat· Unde in canone iūius eusebij ita legitur crux domini nostri ihū xp̄i·que nup nobis gubernacula sancte romane ecclesie tenentibus· quinto nōn·maij·inuēta est m p̄dicto kalen·die inuencionis·festū vobis solēniter celebrare mādamus· Est autē manus hoc festū q̄ exaltacionis ꝓut ibi dicē· Legitur autez de predicto iuda· q; cōuersus ad fidem factus est postmodū ep̄us hierosolimitanus·et mutato nomīe vocatus est quiriacus· De quo dicit̄ dyabol9 sic ꝓhęticasse iudas xp̄m morti ēdidit· Sed iste iudas illū mortuum exaltauit·et artes magicas detexit·sed iulianus familiaris et amicus me9 cito rex erit·qui me de isto vindicabit quod factū est· Nam iulianus monach9 ab ordine apostatās acquisiuit p nephas consolatū romanum·et deinde fact9 imperator·et xp̄ianorum p̄secutor·illum diuersis penis afflixit·et interfici iussit· Legitur quoq;

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̄ quidam miles nomine quiriacus hunc iulianū
postea iterfecit. De isto iuliano legit̄. q̄ adhuc
apud constantinopolim de tumba sua vetor m=
tollerabilis p̄grediē. Si quera quare sit festū
de cruce in qua xp̄c fuit debo nestat9 et flagella
tus. et non de azima in q̄ fuit valde honorat9 nec
ecia de alijs que ip̄e tetigit. Nideri pōt q̄ laus
et honor sup azimam impensus. ēnsitorius et mū
danus fuit. nec inde sal9 nostra p̄dict de quo cu
randum nō est. Preterea p alia que ip̄e tetigit
non legūtur miracula. et samtates fieri. nec per
illa redempti sumus. Debo nestacio vero in cruce
facta nostra redempcio fuit. Dicit̄ hodie in troi=
tus p̄s aūt. gal'. vlt̄. c. Et legit̄ epla. Confido
de vobis in domino gal'. v. c. Deo q̄ ibi dicitur.
Mihi aut̄ absit gloriari. nisi in cruce dñi nostri
ihu xp̄i. Alie ecclesie dicūt hoc sentite ad phil'.
ij. Euangelū est. Simile est regnum celor̄ thē=
sauro absc̄ōdito in agro ac̄. quia crux domini ad
literam muenta est in agro vel aliter in agro ec
clesie muenitur crux domini que dicit̄ thesaurus
quia emptū est per eam nobis regnum celor̄.
qui videt hunc thesaur̄ in ecclesia vadit et ven=
dit omnia que habet. i. omnes transitorias delec
tacōes et emit agrum istū vt sit de ecclesia. Alij
dicunt erat homo ex pharizeis. io. iij. c. Et est no
tandum. q̄ festum crucis fit semp cum festo mar
tiruz. q: crux significat martiriū. et ideo in festi
uitatibz sancte crucis legunt̄ in quibusdā eccle
sijs. vj. lectiones de martiribz. et officia cōmisc̄
tur. De signo crucis dictū est in prohemio quin=
te partis.

De reuelacione sancti michaelis.

Ecclesia facit festum de angelis. dupli
ci racioe. Prima est. quia nobis mini
strant. omes em̄ sunt administratorij
spūs. idest in ministerium missi p̄pter
eos qui hereditat̄ capūt salutis. sicut habet̄ in
epla ad hebre. Secunda racio est. quia pugnant
p nobis cōtra angelos malos nec p̄mittunt nos
tentari supra id quod possum9. De hac pugna
dicit̄ apoc̄. Factum est prelium in celo. hoc bellū
erit maxime tempore antexp̄i. et in morte marti
rum fuit. et ecia semper est. et electus est draco.
idest dyabolus. de celo. i. de celestibus hominibz
et delectus in corda malorum hominū. hui9 aūt
belli p̄nceps. est beatissimus michael. et ideo fit
ei festū licet fit de vltima hierachia de inferiori
scz ordine. Sunt em̄ nouem ordines angelorum.
p̄ut tactuz est in quarta pte sub ti. de p̄facione
qui quāuis omnes mittant̄ quoniam vt p̄missuz
est. fūt administratorij spūs. et in ysa. vj. habet̄
q̄ missus est ad eum vn9 de seraphin. raro tam̄
mittūtur. Vnde daniel. Miliamilū ministrabāt
ei. et decies cētenamilia assistebāt ei. Eor̄ vero
qui mittunt̄ p̄nceps est michael. qui fuit p̄m
ceps ecclesie iudeor̄ vt habet̄ in daniele. Modo
vero est p̄nceps ecclie xp̄ianor̄. In iudeis fuit
enim aliq̄n ecclesia que nunc est in xp̄ianis. Hoc
aūt festū. quod est cōmemoracio victorie sancti
michaelis inde originē sumpsit. q̄ cum barbari
depopulerent̄. apuliam. xp̄iani triduano ieiunio
indicto. sancti michaelis auxiliū implorauerunt.
per cui9 visibile patrocinū fuge terga dederūt
et xp̄iani victoriam habuerūt. Vocatur ecia fe=
stum reuelacionis quia in monte gargano reue
latus est vt sequit̄. Sane michael gabriel et ra
phael noia p̄sonalia sunt angelor̄. Alia vero
sunt ordinū. vt dictum est in quarta pte sub ti.
de p̄facione. Sed cum hoc festū sit cōmune om
nium angelor̄. quare specialit er denominat̄ fe=
stum sancti michael'. et nō gabrielis. vel rapha
elis. Respondeo. michael est qui missus in egip
tum fecit illas famosas plagas. qui diuisit mare
rubruz. qui edurit populū per desertū. et durit
in terram p̄missionis. ipse est p̄positus paradisi.
et custos et est susceptor animar̄ et p̄nceps ec=
clesie. et ideo magis eū venerari debem9. Secun
da racō est quia ipsemet fundauit ecclesiā et cō
secrauit altare. Vnde dicit̄. Stetit angel9 iuxta
aram templi ac̄. hoc fuit in monte gargano. po
stea vero reuelauit hoc hominibus per epm regio
nis illius. Tercia racio est. vt homines veneran
tes angelos p̄meant ad consorciū angelor̄ et
ea decausa in diebus dñicis. et festiuis solēnita=
tibus nouē psalmi nouem lectiones et respons=
ria cantantur. vt per cantū istor̄. ad consorciū
p̄ueniamus nouem ordinū angelor̄. quorum
p̄ium est deo cātare. Congaudendo aūt ange
lis dicit ecclesia in introitu. Benedicite dominū
omnes angeli eius. quia angeli laudant. et nos si
militer deum laudare debemus. Vnde versus se
quitur. Benedic anima mea dominū. Epla vero
de apoc̄. i. c. sumitur. significauit deus que opor
tet fieri cito ac̄. Sequit̄ ibi. iohis. vij. ecclis. per
septem ecclesias. vel per septem spūs. quantum
ad intelligenciā. que ad hanc diem p̄tinet. vni=
uersitas angelor̄ intelligit̄. p septem em̄ dies
currit vita patris. Sequit̄ responsoriū. Benedi
cite. et versus benedic. racione qua sup̄ Alleluia
est. In conspectu angelor̄ psallā tibi. hoc autē
ideo dicit ecclesia quia parati sūt angeli deferre
deo oracōes nostras. Semper em̄ nobis astant
et aspiciūt nos et auscultāt. Vnde in cant. Cui
habitas in ortis. amici idest angeli ascultant te
Bene istos scz bonos o passio illos scz malos pas
sio. scz muidie cogit. vt in nos semper aspiciant.
Sequit̄ euangelū. Accesserunt ac̄. matth. xviij.
capto. in quo p̄cipitur vitari scandalū paruulo=
rum. q: ibi fit mencio de angelis. Amen dico vo
bis. quia angeli eor̄ in celis semp vident faciem
patris mei qui est in celis. Quod vero pati sunt
deferre oracōes nostras in offertorio ostendit̄
Stetit angelus iuxta aram templi ac̄. apoc̄. viij.
c. et data sūt ei incensa multa idest orōnes incen
se igne caritatis. et ascendit fum9 aromatum. i.
oracio in aspectu dei de manu angeli. Inpost=
cōmumōe vero placuit ecclesie sicut prius bene
dicere. Vnde dicit̄ in quibusdam ecclesijs. Bene
dicite angeli dño ac̄. Sane q̄ michael legit̄ cum

draconē pugnasse · intelligit allegorice · michael idest xp̄c · historice vero · quia michael' et angelorum maior ei⁹ ministerio dyabol⁹ describit̄ in ecclesia ꝓpter laicos esse depulsos · In hoc festo dicitur caplm · Significauit · Et illud · Beatus qui legit · Et illud io · vij · que sunt apoc̄ · j · c ·

De sanctis geruasio et ꝓthasio ·

In festo sanctoꝝ · geruasij et ꝓthasij cantatur ex institutiōe gregorij mtroitus · Loquet̄ dominꝰ pacem in populo suo ex eo q̄ tali die pax mt̄ romanum impatorem · et agisulphū regem longebardoꝝ extitit reformata · quē regem celdoma eius vxor xp̄iamissima · cui gregorius libꝝ dyalogorum scripsit · ad fidem cōuertit officia nanq̄ sanctoꝝ partim conueniunt ipsis sanctis partim his euentibus que in ipsoꝝ euenere diebus ·

De sancto iohe baptista ·

Via inter natos mulieꝝ non surrexit maior iohe bap · merito ecclesia celebrat festuz de illo · et facit ei festū duplex · scz natiuitatis · et decollacionis · Natiuitatis ꝓpter quatuor · Primo ꝓpter historiam · quoniā dicit dominꝰ de eo p angelū · sicut in euangelio habetur · et multi in natiuitate eiꝰ gaudebunt · quod eciā ꝓpter sarracenos dictum est · qui hoc festuz celebrare dicunt̄ · Secō ꝓpter allegoriam · et misteriuz quia per iohem figuratus est ortus gracie · quā nobis attulit xp̄c · Ipse em̄ iohes p̄cessit in annunciacione in natiuitate in predicacione · in passione · et in ad inferos descensione · Tercio quia sicut beata virgo sanctificata fuit in vtero matris · ita et ipse · Quarto q̄ ipse primꝰ annūciauit gaudia eterna · et ideo dicitur lucifer · et turtur · Vnde in cant̄ · vox turturis audita est in terra nr̄a · et iob · xxxviij · c · Nunquid duces lucifeꝝ in tempore suo · et eius natiuitas fuit p gabrielem nūciata · ideo autē iohes dictꝰ est lucifer · q̄ obtulit nouum tp̄us · et inde est · q̄ in quibusdā ecclijs habet missam in mane quia natiuitas fuit quasi aurora · Natiuitas vo xp̄i fuit quasi ortꝰ solis · Vel ideo dicit̄ missa in ortu diei quia legit̄ in euāgelio luce · q̄ ipe fuit sanctificatꝰ · et spū sancto repletus · in vtero matris · quare merito laudandus est eius creator in exordio diei · qui illum dignatus est honorare in vtero matris · Habet eciam aliam ꝓpriam missam sicut et alij sācti que dicit̄ circa terciā · vel prima missa est de vigilia euangeliste · vel alia dicit̄ · q̄ ipse fuit martir et precursor · Vnde illa missa est vnꝰ martiris · et est introitꝰ · Justus vt palma florebit · De ipso nanq̄ ꝓlxetizauerunt ysaias et hiere · Hieremias ipo vite actu · q̄ fuit ei similis Ysaias vt in epla habet̄ hodierna · Audite insule et attēdite populi de longe · ysa · xlix · c · Ibi eciā sequit̄ · Vnde sumit̄ introitꝰ · De ventre nr̄ · Sequitur eciā ibi · Posuit os meū vt gladiū acutum Gladius acutus est lingua p̄dicatoris · quoniam abscindit superflua · Sequit̄ posuit me quasi sagittam electam · Sagitta electa · est predicator qui facit quod hō cet · Sagitta acuta fuit iohes cum dixit · Genimina viperaꝝ quis docebit vos fugere ab ira ventura · Responsoriū est · Priusq̄ te formarem nr̄ · hiere · i · c · et est de natiuitate eius Alleluia est · Tu puer · luc̄ · i · c · Et illud · Inter natos nr̄ · mathe · xj · c · Euangeliū est · Elizabet impletum · luc̄ · i · c · Dicitur aūt hac die caplm · Audite insule · ysa · xlix · c · Et illd · Priusq̄ te formarem · hiere · i · c · Et illud reges videbunt · ysa · xlix caplō · Porro in vigilia beati iohis · bap · ieiunamus · quasi opacientes ei qui in deserto ieiunauit et asperam vitā duxit · et vigilia ipsa plenū habuit officium · quia ꝓst iohis decollacionē · xp̄s crucifixꝰ fuit et agnū commedit · Fuit em̄ iohes quasi lapis angularis idest vetus et nouū testamentum comungēs · Vnde tunc magis solemnizamus ꝓpter misteriū quam ꝓpter psonam ipsam et quomā ipse fuit medius inter vtrunq̄ testa · quia fuit fins veteris et inicius noui testa · Nam et lex et ꝓphe vsq̄ ad iohem · vicz inclusiue · hoc est q̄ huius diei officium ptim de veteri · et partim ē de nouo testa · In hac autē die iohes euangelista obijt · sed eius festum translatū est ꝓut sub eius festo dicet̄ · Festum autē decollacionis · non ita solēnizat ecclesia · sicut istud · ꝓut ibi dicetur · fuit ergo vt p̄missum est in vtero sanctificatꝰ sicut et hieremias · Vnde et de hiere · legit̄ hac die · quod ꝓbatur per illud qđ dicit̄ in euangelio · Et repleta est spūsancto elizabet · et exultauit in gaudio infans in vtero meo · Sed quo genere sanctificacionis nō legimus · Dicunt tam quidam q̄ ab omni peccato mundatus est · Sed i glosa sup illo loco · Tu vis a me baptizari · ego a te debeo baptizari · idest ab originali peccato mundari · dicit̄ · q̄ in psona generalis hominis loquebatur · Fuit tamē in peccato originali cōceptus · [illegible] · de quo et quare eius natiuitas celebret̄ · sub purificacione dictū est · Paulus historiographus romane ecclie diaconus cassinen̄ · monachus · quadaz die cum vellet pascalem cereū cōsecrare rauce facte sunt fauces eius · cum primꝰ cales essent · vt ergo vox sibi restitueretur · cōposuit in honorem beati iohannis ymnū · Ut queant laxis · in cuius p̄cipio petit vocis restitucionez quā obtinuit sicut et merito sancti iohis restaurata est zacharie · In hoc festo non cantat̄ frequenter alla · sicut in festiuitatibus petri et pauli et alioꝝ · in quoꝝ vltimis nocturnis psonatur · Racio est · q̄ ipse figurat legem · et quia natale huius fuit ante xp̄i resurrectionem · et ante gaudiū · Quidam tam faciunt officium sine alla · in inicio noctis · ꝓpter figuraz legis et postea iterant officiū cum alla in medio noctis ternis mātes illud in principio lucis · in memoriam antique obseruacōnis · De qua · et quare in hoc festo nocturni cantantur · in inicio noctis dictū est in quinta pte sub titulo de nocturnis · Nota q̄ antiquꝰ solebat vna quadragesima celebrari ante hoc festū et alia ante natale dominī Sed postea ꝓpter fragilitatē hominū redactū

fuit ad tres septimanas āte natale · et tres ante hoc festum · Vnde prohibitum est in decretis · ne in illis tribus septimanis nupcie fiant · ¶ Sed et hoc abolitum est · prout dictum est in prima parte sub titulo de sacramentis · ¶ Fiunt autem tria specialia in hoc festo · Invigilia nanq; in quibusdam partibus · ex antiqua obseruacione colligūt homines et pueri ossa et quedā alia immunda · et in simul cremant vt exinde fumus in aerem ꝓducat̄ Ferunt ecia brandes siue faces · et cum illis circueunt arua · Cercū est · qz rotam voluunt · qui immunda cremant · et fumū in altū ꝓduci faciūt habet hoc a gentilibz · Antiquitus cm̄ dracones hoc tempore ad libidinē ꝓpter calorem excitati volando per aerē frequēter in puteos et fontes spermatizabant ex quo inficiebant̄ aque · et tunc erat annus letalis ex aeris et aquaꝝ corrupcione · quia quicunq; inde bibebant mori ebātur · aut grauem morbū pacicbant̄ · qđ attendentes phi uisserūt ignem frequent̄ et passim circa puteos et fontes fieri · et īmunda · et quecunq; immundū redderēt fumū ibi cremari · Nanq; p talem fumū sciebāt posse fugari dracones · et quia talia hoc tempore maxime fiebant ideo hoc adhuc ab aliquibus obseruat̄ · Sunt enim dracones animalia Vnde in ps̄ · Laudate dominū de terra dracones non trachones · i · meatus terre · put quidā dixerunt · animalia in aere volant in aquis natant p terram ambulant · nil immundū sustinent et fugiunt ꝓpter fumum olifeꝝ sicut elephantes ꝓpter grimitū suum · Est ecia alia racio quare ossa animaliū comburunt̄ · vicz in memoriā · q ossa iohis bap · a gentilibus in ciuitate sebaste obusta fuerunt · Vel potest hoc referri ad nouū testamentum · Abiciunt em̄ pueri vetera · et oburunt · ad significandū q aduemente noua lege vetus testamentū debet cessare · Dictum est em̄ · Vetustissima veterum ne comedetis · et nouis supuenientibz vetera ꝓicietis · Ferunt quoq; brandes seu faces ardentes · et fiunt ignes qui significāt sanctum iohem qui fuit lumen et lucerna ardēs · precedens et p̄cursor vere lucis · que illuminat omnem hominē venientem in hūc mundū · Vnde dicitur · Est lucerna ardens · et lucēs ante dominū qui viam dño ꝓparauit in heremo · Nota in quibusdam locis voluit̄ · ad significandū q sicut sol ad alciora sui circuli pueniit · nec alcius pōt progredi sed tunc sol descēdit in circulo · sic et fama iohis q̄ putabat̄ xp̄c descendit · scm̄ qđ ipse testimonium phibet dicens · Me oportet minui · illuz autē crescere · quod dicunt quidā dictum esse · eo q tunc dies incipiant minui · et in natiuitate xp̄i crescere · Sed quia ante festū sancti iohis decrescunt · et ante natale domini crescūt · intelligend̄ est de natiuitate in matre · quando scz conceptus est vterq; · quomā iohs · conceptus fuit de crescētibus diebus vt in septembri · et xp̄c in crescentibz vt in aprili · vel de morte vtriusq; · Nam corpus xp̄i exaltatum est in cruce · corpus iohānis capite mmoratum ·

De sanctis petro et paulo apl̄orum ·

De petro et paulo · questio est · Vtrum eadem die passi sint · Nam heinric⁹ solitarius velle videt̄ · q eadez die anno reuoluto paulus passus sit · Sed pelagius · et nicola⁹ pape · et ambrosius · et alij sancti patres volunt q eadem die · et eadē ecia hora · sub nerone impatore vicz anno · xiij · imperij ei⁹ alioqm falsc essent historie de illis scripte · sed tamen in diuersis locis · licet in vrbe et diuersas penas passi sunt · quia petrus in vrbe crucifixus est · Paulus vero quia sicut legit̄ in actibus apostoloꝝ · ciuis romanus erat · quāuis nacione tarcensis · esset ext̄ muros vrbis decollatus · que pena honestior videbat̄ · et de ipso lac pro sanguie legitur profluxisse · Verum ꝓcedēte tempore · cum ostantinus impator in honorē vtriusq; ecclesias construxisset et romanus pontifex vellet eoꝝ corpa seperare · et dubitarēt̄ que cui⁹ ossa forent diuinitus responsuz est · maiora ossa sunt p̄dicatoris · minora piscatoris et sic ab inuicem seperata sūt in ꝓpriis ecclesijs collocata · Postmodum vero siluester papa volens ecclesias ipas cōsecrare · tam parua quam magna ossa equa lance cum summa reuerencia ponderauit · et vnam medietatem in vna ecclesia et aliam in alia collocauit · Vnde quidā faciunt festum de hac diuisione ossium · in nonis vel · viij · pdus iulij · quia die tali facta fuit · Alij illō faciūt · xv · vel · xvj · die eusd̄ mēsis · Alij vero dicūt q festū diuisiōis petri et pauli · quod celebrat̄ die illa · fit ꝓpter illā diuisionē · que facta est in hierusalē · post duodecim annos · quādo seperati sunt ad p̄dicandum gentibus in quo festo cantant illā magnam sequenciā Celi enarrant gl̄iam · Et euangelū ascensionis · Recumbentibus nr̄ē · incipientes ibi in fine · Dns quidem ihus postquā nr̄ē · Licet autē eoꝝ festa eadem die celebranda cō currant · Beatus tamen gregoriꝰ instituit · vt tantū officium beti petri ipso die celebraretur · Tum quia tali die ecclesia beati petri fuit dedicata · Tum quia ipse prior fuit conuersiōe · Tum quia fuit maior dignitate quomā romane ecclesie tenuerat primatū · Et dicitur in missa introitus · Nunc scio · actuum · xij · c · et Collecta · Deus qui hodiernā diem · quare non fit memoracio de beato paulo Epla · Misit herodes · que est ibidez · Alla · Tu es petrus · matb̄ · xvj · c · Euangelū · Vemt ihs in partes · quod est ibidem vbi dicit̄ · Quem dicunt homines esse filū hominis · Sed scm̄ hieremiā in hebreo · dicit̄ filum ade · ¶ Per horas vero dicitur captum · Misit herodes rex manus · act̄ · xij · capto · Et illud angelus domini · Et illud · Et petrus ad se reuersus que sunt ibidem · Sequenti vero die fit festum de beato paulo · Et dicitur in missa introitus · Scio cui · ij · ad thimoth̄ · ij · c · et Collecta · Deus qui multitudinē · Graduale · Qui operatus est petro · gal̄ · i · c · Versus est · Gracia dei · i · corinth̄ · xv · c · Epla · Notum vobis facio · gal̄ · i · c · Alla · Tu es vas · act̄ · ix · c · Euangelium ·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dixit symon petr9 matħ·xix·c· In alijs ecclesijs dicitur· Hoc est p̄ceptum·iohis·xv·c· Communio· Amen dico vobis matħ·xix·c· Item in nocturnali officio beati pauli quidaz versiculi p̄mittuntur anthiphonis laudū vt dictū est in sexta pte fub trinitate· Et dicitur captum ·Bonū certamen·ij·ad thimo·iiij·c· In octauis vero apostoloruz dicit̄ illud·Confitebor tibi domine rex ecc̄· vlt̄· Verum in vigilia dicit̄ introitus· Dicit dom̄us·iohħ·vlt̄·c· Et ep̄la·Petrus et iohes act̄ ij·c· Euangelū· Dixit ihus symoni petro·iohis vltimo·c· Habet aūt hoc festum·tria·scz ieiunū solemnitatē·et octauam· Ieiunū quia si velim9 conregnare oportet nos et cōpati· In die festi· de eoz glorificacione gaudemus· In octaua de eorum futura beatitudine in corpe et anima iam certi letamur· et eterne glorificacōis meritum expectamus· De hac octaua dictū est in fine p̄hemij huius pcis· Et nota·q̄ leo papa scōs orans pro neopolitanis ciuibz in mari cum sarracenis pugnantibz fecit illā collectā· Deus cui9 dextra beatum petruz ac̄· Perfectis vero p eum muris ciuitatis·leo mane imponens seras portis orans fecit illam collectā· Deus qui beato petro collatis clauibus·ac̄·

De maria magdalena·

In festo magdalene dicit̄ epistola· Mulierē fortem quis inueniet ·que est in p̄bolis·vltimo·c· et Euangelū rogabat ihesū·luce·vij·c·

De septem fratribus·

Circa festum fratrū notandū est tres fuisse matres·quarum quelibet septez fratres habuit filios ·et post passiones eoz passe sūt·vicz mater machabeorum cuius nom̄ ignoratur et felicitas mater istoz septem fratrum·et symphoriana sapiens mulier que sancta fuit·

De festo sancti iacobi·ap̄li·

Iacobus maior filius zebedei· frater iohis euangeliste missus est ad p̄dicandū hyspanis sed cū non posset nisi vnum principē ibi conuertere·rediit hierosolimis sed tandē ab herode decollat9 et in hyspaniā reportatus ·quos vnus conuertere nequiuit· mortu9 diuino miraculo cōuertit Fit autem eius festū·viij·kalende·aug9· p̄eo·q̄ tali die fuit apud cōpostellam translatus·nō q̄ tunc obierit· quia occis9 est ab herode in diebus azimorum ·vicz·viij· kalende aprilis·in annunciacōe dominj scz circa pascha·vt legitur in ep̄la hui9 diei·Misit herodes ac̄·et ita tunc propter dies ipsos festū non habuit· In kalende vero iamarij fuit sepultus ·quia ab augusto vsqz tunc sepulchri eius fabrica fuit p̄telata· Vel ideo fit viij·kalende augusti·hoc festum quoniā hac die dedicata est sibi ecclesia in compostella · Quare dictus sit maior·dictū est sub festo ap̄lorz philippi et iacobi· Hoc autem festū non habet vigiliam vel ieiunū ·put dictum est in sexta pte sub quarta feria tercie ebdomade aduentus· Hac die dicunt quedā ecclesie ep̄lam· Iam nō estis ep̄hij·c· Alia· Benedict9 deus et pater·ep̄h·primo Et euangelū· Accessit ad ihm mathei·xx·c·

De septem dormientibus·

Hunc de festo septē dormiencium dicendum est· Sex eoz potentes fuerunt in ephesino tpe quo decius cesar persecutus est ecclesiam dei ·qui quamcito audierunt p̄secucionē fugierunt in montē et latuerunt in spelunca quadā· et secum magnā pecuniam portauerūt· sed parum cibi·quoz noia sunt maximianus·marcus·marcimian9·dionisius iohānes serapion et constantin9· Hij cum essent in spelūca·prima die cōmederunt quicqd habuerunt cōmestioni aptum·et dixerunt seruienti suo Cras emas nobis cibos ·quia parū hodie cōmedimus·et postea dormierunt· Tandem decius quesiuit eos·nam audiuit eos esse xp̄ianos·sed dictū est sibi eos aufugisse in alias regiōes·vel in mōte latuisse·quod audiēs fecit ostia spelunce lapidibus obstrui· post multū vero tpis·vicz circit̄ trecentos annos ·quidam voluit stabulū contra spelunc̄ facere·et fecit magnū ignē·in quo soluti sūt lapides qui erāt in ostio spelunce·et statim in spelunca refulsit splendor ignis et euigilati sunt septem dormientes·et sex qui potentes erant dixerūt septimo qui erat seruus eoz Dies est vade nobis emere cibos· Putabant em̄ se per vnam noctem tantū dormiuisse Iuit ergo ille ad ciuitatem·et venit ad macellā·miratus vltra modum·quia cruces videbat p vicos et in triuijs et in ād̄uuijs· Cumq̄ carnes emens·obtulisset monetam quā habebat· non cognouerūt eum carnifices et dixerūt·Vnde habes istos nummos·qui ait ex meo p̄prio labore· Et illi· Vnde es tu· qui ait de patria ista· Tunc illi qui sunt parētes tui ille ait isti et isti· et non cognouerunt carnifices aliquos eoz· quos ip̄e nominabat· A longo em̄ tpe eorum nomina cum alijs erant sepulta·Itez illi dixerūt· fub q̄ impatore fuit illa moneta·ait ille· fub decio· Tunc illi āmirati sūt· Tum p̄pter monetā· Tū p̄pter ea q̄ referebat ·estimātes eū insanū esse·ligauerūt eum·et duxerūt eū ante pōtificē ciuitatis·cui diligenter inquirenti·q̄s ille esset et vnde·et vbi hanc inuenisset monetā ·et de alijs que ip̄e retulerat carnificibus omia p̄put otigerant reuelauit· tunc ep̄us veniens cum vniuerso populo ciuitatis ad spelunc̄ inuenit eos sex qui ibi remanserant itez dormientes et euigilatos secum in ciuitatē adduxit ·et singula scisscitatus ab eis inuentū est eos in spelunca fuisse p̄ annos fere trecētos· Preterea inuente sunt plures tabule in ip̄a spelunca·quas illi imposuerāt ibi qui mandato decij obcurauerunt os spelunce imperatores erant tunc·honorius et archadius· qui cum prius dubitarent de resurrectione ·hoc viso firmius crediderunt· Fuerunt autē cum ep̄o p̄dicti septem iuuenes p aliquos dies·et postea mortui sunt libera morte ·vnde dicti sunt martires·q̄ tamdiu in spelunca remanserunt·

De festo vincula petri·

Festum beati petri ad vincula · taliter secundū bedam instītutū fuit · Theodosia uxor theodosij · ij · imperatoris · hierosolimā ꝓficiscens · vidit in alexandria festum celebrari · in kalende · augusti · ad honorez cesaris augusti · de triumpho habito de cleopatra regina egipti · et marco antomo viro eius · vnde vehemēter doluit · q̄ damnato et gentili tantus honor exhibereť · Veniens aūt hierosolimā · cathenas quibus petrus sub herode fuit alligatus · acquisiuit et romā rediens eas aplico p̄sentauit · qui alias cathenas quibus sub nerone fuerat alligatus · apportari p̄cepit que se tangētes vsq; adeo sunt miraculose cōiuncte · ac si sp fuissent eedē · Theodosius igitē ad honorem beati petri eccl̄iam edificauit et ibi cathenas imposuit que dedicata est in kalende augusti · vt solemnitas piscatoris obfuscaret solēnitatē impatoris et cathena petri extingueret torquē augusti · Secunda causa institucōnis hui⁹ festi est · propter memoriam liberacionis beati petri per angelum facte a carcere · siue a vinculis · put in ep̄la legitur hodierna · et sēm hoc videť q̄ deberet vocari hoc festum a vinculi · Tercia causa est · q; cum quirinus tribunus filiā haberet gutturosā · illa ad mandatū sancti alexādri pape · qui sext⁹ fuit a beato petro · quesiuit bogas · siue vincula · quibus beat⁹ petrus fuit mumculat⁹ · quibus osculatis · liberata est et quirin⁹ cum sua familia baptizatus est · Tunc dictus alexander papa hoc festum in kalende aug̃ · celebrādum instituit · et in honorem beati petri · ecclesiā in vrbe fabricauit · vbi vincula ipsa reposuit · et ad vincula nominauit · in qua festiuitate ꝑ⁹ illic ipsa vincula hodie osculat̄ · Quarta causa potest esse quia dominus petrum a vinculis miraculose absoluit · et eidem ligandi atq; soluendi potestatē dedit · Nos aūt vinculis peccatoꝝ ligati tenemur · et absolui indigemus · ideo igitē in solemnitate ipsa que dicitur a vincula ip⁹ honoramus · vt sicut ipse a vinculis absolui ꝓmeruit · et absoluendi potestatem accepit a domino · sic et ip̄e nos a peccatoꝝ nexibus absolui obtineat · Hac die dicitur ep̄la · Misit herodes · act̄ · xij · c · Euangeliū · Venit ihūs in ptes mathei · xxij · c ·

De festo machabeoꝝ ·

Machabei isti · sunt illi de quibz fuit iudas machabeus · de quibus in · ij · machabeorum · Et cum ecclesia occidē talis nullius alteri⁹ sancti veteris testamēti · festū celebret · put dictū est in ꝓhemio hui⁹ partis · istoꝝ tamē et innocenciū festū recolit · Istoꝝ quidem ꝓter quatuor · Primo quia passi sunt ꝓter legis obseruacionem · quia videlicet carnes porcinas contra legem cōmedere noluerunt · Secundo ꝓter martiriū p̄rogatiuā · prout legitur in hist̄oria scolastica · Quia em̄ maudita supplicia sup sanctos veteris testamēti ptulerūt ideo in hoc p̄uilegiati sunt vt eoꝝ passio celebreť · Tercio quia ipsi fuerunt · septē fratres et numerus septenarius est numerus vniuersitatis Vnde in eis figurabant omnes martires veteris testamenti celebritate dign · et omnibus illis in istis reuerencia exhibet̄ · Quarto · quia ip̄i ostenduntur in exemplū martiribus noui testamēti vt sicut illi ꝓ legis mosaice obseruacione passi sunt ita et nos maxime si necesse fuerit · parati simus ꝓ euāgelica · et secundū hoc magis celebrat̄ hoc festum ꝓter figurat̄ū · quā ꝓter figurans Quidam vero dixerunt q̄ isti machabei · sunt illi septem fratres qui fuerunt filij felicitatis ·

De inuencione sancti stephani ·

Beati stephani ꝓthomartiris inuencō facta fuit die illa qua celebratur eius passio · Et passus est in die illa qua ei⁹ inuencio celebrat̄ scz in augusto · Sed festa p̄ eccl̄iā quatuor decausis translata sunt Primo quia cum beatus stephanus fuit ꝓtho martir · et martiriū sanctoꝝ sit eorum natale in celis · merito statim post natale dñi natale prothomartiris stephani celebratur · Secūdo ꝓter dignitatez · dignus nanq; est festū quod est de morte quā aliud · et ideo cōpetenter tanq̄ dignius statim post natiuitatē collocatuz est · Tercio quia officium passionis eius accordat officio natalis dñi · Vnde illud · Deus natus est xp̄c in terris vt hodie stephanus nasceretur in celis · Quarto quia in eius inuencione maxima multitudo hominem qui videntes miracula plima que fecit deus in illius inuencōe maiori cultu diem illū celebrauerunt annuatim · q̄ eciā diem mortis illi⁹ · Statuerunt ergo sancti patres · vt festum passionis eius transferet̄ ad hanc diem inuencionis · et ad festum inuencionis · festū passionis quia festum passionis maiori cultu dignuz est vt ꝓ⁹ hunc diem qui natale domini sequit̄ · feruenciori cultu celebret · quā diem eusdez festi in augusto · Alia eciam racio reddět̄ sub ipso festo ·

De transfiguracione domini ·

Sequitur de festo trāsfiguracionis domini · qđ est in die festi beati sixti non quia tali die transfiguracio facta fit · sed quia tunc ab ap̄lis qui secum fuerunt in monte · fuit manifestata et publicata et p̄dicata · Preceperat em̄ ne alicui dicerēt · donec a mortuis resurrexisset · illi aūt vsq; ad hanc diē semp hoc tacuerūt transfiguracionem enim constat factū fuisse circa p̄incipiū veris · eo scz die quo dicitur euangeliū de transfiguracōe · scz secunda ebdomada quadragesime · Et nota q̄ in quibusdam locis hac die conficit sanguis christi de nouo vino · si inueniri possit aut saltē aliquātulum de matura vua in calice eliquat̄ · Benedicuntur eciā racemi · ex quibus ꝓ⁹ cōmunicat · et est racio hec · In die em̄ cene dixit ihūs discipulis · Amen dico vobis · Ammodo non bibam de hoc gemmine vitis · donec bibam illud nouum in regno patris mei · q̄ ergo q̄ dixit nouū · et eciaz trāsfiguracio p̄tinet ad illā gloriosā innouacionem q̄ xp̄c habuit post resurrectionem et quam

fideles post resurrectionem sint habituri · ideo in hoc festo sanguis xpi ex nouo vino cōficitur · et ꝓpter hoc etiam hac die noue vue benedicunt̄ · Lucianus papa statuit · vt prime fruges et fabe sup altare benedicant̄ ·

De festo sancti laurencij ·

Beatus laurencius · quia post beatū stephanū inter alios martires primatū obtinet · vigiliam habet · non qꝛ maiorem penam sustinuerit · quaz alij · sam multi tantam penā sustinuerunt sicut beat⁹ vincencius · et beat⁹ georgius · et alij quidā · sed ꝓpter officium p̄dicacionis et ꝓpter martirij locum · qꝛ rome · et ꝓpter bonā āministracionē thezauroꝝ ecclesie · Vnde incipit introitus in vigilia ipius Dispersit dedit pauperibus · In die vero habet ꝓprium officiū viz · Confessio et pulchritudo ac̄ et hoc ideo dicitur · quia ꝓpter cōfessionem fidei fuit assatus · et exaltatus · et apparuit eius sanctitas cum non timuerit sic tormentari ꝑ xp̄o · Quia vero ipse in tormentis positus iubilabat · ac dño laudes cantabat ideo sequit̄ versus · Cantate domino canticum nouum · In collecta vero illa · Da nobis quesum⁹ dn̄e ac̄ · orat ecclesia se sic liberari ꝑ dominū ab igne viciorum · et ipsa vicia in se extingui · sicut beatus laurencius fuit liberatus ab igne tormentorum · Vnde ipse dicebat tyranno Misce miser · quāta est virtus dn̄i · Nam carbones isti non dolorem · sed refrigeriū michi prestant · In epla vero · Qui parce ac̄ · ij · corinth · ix · c · agitur de largitate elemosinaꝝ facienda paupibus q̄ preceptū strēnue impleuit beatus laurenci⁹ qui thezauros ecclesie dedit paupibus · et vt eum in hoc imitem̄ · dicit̄ · Justicia eius manet in seculum seculi · Responsoriū de passione eius est · eo q̄ igne ꝓbatus fuit · sicut aur̄ in fornace ꝓbatur · et hoc est q̄ dicit · Probasti cor meū · et visitasti nocte · quia ad literam de nocte fuit assatus et a domino visibiliter visitatus · et ideo dicebat Mea nox obscurū non habet sed omia in luce clarescunt · Versus est · Igne me examinasti · et nō est inuenta in me iniquitas id̄est inequalitas · qꝛ semper et perfecte in fide constans fuit · Vel nō fuit inuenta in eo iniquitas sez peccati · Alla · est de nobili ministerio eius · Et quia erat p̄cipu⁹ minister · ideo in virtute dn̄i p̄cipue operabat̄ · Leuita inquit laurencius bonū opus operatus est · qui per signū crucis cecos illuminauit · Leuita · i · assumptus · vel offerens · quia ad literā assumptus fuit ad ministeriū diuinum · Vnde legit̄ ipsū dixisse beato sixto · Quo ꝓgrederis sine filio pat̄ nunquid degenerē me ꝓbasti expire · vt ydoneum ministrum elegeris · cui cōmisisti dominici sanguinis consecrationez · Item fuit leuita id̄est seipsum offerens · Vnde ipe in tormentis posit⁹ dicebat · Ego me obtuli hostiā deo in odorē suauitatis · et ideo de eo in nocturnali officio cātat ecclesia · Meruit esse hostia beatus laurenci⁹ · quidum assaret̄ · dn̄m non negauit · et ideo inuentus est sacrificiū laudis · Et quia deus laudandus est de tanta pacīencia ocessa martiri · ideo p̄dicta sub alla cantant̄ · In euangelio vero · Nisi granū frumenti · q̄d est iob · xij · agit dn̄s de ministris suis · et d̄ premio ipsoꝝ · dicens primo de ope ipsoꝝ · Qui michi ministrat · me sequat̄ · et post de ꝑmio adiūgit dicens · Et vbi sum ego illic et minister meus erit · Si quis michi ministrauerit honorificabit eum pater meus ac̄ · Cum igit̄ inter ministros p̄cipuus fuit beatus laurencius · ideo istud euangeliū in eius festiuitate cantat̄ · Sed qꝛ priuilegiatum ministeriū est p̄dicacio · et confessio nominis dn̄i coram regibus et principibz · ideo sequit̄ offertoriū · Confessio et pulchritudo ac̄ · In postcommunio̅e quoq agit̄ · de ministris et merito ipsoꝝ · Qui michi ministrat ac̄ · Ad horas dicit̄ capitum · Qui parce · ij · corinth · ix · c · Et nota · q̄ iste sanctus ꝓpter tres p̄rogatiuas sup̄ in principio positas in tribus priuilegiatus est · Primo quoniam ipse solus inter martires habz ieiunii institucionis · Secūdo in octauis · quoma iste tantū et beat⁹ stephanus octauas h̄nt inter martires · sicut beatus martinus inter cōfessores De hac octaua dictū est in fine plenij huius partis · Tercio in egressibz antiphonaꝝ · In hoc em̄ festo · quidā versiculi p̄mittuntur antiphonis vt dictū est in · vj pte sub dn̄ica de trinita te · Beatus laurencius fuit archidiacon⁹ rome postquā nullus dicit̄ archidiaconus ibi fuisse ·

De assumpcione beate marie virginis ·

Ieronim⁹ dicit · quomodo beata maria assumpta fuerit · siue mi corpe siue exē corpus · nescio deus scit⁹ · Augustinus vero dicit · q̄ in corpe veritas tam̄ est q̄ p̄mo assumpta est in anima · vtꝝ vero corpus in terra remanserit incertū habetur et melius est pie dubitare · quā aliquid circa hoc temere diffinire · pie tn̄ credendū est eam totaliter fuisse assumptam · Vezz q̄dam religiosissima mulier elizabet nomine de ptibus saxonie · asseruit sibi reuelatū fuisse · q̄ post quadraginta dies · post assumpcionem anime assumptū fuit corpus · et inde compositum quendā tractatum · qui tamē non est autenticus · Refert ephiri⁹ · q̄ beata virgo · quādo xp̄m concepit erat annoꝝ · xiiij · et in · xv · ipsum pepit et cum eo mansit annis · xxxiij · et post mortē xp̄i supuixit annis · xxiiij · Et secundū hoc tpe obitus sui · erat annorum · lxxij · Probabili⁹ vt videtur dicunt alij · quia duodecim annis filio supuixit et sic seragenaria ē assumpta · cum apostoli totidē annis predicauerūt in iudea · et circa ptes illas In hoc festo dicunt̄ quedam que in ecclesiaꝝ dedicacionibz dicunt̄ · quia ad eam ptinent · Cantatur eciam de libro canticoꝝ sez · Osculet̄ me osculo ac̄ · Nūs enim antiphone · et lectiones inde sumuntur · qui liber est de amoribus · quia in carne manens maiorez habuit dilectionē · quam aliqua creatura in carne viuens excepto cristo · et ideo ꝓpter excellentē caritatem quā habuit in terris meruit ascendere super angelos · In carne enim ꝑpter carnē viuere · non terrena · sed celestis vita

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

est. Et competit hoc festum estiuo tpe. quia per calorē ignis caritas ascendit. Rursus legiē et cantatur de cantico amoris. eo q beata virgo figuram tenet ecclesie sicut enim ipsa mater est et virgo et sponsa. sic et ecclesia mater sanctorum nomen tenet virginitatis et sponse. Virginitatis mquā mentis et fidei. que ꝑualet virginitati carnis. sponse quia ipsa est sponsa cristi. Vnde aplūs. Despondi vos vm viro virginem castā exhibere xp̄o. Est autem vt dicunt quidam cantici legēda medietas. vsq ad octauas. Alia vero medietas. vsq ad natiuitatē eiusdez virginis reseruetur. hmc ergo ogrue accedit. q circa festum istud libri salomonis leganē. Et premittuntur antiphonis quidā versiculi. vt dictū est in sexta pte sub dominica de trinitate. In calcedonēn. concilio quod beatus leo papa celebrauit. statutum fuit vt virgo maria. mater dei appellaretur Alij tamen dicunt. q in ephesino iussu celestini pape. primo celebrato. Itē nota. q ille sermo hiero. Cogitis me. o paula et eustochie. quia quibusdaz in ecclia in hoc festo legiē. non debet legi nisi in refectorio. vel caplo. quia ad hoc factus fuit. Dicitur autē ad horas caplm. In nonnibus requiē ecc. xxiiij. c. In vigilia assumciōis dicitur epla. Ab inicio. ecē. xxiiij. Alie ecclesie dicunt. Ego quasi. que est ibidē. Euangelium est. Exurgens maria. luce. i. c. Alie ecclesie dicūt. Loquente ihesu. xj. c. Offertoriū. Oracio mea mūda iob. xvj. c. Ceterum in missa dicit legiē epla. In omnibus requiē quesiui nē. In omnibus eñ que fuit vitam eternā. et ideo habuit illam. Sequiē Et qui creauit me. requieuit in tabernaclo. idest in vtero meo. Et quia dñs in vtero beate virginis requieuit. ideo ipe dedit illi suum tabernaculum idest celum. Et sicut ipsa fecit domino throum grandem. Vnde ipsa dicit. Magnificat aīa mea dominū. et ihs. regū. x. thromū fecit rex salomon de ebore grandē. ita ei fecit dominꝰ throum grandem in celo. quando exaltauit eam sup angelos. Euangeliū legitur de martha. et de maria scz. intrauit ihesus. luce. x. quod prima facie pertinere non videtur tamen bene pertinens est secundum allegoriam. Intrauit eñ ihesus in qdam castellum idest in beatam virginē qua dicitur castellū que est terribilis demonibz et bene se muniuit contra diabolum et vicia. Diminutiue autem dicitur castellum ꝓter humilitatē et dicitur quoddam. ꝓter singularitatē. quia nec prima similis visa est. nec habere sequentē. et martha idest actiua vita recepit eum. diligentissime enim nutriuit puerem suum. et tulit in egiptum et prius se ꝓbauit in actiua vita. eundo ad elizabet et seruiendo ei. Et sicut ipsa fuit martha in actiua vita. ita et fuit maria magdalena in otem platiua. Vnde in alio euangelio habetur. Maria conseruabat omnia verba hec conferēs in corde suo. Hee aūt due sorores significant vitam actiuam. et vitam contemplatiuā. que plene fuerūt in beata virgine. ꝑ quas ipsa sublimiter honora biliter atq delectabiliꝫ in seipsa recepit xp̄m. Illud aūt notandū est. q ꝙtuor sunt euangelia de beata maria. Vnū est. Missus est gabriel. qđ non debet dici nisi in aduentu domini et in annunciatione eius. Alia tria possunt cantari quocienscunq de ipsa peculiaris missa cantaē tanꝙ communia que sunt ista. Extollens voce quedam mulier nē. aliud. Abiit maria in montana nē. Aliud stabat ante crucem nē. Item nota q hoc festum habet ieunium et octauas. quod non habet aliud festū de illa. hoc enim festum maius est omnibus aliis que fiunt de illa. Similiter et de quolibz sancto maius festum est transitus illius quam aliud de illo. quia de miseria transit ad vitam excepto de iohanne baptista. Quare autem herbe colligantur et benedicantē in hoc festo ipsa legenda indicat. quia beata maria comparatur rose et lilio. Vnde sicut spina rosam genuit. ita iudea mariaz Officiū beate marie virginis nō debz quottidie sed in sabbato solenniter dici. ꝓut dictum est in sexta pte sub titulo de tempore aduentus. In quibusdam tamen ecclesiis nō dicitur a quinta feria cene domini vsq ad octauas pentheco. dicentes. q tunc in ecclesia omnia breuia esse debēt. Legitur tamen q cum quidā sacerdos aliam forte missam nesciēs omni die missam de beata virgine celebraret. episcopꝰ eum ab officio suspendit. sed virgo beata ipsi episcopo ex hoc grauissime cōminata est. et ideo ipse suspensionem huius relaxauit.

De sancto bartholomeo.

Beatus bartholomeus primo p̄dicauit vt dixit bīus theodorus abbas in lignonia. postea in india. deinde in albania ciuitate armenie. vbi primo excoriatus et postea decollatus est. deinde translatus dicitur beneuenti. quāuis hodie rome esse dicatur. Quidam autem celebrant festum excoriacionis. et quidam decollacionis. sicut dictū est in sexta parte sub quarta feria tercie ebdomade aduentus. Et nota q in quirentibz beatum bartholomeum demon ipsum ita descripsit dicēs. Capilli eius nigri et crispi. caro candida. oculi grandes. nares coequales et directe. barba ꝓlixa habens paucos canos. statura equalis collobio albo clauato purpura vestitur induitur pallio albo quod per singulos angulos habet gemmas purpureas.

De festo decollacionis sancti iohis

Festum decollacionis beati iohannis celebrat ecclesia quia ꝑ veritate mortuus est. sed non sic solenniter sicut festum natiuitatis eius. eo q descendit ad inferos sicut dicit gregorius. super illum locum. Tu es qui venturus es. an alium expectamus. Fuit autē decollatus in tempore paschali per herodem regem anno tricesimo secundo a natiuitate domini. scilicet. anno precedente passionem dnī. Et ipse in anno tricesimo cepit predicare. Et ita hoc festum est de decollacione.

Et nota q3 tres fuerunt herodes quos eorum infamis crudelitas fecit famosos. Primus dictus e herodes ascalonita sub quo natus est dominus a quo innocentes occisi sūt. Secundus antipas qui iohem decollauit. Tercius agrippa qui iacobum occidit et petrū incarcerauit. Vñ versus. Ascalonita necat pueros. antipa iohem. Agrippa iacobum claudēs in carcere petz. Sane decollato iohanne discipuli eius corpus sepelierūt in sebaste vrbe palestine. et caput in hierusalē humatum est iuxta herodis habitaculū. et vbi corpus sepultū iacebat. multa deus miracula opabatur Vnde multitudo magna xpianorum illuc cōfluebat. qđ videns iulianus apostata iussu eius gentiles ad dedecus sancti iohis confregerūt mansoleum. et ossa eius p agros sparserūt. Sed cum xpiani illuc venirent. et miracula non cessarent. itez gentiles ossa collegerunt et cōbusserunt. Sed digitus ille quo dñm ad iordanē vementē mōstrauit dicēs. Ecce agnus dei qui. non potuit cōburi. multi tñ xpiani monachi. a hierosolimis qui interierant cum gentilibus ossa colligentibz qđ occultare poterant reseruauerūt. tuleruntqz ossa ad philippū hierosolimitanū epm. qui misit ea p iulianum diaconū anastasio alexandrie epo que post theophilus vrbis eiusdem episcopus in templo serapis reposuit. et basilicam in honorem eius cōsecrauit. Vnde hoc festum de decollacione et combustione ossium. et sēm magistrum gilbertum. quod celebrat ecclesia. quasi pro iam mortuo. sēm martirū. quia in suis ossibz quodammodo passus est. Alij dicunt. q3 beata tecla. digitum beati iohis. qui comburi non potuit de vltra marinis partibus afferens in mozianā ibi ad honorē beati iohannis fundauit ecclesiam. et hac die dedicata est ei eccla. qđqz statutuz fuit a domino papa vt hec dies ad honorē beati iohis per totū mundū semp celebris haberet. et secundum hoc videt q3 debet dici festū dedicacionis. Rursus beat9 iohes caput suum qđ in hierusalē fuerat humatū reuelauit duobus monachis orientalibus qui hierusalez adorare venerant. qui iuxta herodis habitaculū. illud. vj. kalēdas marcij inuenerunt. Sed post ab alijs perlatum est in emissam ciuitatē. et in quodā specu ignobiliter reconditū. donec demuo marcello pspitero fuit reuelatum. et p eiusdem vrbis epm quarto kalendas septembris reuelatū ex quo tēpore cepit in eadē vrbe decollacio celebrari ea die vt arbitror quo caput est reuelatū. et ita hoc festum potest dici reuelacionis. Hoc ergo festū potest esse de decollacione. vel de collectōe ossiū. vel de dedicacione ecclesie. ad honorē illius. vel de reuelacione. Hac die dicūt quidā epla̅m. Expectacio prouerbiorum. x. c. et euangelū. Audiit herodes. marvj. c. et. Alla. Erat lucerna iohis. v. c.

De sanctis felice et audacto.

Sciendum est q3 cum beat9 felix traheretur ad mortem p nomine xpi. quidam repente se in medio p̄tulit dicēs Ego sum xpianus dixerunt carnifices ergo veni es et tu. Cum autē nomen illius ignorarēt vocatus est. Audactus. quasi beato felici audacter associatus. sicut et beatus iohes alexandrinus eps ob eximiā in paupes xpi pietatem. iohis elemosinarius dict9 est cuius festū. ix. kalende februa. celebratur.

De natiuitate beate marie virginis.

Festum natiuitatis beate marie. quando vicz in mūdo nata est. ideo celebratur. q3 fuit in vtero sanctificata. iuxta illud psalmiste. Sanctificauit tabernaculum suū altissimus. In hoc festo legitē genealogia saluatoris. imo ipsius beate virginis. q3 de eadem fuerūt genealogia. Vnde legitē euangelium matth. i. c. Liber generacionis. de qua dictum est in sexta pte sub natali. et sub festo apostolorum philippi et iacobi et epla. Ego q̄si. ecc. xxiiij. c. Alie ecclesie dicūt. Dominus possedit me puer. viij. Cantatur etiam historia de laudibus ipsius virginis. In quibusdā tamen ecclesijs legunt̄ cantica canticorum. que magis pertinent ad festū assumpcionis. put ibi dictū est. Dicit̄ etiā ad horas caplm. Ego quasi vitis. ecc. xxiiij. c. Sane hoc festū olim nō celebrabat̄. sed quidā vir religiosus plurimis annis audiuit angelos in hac nocte solemnizantes in celis cui causam querenti reuelatū est angelos gaudere. quādo beata virgo nata fuit in illa nocte. qđ apostolic9 autenti cauerat et festū celebrari p̄cepit. vt in solemnizando celesti curie conformem. Non aūt habet hoc festum ieiunium institucionis. potest tamē habere deuocionis. Olim eciaz non habuit octauam. sed innocenci9 papa. iiij. eam instituit vocante in romana ecclesia per obitū gregorij pape. ix. cardinalibus cōcordare nequeuntibus. Romani post plures eis iclusis multiplices molestias eis inferebant ꝓpter qđ dicti cardinales regine celi voluerunt. qđ si eius meritis concordarent. et abire libe possent. octauā fue natiuitatis diu neglectam celebrandā de cetero statuerāt. sicqz i celestinum papam conuenerunt. et liberati sunt. sed quia idem celestinus vixit solū. xviij. diebus non potuit votū implere. qđ postmodū dictus innocencius ei9 successor impleuit. Et nota. q3 ecclesia tres natiuitates solemnizat. scz iohis baptiste. beate marie. et xpi. Siquidē io. fuit lucifer. quia sicut lucifer p̄cedit solem. sic ipse xpm. Primus em̄ aperte p̄dicauit. Maria fuit aurora natiuitatis xpi ortus solis. quia in eo splēdor patris apparuit. p̄dicte aūt tres natiuitates designant tres spūales natiuitates. Nam renascim̄ cum iohanne in aqua cum maria in penitēcia. et cū xpo in gloria. Cum igitē oporteat q3 contricio p̄cedat natiuitatē baptismi in adultis et natiuitatē glorie similit. ideo merito ille die vigilias hūt Sed cum penitencia tota sit p vigilia non oportuit. q3 ipsa vigilias haberet. Et ideo hoc festū vigiliam siue ieiunium non habet. Et est sciendum q3 beatus fulbertus eps cardmal. fecit illa tria

responsoria·Stirps iesse·Sole iusticie·et·Chorus noue ierusalem·

De exultacione sancte crucis·

Exaltacio sancte crucis dicit·quia cosstroes rex persaꝝ hierosolimā venit et lignum dominicū inde secum tulit·et facta domo·celo simili·in eadē sedē sibi fecit·et lignū a dextris posuit loco filij·Gallum vero a sinistris loco spūssancti·et ipse stans in medio se deū vocari iussit quod audiens·Eraclitus impator romanꝰ aciem mouit contra danubium·qui fluuius est pfarum·non hunc qui in seuia nascitur·sed alium eiusdez nomis·inde victo filio Cosdree singulari certamine crucez dominī tulit·Et cum apim quarz in magna pompa hierusalem porte ciuitatis per angelū clause sunt·ne intraret·qui cum vehementer admirar eē·audita est vox de celo dicēs·Rex regū nō sic mīsse hierusalem phaleratū·quando p omnibus patri venit·sed humilem et sup azinam sedentē·et statim recognoscens elacionē suam de equo descendit et humiliatꝰ est valde·et porte ei sponte apte sunt·et nudis pedibus ciuitatē intrauit·et meius introitu·multi diversoꝝ morborum generibus detenti·curati sunt per crucem·et impator ipse in has deuotissimas crucis prorupit laudes dicens·O crux splendidior cunctis astris mundi celebrior hominibz ac·Ille ergo exaltauit et exaltacionis diem in futuꝝ episcopis sibi consenci entibus·in suo impio statuit esse solemnē·Sergius vero papa·longis post tempibus·in sacrario beati petri inuenit capsam argenteam·et mea crucem ex salutifferi ligni magna porcōne cōpositam·lapidibus pciosis adornatam·que posita in basilica saluatoris·adorat a populo in die exaltacionis·Est autē mutis festum inuencionis quā exaltacionis·ppter auctoritatē istituentis·Nam illud a papa·scz eusebio·illud ab impatore statutuz est·In hoc festo dicit epla que dicitur in ramis palmarū·quia in ea agitur de exaltacione sancte crucis·Alij legunt illā·Cristus factus est·ad philipenſ·ij·c·Legit eciam in quibusdā ecclesijs euangelīū·in quo fit mencio de aduētu xpi et fulgore·Sicut fulgor exit ac·qđ et dicī cōsueuit tempe aduentus·In alijs vero dicitur euangelium de michi demo·qđ quidam dicunt in festo inuencionis sancte crucis·ibi em dicit·Sicut moyses exaltauit serpentē in deserto·ita exaltari oportet filiū hominis·Communiter tamē dicitur·q melius est euangelīū·nūc iudicium est mundi·iohīs·xij·c·in quo dicit·Cum exaltatꝰ fuero a terra omnia trahā ad me ipsū·Prefacio vero illa dicit·que ante pascha p quindecim dies seu in quibusdā ecclesijs per quinqz dicit·vel vt alij volunt illa·que dicit in tempe paschali·Dicit eciam ad horas capitum·Xpus factus est p nob·ad philipenses·ij·c·

De sancto mathēo aplō·

Beatus mathēus leuita fuit·erat autez hebreus ideo hebraice scripsit hebreis in iudea·sed postea liber eiꝰ fuit translatus in grecum·deinde in latinū·Et nota q euangelium·qđ ipse ppriis manibus anno dñi quadragesimo scripsit·cum ossibus beati barnabe reptum est·quod quidem euangelīū·beatus barnbas secū ferebat et sup egros illud ponēs·tam fide barnabe·quā merito beati mathei·cōtinuo liberabat·Mathēus vero edidit aquileie euāgelīū anno domini·xlij·Dicitur hodie epla·vnicuiqz vestrū·Epla·iij·c·Alij vero dicunt·Similitudo vultus·Ezechi·c·i·Euangelīū est·Cum transiret ihūs·Mathei·ix·c·In vigilia vero est euangelīū·Vidit ihūs publicanum·luc·v·c·// Predicauit autē sub gaio caligula impatore·qui sic dictus est·quoniam natꝰ est in expedicione·et cooptus est caligis·iohēs autem scripsit sub numa Marcus filius nerone·De luca incertū est·quidam tñ dicunt q sub nerone

De sancto mauricio et sociꝝ eius·

Cum galli exercuissent exercitiū in romanos·dux egipti collegit exercituz in quo fuit beatus mauriciꝰ qui sub se habebat legionē·in qua erant·sexmilia sexcenti et sexagintasex·Cum ergo essent in exercitu tyrannꝰ voluit eos cogē adorare ydola qui noluerunt·et ppterea decimam ptem accepit tyrannꝰ et interfecit·quod videns beatus mauricius·ouertit sermonē ad socios orans vt viriliter starent·et sic ab eo cōfortati passi sunt martiriū fuerant autē baptizati·anteqꝫ romam venirent Et nota·q dicit de mauricio·et tebea legione·q inueniūtur plures tebe·Una in egipto vbi sunt mauri·Altera in grecia vbi sunt thebani·Alia in india·vbi fūt tespite·Isti socij mauricij erant de egipto·

De festo luce euangeliste·

Lucas·syrus fuit nacione et antiocenus patriarcha·et pdicauit in thebaida vbi suam mortē non martirio finiuit·fuit ecia pictor et medicus·et secunduz iero·fuit discipulꝰ apostolorum·et non dominī·Venit em ad fidem post dominī resurrectionem vt legit in glosa sup ezo·licet quidam dicunt·q fuerat de septuagintaduobz discipulis dominī·et scripsit euangelīū in achaia·Vixit autē octoginta ānis ipse euangelīū et actus aplorum composuit·Fuit discipulus beati pauli a quo didicit quod docuit·sicut et beatus marcus a beato petro·In prologo tñ euangelij fit mencio·q ipse didicit multa a quibusdā qui in pncipio cum domio fuerunt·Sed beatus paulus nō fuit a principio cum domino·ergo nō didicit ab eo quod docuit·Solucio quedā didicit ab eo·et quedā ab alijs sed maxime a beato paulo·Creditē tamen q ipse ad beatā virginem tanqꝫ ad arcam testamenti recurrēs·ab ea de multis certificatꝰ fuit pcipue de his que sibi soli cōstabant·sicut de angelica annunciacione·et xpi natiuitate·et huiōi de quibus solus lucas agit·

De festis sanctoꝝ symonis et iude aplorum·

Jacobꝫ frater dñi. et ſymon et iudas et ioſeph qui et barſabas. et eciã iuſtus cognomi nat⁹ eſt. ne ꝓpter iuſticiã ab apoſtolatu fuiſſe reprobat⁹ credatur fratres fuerũt filij marie cleophe. que alphei nupta fuit. Symon autem iſte dictus eſt zelotes dictus eſt et ſymon canane⁹. a cana vico galilee. quod idem eſt. Cana eñ zelus interpretatur. habuit eñ magnum zelũ animaꝝ. Judas eciam multipliciter cognommatus eſt. Dictus eſt eñ iudas iacobi. ſupple frater vt p̃miſſum eſt Dictus eſt eciaz thadeus a trarcha. qđ eſt regia veſtis. et deus. Vel thadeus interpretaẽ apprehendens principẽ ipſe eñ fuit veſtis regia p ornamenta virtutũ p quas apprehendit principez xp̃m. Dictus eſt eciam lebeus. quod ſonat cor vel cortul⁹. i. cordis cultor. Inter p̃miſſum ioſeph et mathiam. ſortes iacte ſunt et de ſymone dicit̃ q crucifixus mortuus eſt. Alij tamen dicunt. q nõ eſt iſte ſed ſymon qui fuit filius cleophe crucifixus eſt. Iſte ſymon predicauit in egipto. poſtea vero venit in hieruſalẽ. et ibi fuit epũs poſt beatum iacobũ minorem qui dict⁹ eſt frater domini et ibi crucifixus eſt. Vixit aũt centum viginti annis et ſuſcitauit antequã moreret̃ .xxx. mortuos Vnde in eius legenda inuenit̃ ter denos mortuos merſos fluctibus. humanevite reddidit vibz Filium eñ hoſpitis ſui merſũ fluctibus ſuſcitauit Mortuus aut̃ eſt in bothoro. non in poſtophorio. Poſtophorium vt quidam volunt. eſt portiticus templi in quo iacebant cuſtodes templi. Judas autem p̃dicauit apud pſas et medos. et mortuus eſt apud armenos.

De feſto omniũ ſanctorum.

Quum ſingula ydola romanorum. rome templũ habere non poſſent. Romani vnum templum in honorem. Sebeles matris deoꝝ. et omnium deoꝝ ipſorum fecerũt. quod dictũ eſt pantheon. a pan qđ eſt totum. et theos deus. Succeſſu vero temporum. Bonifacius papa pecijt a pocha ceſare imperatore conſtantinopolitano. qui p̃erat romanis templum illud ſibi dari. quo obtẽto abiectis inde ydolis. dedicauit illud. iij. ydus maij. ad honorẽ beate marie virginis. et omniũ martirũ. et dictum eſt feſtuz illud beate marie ad martires. nondum eñ fiebant feſta de confeſſoribz. ſed ſolũ de martiribz. Vnde tunc inſtitutũ fuit feſtũ beati iolibis ante portã latinam occaſione martirij. quod quantum in ſe fuit fuſtimuit. Statuit ergo idem papa. vt ſingulis annis illa die celebrareẽ feſtũ de martiribus. ſicut in kalendis eiuſdẽ menſis celebrabat̃ feſtum apl̃orum. et in honore beate marie. et omniũ martirum. cantauit ibi. Terribilis eſt locus iſte qẽ. quod tantũ in dedicatione eccleſie ſolet dici. Deꝝ gregorius. iij. hoc feſtum martiꝝ tranſtulit ad kalend. nouẽbris vt tunc collectis terre frugibz. quementer ad hoc feſtũ poſſent copioſius victualia inuenire. miſtituens tũc fieri feſtũ non ſolum apl̃orum et martirum. ſed eciã trinitatis et angelorꝝ et confeſſorum. et generaliter omniũ ſanctorꝝ et ſanctarũ et eciã electorum vt patet in ymno. et illius officium ordinauit. Inſtitutum autez fuit hoc feſtũ quatuor de cauſis. Primo ꝓpter p̃miſſam templi dedicationem. Secundo ꝓpter omiſſa festorum ſupplectionem. Non eñ ꝓpter ipſarum multitudinem. de omnibus ſpecialiter feſtare valeamus. Tercio ꝓpter negligenciarum in feſtis que celebramus cõmiſſarum expiationẽ. et hec ratio tangitur in ſermone. que hac die in eccleſia recitat̃ vbi ita dicit̃. decretũ eſt vt die iſta oĩm ſanctorꝝ memoria habeat̃ vt quicquid humana fragilitas per ignoranciã aut negligenciam. vel per occupationem rei ſecularis. in ſolemnitatibus ſanctorum nmus pegiſſet in hac ſancta obſeruacione perſoluat̃. Quarto ꝓpter faciliorem oracionum noſtrarꝝ impetracionem. Facilius eñ quod petimus obtinebimus ſi ſimul omnes intercedant ꝓ nobis. quia impoſſibile eſt multitudinẽ non exaudiri. Vnde in oracione hodierna dicit̃. multiplicatis inter lar. Quare aut̃ feſta ſanctorum celebrentur. dictũ eſt in ꝓhemio huius p̃tis. Hoc feſtum habet ieiunũ inſtitucionis. nec debet quis cõmedere illa die vſqz ad veſperas. nec ieiunium debet mutari. vt quidam faciunt. ꝓpter ſanctum quintinũ. quia vero hoc feſtum omniũ ſanctorum eſt generale ideo variat̃ illius officiũ. ꝓut habetur varietas omniũ ſanctorꝝ. Prima enim antiphona et prima lectio. et primũ reſponſoriũ. de trinitate cantat̃. quia feſtũ eſt trinitatis. Secũdo loco cantant̃ de beata maria Tercio de angelis Quarto de ꝓphetis. Quinto de apl̃is. Sexto de martiribus. Septimo de confeſſoribus Octauo de virginibus. Nono de illis omnibus ſimul. Auctoritas autem illius officij obſeruat̃ in lectionibus ſam in quibuſdam eccleſijs in hoc feſto maiori eccleſia. eciam epũs ſi preſens fuerit. lectionem legit de trinitate. ſcz primã. vel decanus. vel ſaltem ſacerdos. et ſic fit deſcẽſus per ſonoras in legendo vſqz ad pueros. Octauam nanqz lectionez de virginibz legit. vnus ex pueris. Nam ſemper nonam lectionẽ maioris eſt legere. Octauũ eciã reſponſoriũ dicunt de virginibus ſcz. Audiui vocem. quod cãtatur a quinqz pueris coram altari beate marie virgis. ſi fuerint ibi candelas in manibus tenẽtibus ad repſentacionem quinqz prudentum virginũ lampades ornatas. accẽſas habencium. Dicit̃ eciam capl̃um. Vidi turbã. apoc. vij. c. Ad miſſam vero dicit̃ epla. Ecce ego ioh. que eſt apoc. vj. c. Alla. O quã glorioſum apoc. vij. c. Euangeliũ. Videns ihus turbas. math. v capl̃o. In vigilia vero dicit̃ epla Ecce ego ioh. apoc. v. Euangeliũ. Deſcendens ihs. luce. vj. c.

Officium mortuorꝝ.

Hoc loco de officio mortuorꝝ dicẽdum eſt. et quãdoqz vocat̃ agenda. ab ago agis. quia inter ceteras ſui ſignificaciones agere idem eſt'q; celebrare. ſñ ergo officiũ ordinatum ad celebrãdum defunctorum

memoriam·agenda vocatur·quandoq; eciam vocatur exequie·ab exequor exequeris quia inter alias sui significaciones exequi·idem est q; extra alia sequi·¶ Officium ergo seu obsequium in sepulturis mortuorum exequie vocantur·quia celebrat dum mortui extra vnos sepeliendi feruntur·vel quia extra horas canonicas speciales et singulares habet obseruancias· Hanc hoc officium continuat festo omnium sanctorum et sūt tres dies continui·tribus misteriis deputati·¶Nam vigilia omnū sanctorum dies est afflictionis·solemnitas dies est exultacionis· hodie vero dies est oracionis·¶In primo nos ieiunādo affligim9 presentis vite miseriā recolentes·¶In secundo beatitudini sanctorum congaudem9 graciarum actiones domino referentes·¶In tercio p̄ his que in purgatorio detinent oramus·eis modo penam minorem modo plenam absolucionē oracionib; impetrantes· Hiquidem cōmemoracio omnū fidelū defunctorum instituta est fieri ab ecclesia tali die·vt generalibus beneficiis adiuuent·quia specialia habere non valent·sicut et de festo omnū sanctorum p̄missum est· Sicut enī petrus damian9 ait·Sanctus edilo cōperiens q; apud vulcanum cicilie·crebre voces et vlulatus demonum audiebantur plāgenciū p̄ eo q; anime defunctorum p elemosinas et oraciones de eorum manibus eripiebantur·ordinauit in suis monasteriis·vt post festum omnū sanctorum· fieret cōmemoracio defunctorum·quod fuit postmodū a tota ecclesia approbatum·¶Primo ergo videamus a quib; institutum fuit officium mortuorum·Secdo vbi habuit inicium·¶Tercio de modo celebrandi illud·¶Quarto de modo sepeliendi· fuit autem primo institutū ab aplīs·sed non ab origine vt testatur ysidorus in libro de ecclesiasticis officiis fuit adauctum et ex maxima parte ordinatū· Vnde ipsū cōmendat beatus aug9 in enchiridiō dicēs eum fuisse secūdum in ecclesiasticis officiis post aplos·Hoc officium inicium habuit in veteri lege·Nam sicut ait ambro· mortuo iacob· ioseph et alii fratres sui cum multis egipciis attulerūt eum in ebron·sed prius fleuerūt·xl·diebus in egipto·et postea fleuerunt eum vij·diebus in zab gen·l·capto·¶Item legitur in deutro·vlt·c·q; mortuo moyse fleuit popul9 israhel triginta diebus·et similiter fecerunt de aaron et de maria·¶Item salomon·luct9 filii sapientis mortui·vij·diebus·luctus stulti filii sempiternus·ideo quia in eternū punieē·¶Nota autem q; quidam faciūt memoriā pro defunctis die tercia seu p̄ tres dies·representantes triduanam dominī sepulturā·seu respectū habētes ad resurrectionē xp̄i qui die tercia resurrexit·resurrectionem cum xp̄o mortuis peroptātes·seu ad trinitatem vel vt q; viuentes triplicit peccauerunt·vidz cogitacione·verbo et ope·remittatur eisdem·Alii vero faciūt missam celebrari·septez diebus seu p̄ septem dies et vtrunq; ostendit in libro numeri·xliij·c·vbi dicitur q; qui tetigerit cadauer mortui hominis immundus erit·septem diebz vnde aspergat aqua tribus diebus et·vij et sic mundabit·Hanc immundus p̄ter cadauer mortui hominis significat pollutā animā p̄ter mortua opa·Celebratur ergo per septem dies· Primo vt defunctus ad sabbatū eterne quietis ciclus valeat puenire·Secundo vt ei remittant omnia peccata que cōmisit in vita sua·que p̄·vij dies ducitur·Tercio p̄ter septenariū anime et corpis· Anima enī tres habet vires·scz racionabilitatem concupiscibilitatē et irascibilitatem· Corpus vero ostat ex quatuor elemētis·vt ergo peccata que homo p̄ hoc septenarium siue in hac vita que p̄ septem dies ducit commisit deleātur septenarium mortuis celebrat·¶Quarto sicut filii iacob defuncti fleuerūt per septem dies vt premissum est ita ei ecclia p̄ suis defunctis celebrat officium septem diebus·¶Quidam autem faciunt nouendiale·idest officium nouem dierum·vt per hoc officium mortuorum·anime a penis liberate nouem angelorum ordinibus associent·hoc tamen a quibusdam non approbat·ne gentiles imitari videamur·a quibus hoc sumptum esse videtur· qui nouem diebus lugebant mortuos suos·et in nono die cineres eorum piramidibus vel in bustis recondebant·Alii vero celebrari faciūt p̄ defunctis triginta dies vel tricesimo die· Primo quia filii israhel tot diebus fleuerūt moysen et aaron vt p̄missum est· Secundo ideo quia ter decem faciunt triginta·per ter enī trinitatem·per decem decalogū intelligimus·¶Tercenariū g̃ mortuis facimus vt quod in obseruacione decalogi seu p̄ceptorum xp̄i et contra trinitatem peccauerūt eis dei misericordia donet·¶Tercio q; numerus lune triginta diebus ꝑficitur·ideo tricesima die vel triginta diebus fit mortuis officiū vt opera eorum coram deo plena esse intelligant·¶Quidam quoq; quaterdecies celebrant siue q̄dragenariū faciunt·vt quod illi in doctrina quatuor euangeliorum et in decem p̄ceptis legis peccauerit sibi condonet· Rursus qui diem quadragesimū seruant rep̄sentant dominicā sepulturam· optātes mortuis gloriā habere cum xp̄o·qui q̄draginta horis iacuit in sepulchro·cōputata hora in qua emisit spiritū·et vltima hora noctis dominice·in qua resurrexit scdm augustinū· Rep̄sentāt eciaz quia vt p̄missum est·mortuo iacob·filii eius luxerunt quadraginta diebus·Alii q̄quagenarium faciunt·quomā sicut beda et greg̃·dicūt in glo· super locum illū·vbi habet̃·q; abrahā quefiuit a domino volente subuertere sodomā·si quinquaginta fuerint ibi nunq̄ destrues eos·et respōdit dominus nō·¶Quinquagenarius numerus pfect9 est·et signficat annū iubileū idest octauam etatem in qua erit remissio et plena libertas·vt ergo anime defunctorum plenariā libertatē·et peccatorum suorum remissionē adipiscantur quinquaginta diebus p̄ illis celebrant officiū·¶Nonnulli eciam celebrant centesimū diem·vt mortui transeant a leua in dextraz a malicia in triumphum a terra in celū·a miseria in gloriā·a morte in vitā.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Optant em illis eternam beatitudinē qui p centenarium vltra quē non est numerus designatur Quidam vero anniuersariū obseruant triplici de causa· Primo vt defuncti de ām calamitatis p ueniāt ad annos eternitatis siue ad vitā eternaz que fine fine est· et quasi annus in se reuoluit vel quia ibi est idemptitas et nulla reperit varietas· Secundo quia sicut sanctoz anniuersarium ad ipsorum honorē et nostram vtilitatē celebramus ꝓut dictum est in ꝓxemio huius ptis· sic et āniuersariū defunctoz ad ipsoz vtilitatē et nostram deuocionē· Tercio dies anniuersarij pro defunctis ideo repetit· quoniā scdm augustinū qualiter fit eis in alia vita nescimus· et meliꝰ vt eis supfit beneficiū nostrum· quā desit· Anniuersarium autē si contigerit in die dominica· vel in aliqua celebrari solēnitate non debet mutari ad sequentem diem· ꝓut fit in festis sanctorum· sed fiat in die p̄cedenti· vt citius occurrat penis defunctoz quas in purgatorio sustinent· Defuncti enim nostro indigent auxilio et beneficio· sed non sancti Die quidē festiuo anniuersariū non debet celebrari· nec missa ꝓ defūctis dici nisi corpus presens fuerit· tunc sic· quia omni tempore potest missa ꝓ defūctis celebrari· cadauere presente· nisi in pascue· Tunc em non debet corpꝰ intumulari· nec missa ꝓ eo cantari· quia tunc corpus xp̄i imolari· nō debet· sed vsqz in crastinum reseruetur· et tūc scz in sabbato potest missa ꝓ illo cantari et corpus sepeliri· Similiter si quis in die paschē moriat corpus eiꝰ vsqz in crastinū reseruet̄ super terram et tunc cum celebracione misse sepeliatur· Non enim debet corpus sepeliri absqz missa· quamuis contrarium fiat in pleriscqz locis· Licet autē scdm gabilonen̄ concilū· quotidie fit ꝓ defunctis orandū et sacrificandum· in premissis tamen diebus· hoc specialiter agit̄ ab amicis· Siquidē aliqui omni tempe festiuis diebus dumtaxat exceptis· generaliter orant ꝓ defunctis in officio vespertinali et matutinali· Alij missam quottidie ꝓ eis celebrant· Alij in mensis inicio· nouem p̄s· et nouē lectiones· et nouem responsoria cantant· Et quidem sancta et salubris est cogitacio ꝓ defunctis exorare vt a peccatis soluant̄· In quibusdaz locis non dicit̄ in ecclesia officium mortuoruz a quinta feria cene dñi· vsqz ad octauas penthē· dicentes q̄ omia officia illius temporis debent esse breuia nec in dominicis diebus· Legitur aūt q̄ quidam abbas ꝓhibuit monachos suos celebrare dñicis diebus pro defunctis· sed mortui ꝓpter hoc durissimis verberibz eū afflixerunt· et ideo ꝓhibicionem huiōi reuocauit· Et nota q̄ suffragia que fiunt in ecclesijs ꝓ defunctis valde bonis actiones sunt graciarum· Ille em anime que sunt pfecte bone· statim cum egrediuntur a corporibus euolant ad celos nec subsidijs nostris egēt· Pro valde malis fūt quasi lescunqz consolaciones vuloꝝ· eis enim subsidia nostra non ꝓsunt quoniā anime illoꝝ statim descendūt ad infernū· Pro mediocriter bonis· qui scz fiunt in purgatorio fiunt expiacōes· Pro mediocriter malis· qui scz fiunt in inferno fiunt ꝓpiciaciones siue penaꝝ mitigaciones· Nam scdm augustinū quibus ꝓsunt aut ꝓsunt vt sit plena remissio aut certe· vt tollerabilior sit damnacio Quidā tamen ꝓ eodem sumunt mediocriter bonos et mediocriter malos· quos vocant nonvalde bonos· qui vicz narrant purgatoriū· qui viuentes munctā pentenciā non pfeceru nt quibus prosunt elemosine· oraciōes· ieiunia et sacrificia que ꝓ eis fiunt· Nam vt dicunt· eis qui sunt in infer no· michil ꝓsunt· Illud etiam nota· q̄ scdm hieronimum cum ꝓ cunctis animabus p̄s· vel missa dicitur· non minus quā si ꝓ quolibet diceret̄ accipitur· Circa hoc tamē dici potest· q̄ si suffragia fiunt in speciali magis ꝓsunt illis· ꝓ quibus specialiter fiunt· q̄ alijs si fiunt in genere seu in cōmuni magis ꝓsunt illis qui plus meruerunt in hac vita· vt sibi prodessent si in equali vel maiori necessitate existūt· Licet igit̄ scdm augustinū non ꝓsunt omnibus ꝓ quibus fiunt· quia tamen nescimus quibz prosint vel non pro omnibz facienda sunt· ne aliquis p̄termittat̄· Melius nanqz superuerunt eis quibz nec obsunt nec ꝓsunt quā desint eis quibus prosunt· et ideo dies anniuersarij fit· vt p̄missum est Sed nunquid suffragia eis qui ꝓpter mortale peccatum in caritate non est ꝓsunt ei qui in caritate recessit· Respondeo opa sacrametalia· vt missa officium mortuoꝝ· collecte et similia· ꝓ talem facta bene valent· sed et defuncto ꝓsunt· tum quia illa a deo non ab operante efficaciam habent· Tum qz ille non ꝓprio nomie sed quasi syndicus omniū vicz totius ecclesie noie hoc agit scdm ea· que dicta sunt in ꝓxemio q̄rte ptis· Si vero tanq̄ priuata ꝓsona alia suffragia facit· aut hoc agit alio nomine aut suo ꝓprio· Si alieno· vt quia defūcti seu alteriꝰ in caritate existentis iussu de illius bonis elemosinā tanquam minister· ꝓ eo facit· tunc quidem illi ꝓdest· quoniam is intelligit̄ facere cuius mandato facit· vt qui mandat solui· ipse soluere videt̄· Hinc est q̄ ꝓegrinacionis votum ab vno emissum· alter eiꝰ iussu exequi potest· Idemqz est· si duo· quoꝝ alt̄ in caritate est· alter non· ꝓ defuncto ꝓsalteriū legunt· et si elemosina dat̄ iusto· vt oret pro defuncto· Hijs etem casibus ꝓdest defuncto rōne caritatis hominis iusti adiuncti· Si aūt suo priuato nomine· et de ꝓprio quis ꝓ illo elemosinam dat vel orat· vel ieiunat· vel alit̄ se affligit· quasi cōmuniter dicunt theologi· q̄ talia in nullo ꝓsunt ei· Nam legit̄ iob· ix· Scimus quia pctores deus non exaudit sed illud ceci· et non euāgeliste fuit verbū· et ysa· primo· Cum multiplicaueritis orationes non exaudiam· manꝰ em vestre sanguine idest peccatis plene fūt ymo scdm augustinum· Dum is qui displicet ad intercedendū mittitur irati iudicis animus ad deteriora ꝓuocat̄· Deus enim iniquoꝝ dona non respicit· et iustoꝝ solus oraciōes exaudit· Item dñs per amon ꝓphetam vota pinguiū terre idest peccatoꝝ non recipiā

Verum cum pauci sine crimine viuant · talis sen-
tencia · q̄ misericordiaz et tot suffragia defūctis
adimit et viuoz̄ caritatem ad illos refrigescere
facit nimis dura · et ideo non sequenda videtur ·
Si eñ ommū quos conscienca culpe arguit suf-
fragia odemnamus illi paucoz̄ suffragijs iua-
buntur · dicēdum est · videl̄ q̄ quanq̄ suffragia
eius qui et si non in caritate in fide tamē est · illi
qui in caritate decessit non p̄ sunt exmerito vite
agentis quia tamē illa fiunt scd̄m doctrinā eccle
sie · et p̄ eum qui in fide est · et p̄ eo qui talia reci
pere meruit beneficia · vbi deficit caritas agen-
tis supplet meritū fidei · et caritas ecclesie · talia
dictantis · ac defuncti capacis suscipientis necnō
et liberalitas dei miserentis · qui secundū ambro-
sium beneficia non reuocat ymo cumulos liberali
tatis amplificat et sua liberalitate opus ab alio
factum p̄inde reputat · ac si per illū p̄ quo fit ·
factum esset · Nam secundū iura aliquo alienū de
bitum exoluente · ipse debitor liberat̄ · et si seruo
legata sit libertas · Si ticio decem p̄stiterit · quo
cunq̄ illa die decem p̄stante · liber est · sed et per
eum qui capax non est alteri legatū et hereditas
acquiri potest · Et his qui ob crimen p̄ aliis po-
stulare p̄hibetur · p̄ se et pro his quoz̄ curam
gerit admittit̄ · Et scd̄m augustinū quanq̄ in la-
pideo canali nil generet̄ · tamen aqua inde tran
siens terrā fecundat · Et hieroni · Si quādo vide
ris mt̄ multa opa peccatoz̄ · quenq̄ facere aliq̄
que iusta sūt non est tam iniustus deus vt p̄pter
multa mala paucoz̄ bonorum obliuiscat̄ · Sane
defuncti sciunt suffragia que p̄ eius fiunt tribus
modis scd̄m augustinū · Primo p̄ diuinam reuela
cionem · quando scz̄ deus eis reuelat · Secundo p̄
bonoz̄ angelorum manifestacionē · Angeli enim
qui hic semp nobiscum sunt · et omnes actus no-
stros ꝑsiderant · quasi in instanti possunt ad eos
descendē · et eis p̄tim̄ nunciare · Tercio p̄ anima
rum hinc exeunciū intimacionē · Quarto p̄ expe
rienciam · cum vicz̄ se a penis sencium releuari ·
Sciendum autez̄ · q̄ defuncti valde mali nesciunt
quid a viuis agit̄ · nisi quatenus eis scire p̄mittit̄
similiter nec mediocriter bñ · adhuc in igne pur-
gatorij constituti · qui nondū dei visione fruunt̄
nisi quatenus per aliquē de p̄missis modis p̄mit-
titur eis scire · Sed valde bñ qui iam ea fruunt̄
bene sciunt quid hic agit̄ · iuxta illud greḡ · Quid
est q̄ nesciant qui videntem omnia vident · Alij
tam̄ dicunt eos scire omnia que eis necessaria sūt
et non alia · Vnde ysa · ex persona p̄pli afflicti ait
abraham pater vester nesciuit de hoc · Et vtrum
mortuis cura sit de viuis · Augustinus late p̄se-
quitur in libro de cura p̄ mortuis habenda · Ad-
huc sic̄ aug̃ · ait multi aliquos ex mortuis vel in
sōpnijs vl̄ alio q̄cunq̄ modo viuis apparē credūt
Et vbi eorum inhumata laterent corpa · atq̄ vt
eis sepulchra fierēt et alia huiōi innumera sepe
admonuisse · et illa vera reputum esse in dyalogo
gregorij · et in alijs pleriscq̄ in scriptis autēticis
repitur · Veruntamen vt idem aug̃ · in p̄emisso
libro ait · Quamuis mortui talia in somnis iudica
re vel petere videant̄ · non ideo putandū est eos
ista sentire · Nam et viuentes plerunq̄ apparent
in somnis dormientibz̄ dum ipi se nesciunt appa-
rere · et ab eis qui hec somniauerūt audisse dicen
tibus · q̄ eos in somnis agētes aliquid vl̄ loquē
tes viderunt · Vnde vt dicit credendū est q̄ hec
sunt angelice opaciones p̄ dispensacionē p̄uidē
cie dei ad qualecūq̄ solacium viuoz̄ · Concilium
eciam antiquitatis · ait · q̄ plerisq̄ demonum illu
sionibus et fantasmatibus sepe seducūtur · Offi
cium mortuoz̄ imitatur ommno triduanā cristi
sepulturā · Sicut enim in illo triduo ita et in hoc
officio omnia laudis cantica subticem̄ · et solem
nitates quaslibet subtrahimus · Nam in missa be-
nedictiones ab epō non petimus · nec in agenda
dicim̄ · Domine labia mea aperies · nec · Deus in
adiutoriū meū · nec benedicam̄ · nec iuitatoriū
nisi corp̄ presens sit · et eciā in vigilijs · nec glo
ria patri · ad responsoria vel in fine psalmorum ·
nec ad lectiones benedictionē petimus vl̄ damus
nec dicim̄ · Tu autē vel deo gracias · Nec in missa
alta nec gloria in excelsis · nec · Ite missa est · Nam
in veteri lege p̄hibitū fuit oleū leticie et thus
suauitatis pro peccato offerri · Mors enim est
vindicta peccati · Vndevbi peccatū · ibi tenebre
Nec debet esse leticia · nec canticoz̄ leticie decan
